LIBRARY OF PRINCETON
OCT 31 1968
THEOLOGICAL SEMINARY
BS485
.O69

TRACTATUS ORIGENIS

DE LIBRIS SS. SCRIPTURARUM

MATISCONE, EX TYPIS FRATRUM PROTAT

TRACTATUS

ORIGENIS

DE LIBRIS SS. SCRIPTURARUM

DETEXIT ET EDIDIT

PETRUS BATIFFOL

SOCIATIS CURIS

ANDREAE WILMART

PARISIIS

APUD ALPH. PICARD ET FILIUM

82, VIA BONAPARTE

—

MDCCCC

PROLEGOMENA

Pervolventi mihi indicem codicum aurelianensium[1] occurrit codicis cuiusdam notitia in quo Origenis opus inauditum ferebatur « De libris sanctarum scripturarum ». Codicem ipsum Aureliani adivi, dein Parisios mandatum maturius recognovi, denique operis quod omnes tamdiu latuerat notitiam brevem edidi[2] mense iulii 1896. Interea, cum Andreas Wilmart, optimae spei iuvenis, suscepisset auctore me accuratissimam codicis aurelianensis descriptionem, cumque descriptio haec diplomatica, ut dicunt, prelo pararetur, contigit ut alterum codicem eiusdem origeniani operis in bibliotheca audomarensi nanciscerer[3]. Editionem igitur, non iam diplomaticam, sed criticam aggressi sumus, quae post arduas et diuturnas curas hic tandem praesto est.

Codices bini praedicti textum suppeditarunt

B = liber olim Sancti Bertini[4] signatur nunc Audomari in

1. *Catalogue général des bibliothèques publiques de France*, t. XII (Paris, 1889), p. 18.

2. *Revue biblique internationale*, t. V (Paris, 1896), p. 434-9.

3. *Catalogue général...*, t. III (Paris, 1861), p. 82.

4. Legitur enim in fol. 1 v° : « Liber S$\overline{\text{ci}}$ Bertini Si quis abstulerit anathema reportet amen » (manu XIV^{i} vel XV^{i} s.). In fine voluminis (fol. 192 v°) scriba addidit : « Isti libri in hoc volumine continentur : Gregorii pastoralis, Synonima Isidori, Augustini de vera fide ad Petrum, Augustini de utilitate cre-

bibliotheca publica numero 150 (antea 237) : folia habet 193 membranacea, 23, 3 × 20, 3 mm. Scriptus est manibus diversis sed coaevis, scilicet XII[i] saeculi. Codex praetitulatur in capite « Pastorale Gregorii » (manu XIII[i] s.). Tractatus nostri origeniani binis columnis incipiunt folio 151 v°, expliciunt folio 192 v°. Capitulare sic se habet :

IN NOMINE DOMINI INCIPIT TRACTATVS ORIGENIS DE LIBRIS SACROSANCTARVM SCRIPTVRARVM CONPROBATVS A BEATO HIERONIMO. I. De expositione et figmento hominis. II. De eo quod apparuit Deus Habrahe ad ilicem Mambre. III. De eo quod vidit Sarra filium Agar cum filio suo Ysaac ludentem. IIII. De eo quod dixit Deus ad Habraham tu autem testamentum meum servabis. V. Quomodo Ioseph in Egypto descendit in nomine Domini. VI. De duodecim benedictionibus. — I. De libro Genesis. II. De libro Exodi. III. De libro Levitici. IIII. De libro Numeri. V. De libro Ihesu Nave. VI. De libro Iudicum. VII. De libro regum quarto. VIII. De libro Isayae prophetae. VIIII. De libro Ezechielis prophetae. X. De libro Danielis prophetae. XI. De libro Zachariae prophetae. XII. De libro actuum apostolorum. EXPLICIVNT CAPITVLA.

F = liber olim Sancti Benedicti Floriacensis[1] signatur nunc Aureliani in bibliotheca publica numero 22 (antea 19) : paginas 299 habet (paginas enim, non folia, computavit librarius), membranaceus et ipse, 32 × 19, 5 mm., sed mutilus : tertia pars folii cuiusque, paucis exceptis, incendio periit. Scriptus est manu saeculi X[i]. Incipiunt pagina 3[a] singulis columnis tractatus origeniani; pagina 223 expliciunt. Capitulare sic se habet :

IN NOMINE DOMINI INCIPIT TRACTATVS ORIGENIS DE LIBRIS S̄CORVM SCRIPTVRARVM CONPROBATVS A HIERONIMO. IDES [?] CAPITVLA. [I.] De libro Genesis. [II.] De libro Exodi. [III.] De libro

---

dendi ad Honoratum, Augustini de gratia novi testamenti ad Honoratum, Augustini de vera religione ad Romanianum, sermones Origenis a sancto Ieronimo translati. »

1. Sic enim legitur fol. 2 r° : « Ex lib. Mon. S. Bened. floriac. » (manu XVIII[i] s.). Recensetur idem codex in catalogo floriacensi anni 1656. *Rev. bibl.*, p. 438. Sed in catalogis antiquioribus monasterii non comparet, ni fallor.

Levitici. [IIII.] De libro Ihesu Nave. [V.] De libro Iudicum. [VI.] De libro Regum quarto. [VII.] De libro Esaie prophete. [VIII.] De libro Ezechielis prophete. [IX.] De libro Danielis prophete. [X[1].] De libro Zachariae prophete. XI. De libro hactuum apostolorum. | Ex////////////////// in libro priore | ////////// genes/// | I. De expositione et ficmento hominis. II. De id quod apparuit Deus Habrahe sub ilice Mambre. III. De id quod vidit Sarra filium Agar cum filio suo Ysaac ludentem. IIII. De id quod dixit Deus ad Abraham [t]u autem testamentum meum servabis. V. Quomodo Iosep in Aegypto descendit. VI. De duodecim benediccionibus filiorum Israhel.

Praeter hos binos alium codicem reperire non datum est nobis. Tertius tamen quondam exstitit in bibliotheca abbatiae Laureshamensis, qui fuse recensetur in catalogo dictae bibliothecae[2], saeculi IX[i] manu exarato :

---

1. Numeri I-X erasi evanuerunt.

2. G. Becker, *Catalogi bibliothecarum antiqui* (Bonn, 1885), p. 101-102. Cf. Th. Gottlieb, *Ueber mittelalterliche Bibliotheken* (Leipzig, 1880), p. 48-49. Recensionem codicis origeniani laureshamensis novis curis edidimus in *Rev. bibl.*, p. 435-6, ex cod. Vatican. *Palatin. lat.* 1877. Catalogus laureshamensis, postquam capitulum recensuit, addit notitiam ampliorem ipsius codicis ita :

« Capitulo de libro Exodi. I. De eo quod scriptum est exsurrexit autem rex in Ægypto. II. De sabbato. III. De id quod scripsit locutus est Dominus ad Moysen dicens loquere filiis Israel et dices ad eos mensis hic vobis sit initium mensium. Primus in mensibus anni. De libro Levitico locutus est Dominus ad Moysen dicens loquere ad Aaron et dices ad eum Homo quicumque offert secundum omnem promissionem suam et secundum omnem electionem suam sacrificium salutare Domino. De libro Numeri. Et locutus est Dominus ad Moysen dicens Mitte viros et considerent terram Chananeorum quam ego dabo eis.

« De libro Hiesu Naue. Et misit Ihesus filius Nave ex Acten duos viros exploratores absconsae.

« De libro Iudicum. Et dixit Dominus ad Gedeon cum trecentis viris quos aquam lambere vidisti salvos faciam vos et tradam in manibus tuis castra Madian.

« De libro Regnorum IIII. Dixit Heliseus ad populum qui erat Hiericho accipite mihi vas fictile et mittite in eo sal et dimersit illum in flumine et statim aquae sanatae sunt.

« De libro Esaie prophete. Visio quam vidit Esaias filius Amos adversus Iudeam et adversus Hierusalem.

« De libro Ezechielis prophetae. In diebus illis facta est super me manus Domini et eduxit me in spiritu Dominus et posuit me in medio campo et hic erat plenu.

« De libro Danihelis prophete. In diebus illis anno XVIIII Nabuchodonosor rex fecit statuam auream.

Tractatus Origenis de libris sanctarum scripturarum comprobatus a sancto Hieronimo. I. De libro Genesis. II. De libri Exodo. III. De libro Levitici. IIII. De Numeri. V. De libro Ihesu Nave. VI. De libro Iudicum. VII. De libro Regum IIII^or. VIII. De libro Esaie prophete. VIIII. De libro Ezechielis prophetae. X. De libro Danihelis prophetae. XI. De libro Zachariae prophetae. XII. De libro actuum apostolorum. — Capitulo de primo. De libro Genesi. I. De expositione et figmento hominis. II. De id quod apparuit Deus Abrahae sub ilice Mambre. III. De id quod vidit Sarra filium Agar cum filio suo Isaac ludentem. IIII. De id quod dixit Deus ad Abraham tu autem testamentum meum servabis. V. Quomodo Ioseph in Aegypto descendit. VI. De duodecim benedictionibus filiorum Israel.

Capitulare laureshamense aptissime consentit capitulari floriacensi : utriusque codicis aetas inaequalis. Codicem ideo laureshamensem Floriacum transisse eumdemque esse ac floriacensem nostrum non facile crediderim. Quae cum ita sint, laureshamensis codex vel ignorari vel periisse credendus est.

Codex floriacensis emendationes passus est unius (= F^3) et alterius (= F^2) correctoris, circa XII^m (F^3) et XIII^m (F^2) saeculum.

Sunt B et F eiusdem propaginis [1], sed ex eodem exemplari non proxime procedunt. [2] Uterque mendosus, at B melioris

---

« De libro Zachariae prophete. Sileat omnis caro a facie Domini quomodo exsurrexit de nubibus sanctis suis et ostendit mihi Dominus Ihesum sacerdotem magnum stantem a facie Domini et diabolus stabat a dextris eius et adversaretur ei.

« De libro actuum apostolorum. In temporibus illis dum complerentur dies pentecostes erant omnes pariter in unum et factus est repente de caelo sonus velut decurrentis spiritus vehementis.

« In uno codice. »

1. Mitto plures lacunas ad quas in utroque codice aeque offendimus. Item menda plura. Satius erit, ut unam eamdemque propaginem utriusque codicis esse demonstremus, lectorem remittere ad pag. **53** 19-**54** 3 : ibi reperiet pericopen octo linearum (*ut frumenta fidei-sermonis evicta deficeret*) quae loco suo proprio excidit, nam post *septem e contra steriles-certissime portendebant* **53** 2-4), si sensui attendas, fuit ponenda. Atqui hic error, haud mediocris, in utroque codice comparet. Adde glosas aliquot utrique codici pariter insertas : **142** 3 ; **158** 22 ; **164** 7.

2. F habet glosas in margine quas B ignorat (**61** 6 ; **67** 10 ; **177** 9 ; **194** 6 ;

notae est in sensu, non vero in orthographia. Corrector F^3 correxit menda plura in F, ideoque cum B saepius consentit. Postea F^2 iterum correxit menda in F; et, ut erat observantior multo quam F^3 necnon sagacior, ipse emendationes quas F^3 textui inseruerat confirmat, interdum expungit, propriasque interdum superaddit. Emendationes vero, quarum sive F^3 sive F^2 auctores sunt, cum procedant, ut nobis visum est, a privata correctorum industria, non nisi ut coniecturae antiquae a nobis habitae sunt.

In restituendo igitur textu, lectiones B potissimum sequimur. Inde quotiescumque in apparatu producitur lectio a nobis electa, tacita codicis nota lectionem B manifestat. In apparatu stellulae seu asterisci denotant defectus codicis F, stellula quaque apposita pro voce quaque deficiente, sive integre deficit, sive ex parte. In orthographia communes regulas tenemus, quas posuere grammatici recentes (Brambach, Antoine) quasque probavit usus nostrorum (Duchesne, Morin). In instituendo apparatu, scribarum non cavimus interpunctionem, etiam modos quosdam scribendi vitiosos et inconstantes qui momenti nullius sunt (*set* pro *sed*, *capud* pro *caput*, *diligencia* pro *diligentia*, *prophanatur* pro *profanatur*, *e* vel ę pro *ae*, etc.). Correctionum et coniecturarum parci fuimus, ne in auctorem potiusquam in amanuenses animadverteremus : attamen cum tractatus nostri passi essent iniurias non unius glossatoris, nec semel lacunas per amanuensium fragilitatem, studuimus ut glossemata manifesta tolleremus, dubia notaremus, lacunas vero quotiescumque sine temeritate supplendi copia fuit suppleremus vel certe prudentius cavendas notaremus.

---

195 6; **197** 1, 5). Addit sententias plus minusve prolixas in ipso textu quae in *B* non videntur (**48** 7; **87** 12; **89** 20; **95** 12; **112** 2; **126** 5; **189** 5). E contra *B* quaedam necessaria omittit quae *F* non omittit (**107** 17-19; **195** 23; **206** 5); nonnulla habet in textu quae in *F* non habentur (**116** 9; **138** 5); item glossemata (**160** 16).

*
* *

Scriptores antiqui, cum paucissimi sint qui tractatus nostros legerint, parum editori conferunt. Nonnulla reperi, post Pitram[1], in glossario quod dicitur Ansileubi, quodque in codice lombardico VIII[i] vel IX[i] saeculi Parisiis servatur(B. N. *N. F. L.*11529-11530) : illa exscribere interest :

11529 *Fol.* 45 *v°*] ORIGENIS. Butyrum. Ex animalium lacte colligitur quamquam autem sit lactis natura tamen iam pinguior et crassior et solidior materia est. Quod tamen aut frequenti agitatione aut concussione assidua cohibit in se atque solidatur. Denique cum fit serum de lacte separatur et oleum.

11529 *Fol.* 63 *v°*] ORIGENIS. Coccum grece nos rubrum seu vermiculum dicimus quamquam autem una sit coci et purpore materia id est lana magna tamen distantia est inter coccum et purporam. Nec enim purpora tale lumen inluminata ut tanto splendore prevalet licet ruborem et ipsa commodet. Sed si cocci muricem sublebes relucet elebat fulget et cum sit ut dixi una materia id est lana tamen ut hec pulcerrima de colore ita et illa de nitore sublimior.

11530 *Fol.* 217 *v°*] ORIGENIS IN EXPOSITIONE EXODI. Tibin. Genus est vasculi in modum scrinii ex virgultis agrestibus textum de quo in Exodo dicitur sumpsit autem mater Moysi tibin et linivit eam pice et bitumine et misit infantem in ea et posuit eam ad ripam fluminis. Hoc autem vasculum ex hebrea lingua alii capsam alii cistulam interpretati sunt. Quod nos expressius ut iam dixi scrinium appellamus quia illic plerumque omnia solent scripta reponi. Denique hoc vas ex multis virgultis silvestribus in unitate sui contexitur in lingua egyptia muarius merses dicitur.

Praeter hunc Ansileubum (quisquis is est), certo certius est tractatus nostros innotuisse Isidoro hispalensi, saeculo septimo ineunte, conscribenti *Quaestiones in Vetus Testamentum*. Ex nostris tractatibus enim deprompsit pleraque de tribus viris qui Abrahae apparuere ad ilicem Mambre (*In Gen.* XIV, 4-13), de Agar eiecta (XVII, 1-7), de historia Ioseph (XXX, 10-20), de masculorum nece (*In Exod.* IV, 1),

1. *Spicilegium solesmense*, t. III (Paris, 1855), p. 395-396.

de inventione Moysi (V, 1-3), de pecoribus quae non offeruntur in sacrificio (*In Lev.* XVI, 3-6), de Raab (*In Ios.* II, 1-3; VII, 4); adde nonnulla de benedictionibus patriarcharum (*In Gen.* XXXI). Etiam vestigia tractatuum nostrorum exhibent *Allegoriae Scripturae Sacrae* (35, 36, 46, 57, 58, 71, 73, 74, 76 ex V. T.); item libri *De fide catholica contra Iudaeos* (II, 15, 2-6, de sabbato; 16, 1, de circumcisione). In praefatione *Quaestionum in V. T.* Isidorus profitetur se « de mysticis thesauris sapientium » doctrinam suam deprompsisse : « Lector, inquit, non nostra leget, sed veterum releget. » Subiungitque : « Sumpta itaque sunt ab auctoribus Origene, Victorino, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Fulgentio, Cassiano, ac nostri temporis insigniter eloquenti Gregorio [1]. »

Evagrius, qui saeculo quinto conscripsit *Altercationem Simonis iudaei et Theophili christiani*, tractatuum nostrorum plures locos altercationi suae miscuit. Sed quoniam de hac quaestione, post Harnackium et Corsennium trita, fusius alibi disseruimus, Evagrii meminisse sat erit [2].

Hilarius pictaviensis episcopus tractatibus nostris non semel usus est in expositione psalmorum. Occasione data psalmi CXXIX, invehit in Anthropomorphitas, iisdem prorsus verbis ac auctor noster :

HILARIUS :	ORIGENES :
Quod si qui forte corporeum Deum et conformabilem et membris diversum... ob id esse existimabit quod	... credunt quasi corporeum Deum et membrorum esse distinctione compositum... Sed qui haec dicunt

1. Ex Isidori *Quaestionibus in V. T.* plura de tribus viris, de Agar, de Ioseph transiere in pseudo-Eucherii *Commentarios in Genesim* (Migne, *P. L.*, t. L, col. 959-960, 969-970, 1019-1024), opus Alcuino recentius : pseudonymus auctor enim Alcuini *Interrogationes et responsiones in Genesim* farragini suae miscuit.

2. « *Une source nouvelle de l'Altercatio Simonis iudaei et Theophili christiani* » in *Rev. bibl.*, t. VIII (1899), p. 337-345.

dictum est : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* : primum meminisse debet hominum institutionem naturis duabus contineri, animae scilicet et corporis, quarum alia spiritalis, alia terrena est ; et inferiorem hanc materiam in efficientiam atque operationem naturae illius fuisse potioris aptatam.

Ergo quisquis ita volet credere ut corporalis Deus sit, quia ad imaginem eius homo factus est, compositum esse Deum statuet, ex potiore scilicet inferiorique natura, quia de talibus homo constat.

Quidquid autem compositum est necesse est ut non fuerit aeternum, quia compositio habet initium quo corporatur ut maneat...

Deus autem, semper et in omnibus manens, ubicumque idem, et ipse nusquam non totus, cum pulcherrimum opus perfecto iam mundo inchoaret, hominem scilicet ad imaginem sui faciens, eum ex humili natura caelestique composuit, anima videlicet et corpore.

Et prius quidem animam divino illo et incomprehensibili nobis virtutis suae opere constituit. Non enim cum ad imaginem Dei hominem fecit, tunc et corpus effecit. Genesis docet longe postea quam ad imaginem Dei homo erat factus, pulverem sumptum formatumque corpus, dehinc rursum in animam viventem per inspirationem Dei factum, naturam hanc scilicet terrenam atque caelestem quodam inspirationis foedere copulatam.

meminisse debent hominis institutionem longe aliam esse a Dei natura... Animalis homo, qui necdum spiritum Dei acceperit, duabus rebus constat, id est corpore et anima... Cum ergo ex duabus naturis homo constet, quarum aliam spiritalem diximus, aliam esse terrenam, quomodo tu putas Deum... similitudinem hominis habere ?

Qui enim ita vult credere ut corporalem Deum intellegat, cum nemo corporalis est qui ad imaginem et similitudinem Dei factus non sit, hic compositum Deum ex potiore et inferiore natura esse statuet, quia talibus hominem constare manifestum est.

Quidquid autem compositum est necesse est ut non fuerit sempiternum, quia compositio habet initium quo componitur ut maneat.

Deus autem, semper et in omnibus manens, ubique idem et nusquam non totus est...

Deus enim, cum hominem ad imaginem suam faceret, duplici eum natura composuit, anima scilicet et corpore.

Et quidem animam divino illo et incomprehensibili nobis virtutis suae opere constituit, corpus vero de limo terrae plasmavit... Denique advertite quid scriptura pronuntiet : *Et dixit*, inquit, *Deus Faciamus* etc. Et postea repetit dicens : *Nondum*, inquit, *pluerat Deus super terram, et homo non erat* etc. Videtis ergo quo modo naturam hanc interioris et exterioris hominis quodam inspirationis foedere copulatam insinuet.

Prolixiorem comparationem utriusque auctoris non instituemus quippe cum iam manifestum esse debeat inter utrumque coniunctionem exstitisse. Confer *Tractat.* I = *In psalm.* CXXIX, 3-6; *Tractat.* VI = *In psalm.* CXXXI, 9. Atqui ea est coniunctio ut Hilarius dicendus sit debitor, Origenes vero creditor. — Nemo enim ignorat, testimonium reddente Hieronymo, Hilarium ab Origene plurima petiisse in expositione psalmorum : a Maurinis tamen confirmamur Hilarium Origeni non debere omnia, immo non unius Origenis sed et aliorum pervolvisse scripta, ut ipse in prologo primi psalmi testatur : « Multos vel praesenti sermone vel ex litteris ac scriptis eorum comperi ita sensisse de psalmo hoc... » Summopere miror quod Hieronymus Hilarium insimulet quasi « aut nihil aut parum graece nosset ». Aegre enim quis animum inducat Hilarium, maxime post reditum ab exilio, ita in lingua graeca tyronem fuisse : ea est Maurinorum sententia. Hieronymus vero urget : Hilarium « ipse dicit Heliodori cuiusdam presbyteri usum scientia, ut quae ille sibi hauriret ex fonte Graecorum ipse latino ea sermone digereret [1]. » Inde coniciendi facultas nobis datur Hilarium haud semel notitiam habuisse graecorum scriptorum translatione interposita. — Re vera, si conferas textus utriusque auctoris quos supra descripsimus, Hilarium senties in expositione contractiorem, in sermone comptiorem, nostrum Origenem e contra rudem et effusum. Origenes, adversus Anthropomorphitas (quos vocat Anthropomorphianos) disserens, ex professo et per ordinem materiam digerit, quam Hilarius nonnisi in transcursu attingit, dicens : « Haec propter aures Dei, ne corporalis existimaretur, tractata brevibus sunt ». — Denique si tractator noster Hilario usus esset, in tractatibus deprehenderemus Hilarii

1. Rufin., *Apolog.*, II, 31.

unum et alterum pannum, praesertim in his locis ubi simile argumentum ab utroque auctore exponitur. Secus vero res se habet. Videlicet Hilarius de sabbato iudaico disserens arguit quod Deus operari non cessat (*In psalm.* XCI, 3-8) : idem argumentum tractator noster evolvit (*Tractat.* VIII), sed nil commune verbotenus habet cum Hilario.

Quoniam commentarios super psalmos Hilarius scripsit post annum 360, sed ante annum 368 quo obiit, dicere erit tractatus nostros, ut sunt latino sermone editi, non post annos 360-368 fuisse in lucem prolatos.

*
* *

Et hos tractatus, ut sunt, inquam, latino sermone editi, fuisse e graeco translatos breviter demonstrabo.

Scripturae sacrae, quae a tractatore saepius in medium adducitur, textus non depromuntur ex versione hieronymiana, sed neque ex traditione varia versionum praehieronymianarum, in quantum versiones istae noscuntur a nobis. Illud vero perspicuum est versionem graecam τῶν Septuaginta usui fuisse tractatori.

GEN. XLIX, 6 : *subnervaverunt taurum.*
— — 9 : *de germine.*
EXOD. II, 3 : *tibin.*
NUM. XIII, 33 : *pertransivimus considerare.*
— — 34 : *gigantes.*
JOS. II, 8 : *intraverunt in domo tua nocte.*
IUDIC. VII, 13 : *proximo suo somnium et dixit Somniavi.*
— XIII, 2 : *ex tribu Dan.*
— — 9 : *venit.*
— XIV, 5 : *declinavit.*
CANT. IV, 3 : *restis coccinea.*
IS. I, 1 : *adversus.*
— — 2 : *genui.*
— — 6 : *non est [ubi] malagma imponere neque oleum neque alligaturas.*

Is. I, 18 : *si autem ut coccinum.*
— V, 18 : *restem longam.*
— VII, 10 : *audiant, intellegant, convertantur, eos.*
Zach. II, 13 : *de nubibus sanctis suis.*

Nostri tractatus non tractatus sed verius homiliae praetitularentur, quia proferuntur in populis. Tractator enim passim lectionem recitatam commemorat, et diei solemnitatem, et breve spatium horarum. Constanter ad auditores provocat per solitam interiectionem : « Dilectissimi fratres. » Ipse de suo munere verba facit : « Cum me, inquit, et officium meum et amor caritatis vestrae tacere non sinat... » (p. 208 ; cf. p. 121). — Cur autem homiliae istae ad populum praesentem habitae ita scatent vocibus graecis quae a plebis christianae usu et captu alienae prorsus erant : allophyla, anaboladium, aposphragisma, cataclysmus, charisma, chrisma, decas, exomologesis, epithalamium, hecatontas, ingriphius, monas, monarchia, magis id est μαγίς, malagma, phalanga, sycophantae, zelotypia, etc. ? — Cur sententias et voces profert quae non nisi graece sapiunt? « Pascha ex passione nomen accepit » (p. 99, rursus p. 103) : illud latine nil sonat, sed graece, si πάσχα et πάσχειν conferas, intellegitur. Alibi : « Diximus, inquit, imaginem in persona esse... Imago enim vultus est, ut iam supra retulimus » (pp. 8 et 9) : id graece intellegitur, vultus namque non est imago, sed πρόσωπον est εἰκών. Alibi : « Haeretici collectiones simul et inlicitas et rotundas faciunt » (p. 113) : συνάξεις παρανόμους κυκλόσε ποιοῦσιν interpretor, quid vero erit *collectio rotunda*? Alibi : « Sabbatum otium vel feriae in latino vocabulo interpretatur » : rursus : « ... veri sabbati dies, id est malorum operum feria » (pp. 93 et 95) : graece sententia est lucidissima, τὸ σάββατον ἀνάπαυσίς ἐστιν, ἡ τοῦ ἀληθινοῦ σαββάτου ἡμέρα κακῶν ἔργων ἀνάπαυσις, latine vero barbara. Alibi : « Baculus sit in manibus vestris, ut firmissimum stylum crucis quo

fulciamur ostenderet » (p. 102) : stylus iste in latino sermone nullam habet significantiam, sed στῦλος, id est columna, secus. — Requirenti respondet orator cur trecenti sint a Gedeon electi : « Trecenti apud graecos tau littera signantur : quae littera, cum unum habeat apicem quasi arborem passionis erectam, alterum in capite quasi antemnam extensam, crucis utique manifestum signum ostendit » (p. 153). Rursus de vernaculis Abrahae : « Numerus vernaculorum trecentis constitutus signum, ut saepe dictum est, crucis perspicue liniabat. In decem et octo autem nomen Iesu evidenti ratione monstrabo. Decem et octo enim apud graecos iota et cappa signantur, quibus litteris nomen Iesu scribitur » (pp. 158-159). Hae cavillationes graeci ingenii sunt[1], immo latinorum intellectui ita imperviae ut amanuensis, si non translator ipse, *cappa* seu viginti pro ϗ seu octo legerit.

Quae cum ita sint, si tractatus nostri non post annos 360-368 latini sunt facti, inter varios scriptores qui Origenem latinae linguae reddiderunt quis erit qui interpres eorum esse possit? — Non Bellator, qui circa annum 550 transtulit solas homilias in libris Esdrae. Non Rufinus, circa 398-410, cuius esse scimus homilias in Genesim, in Exodum, in Numeros, in Leviticum, in Iesum Nave, in Iudices, in Psalmos XXXVI-XXXVIII, in epistulam ad Romanos. Non Hieronymus, qui professus est iterum atque iterum se transtulisse homileticos libros Origenis numero LXX, nec plures[2], videlicet in Hieremiam XIV, in Ezechielem XIV, in Canticum II, in Lucam XXXIX, id est in summa homilias LXIX. Si demum in tractatoris nostri genus latine dicendi introspexeris, et si ipsum pronuntiaveris alienum ab urbanitate sive Hieronymi, sive Ambrosii, sive Hilarii, nemo infitiabitur.

---

1. Cf. GEBHARDT-HARNACK, *Barnab. epistul.* (Leipzig, 1878), not. in IX, 8, p. 43.

2. *Contra Rufinum*, I, 24 ; II, 14 ; III, 12.

Unus superest cuius nomini tractatus nostri addici possint, Victorinus martyr et episcopus petabionensis. Hieronymus, de mille annorum regno seu sabbato dominico, haud semel arguit inter latinos Tertullianum, Lactantium et Victorinum : « Nec sabbati otio dormiemus, inquit, quod et multi nostrorum, et praecipue Tertulliani liber qui inscribitur de spe fidelium, et Lactantii institutionum volumen septimum pollicetur, et *Victorini petabionensis episcopi crebrae expositiones...* [1] » Tale crimen tractatus nostri non effugiunt. Hieronymus etiam Victorini opera censet esse « grandia sensibus, viliora compositione verborum [2] » : quod quidem tractatori nostro aeque convenit. Hieronymus denique : « Nec disertiores sumus Hilario, inquit, nec fideliores Victorino, qui eius [Origenis] *tractatus* non ut interpretes, sed ut auctores proprii operis transtulerunt [3]. » At tractatus nostros ab interprete latino non semel retractatos fuisse infra videbimus. Si generi dicendi attendas, habes scriptorem graecismis scatentem, quasi « non aeque latine ut graece noverit », sicut Hieronymus de Victorino censebat [4]. Idem Hieronymus testis est Victorinum scripsisse commentarios, quos supra vocat crebras expositiones sive tractatus, « in Genesim, in Exodum, in Leviticum, in Isaiam, in Ezechiel..., » quod ordini tractatuum nostrorum congruit. Hieronymus etiam in epistula sua XXXVI ponit verba martyris Hippolyti, « *a quo*, inquit, *et Victorinus noster non plurimum discrepat* » : re vera enim allegorica intellegentia huius Hippolyti mirum in modum consentit cum nostri tractatoris interpretatione,

---

1. *Comm. in Ezech.*, XXXVI, 1.
2. *Vir. inl.*, 74.
3. *Epistul.*, LXXXIV, 7.
4. *Vir. inl.*, 74.

ne dicam eam et in verbis et in compositione verborum affinem esse [1].

Haec dicta sint ut Victorini auctoritas non abnegetur.

*
* *

Quaerendum denique nobis est utrum Origenes sit an non homiliarum harum graecus auctor.

Origeni quidem nuncupantur codicum traditione. Similiter ab Ansileubo. Origenes etiam insinuatur ab Isidoro. Sed inter homilias Origenis nec ab Hieronymo recensentur, nec a Rufino, et in indice origenianorum operum quem texuit Hieronymus videntur ignorari [2]. Attamen index iste latinus, e graeco Pamphili sive Eusebii translatus, graecum exemplar non integre refert : libri namque nonnulli inter notissimos Origenis (Contra Celsum, De oratione) ab eo exulant, nec mirum si viginti tractatus praetermittantur, cum « mille et amplius tractatus in ecclesia locutus » Origenes sit [3].

At enim in dicto indice Origenes dicitur scripsisse *mysticarum omeliarum libros II*. Possent quidem, homiliae nostrae *mysticae* praedicari; possent vel in *libros II* distribui, immo bifariae huius distributionis indicium quis deprehendet in capitulari quod codices praebent; et dum in indice mysticae illae homiliae coniunguntur homiliis quae in Genesim traditae sunt, convenientia quaedam oritur inter homilias mysticas tractatusque nostros quorum sex priores de Genesi disserunt... Sed ista argumenta vix flocci pendimus.

---

1. *Hippolytus Werke*, t. I (Leipzig, 1898), p. 54. Cf. *Rev. bibl.*, t. VII (1898), p. 115-121, ubi quaedam exposuimus de relatione Hippolyti et nostri tractoris.

2. E. Klostermann, « *Die Schriften des Origenes in Hieronymus' Brief an Paula* », *Sitzungsberichte der K. Preussischen Akad. d.* W. *zu Berlin*, 1897, p. 855 sqq. Eruditus auctor ita censet de tractatibus nostris : « Das sie in unser Verzeichniss nicht passen, sagt allerdings nichts gegen sie » (p. 870).

3. Hieronym., *Epistul.*, LXXXIV, 8.

Potius ergo audiamus quid tractatus ipsi dicant.

Orator fideles hortatur ad constantiam quasi essent in ipso persecutionis aestu. Ait enim : « Ille vel maxime amputatam linguam habet, qui tempore persecutionis, dum aut fetorem carceris aut supplicia aut postremo ipsam mortem timet, Deum suum non confitetur et laudat » (p. 111). Rursus : « Nos in bello persecutionis hostem diabolum aliter vincere non possumus, nisi corpora nostra variis tormentorum suppliciis ipsaque postremo morte in martyrio confringimus » (p. 160). Rursus docet esse « duo baptismata, id est aquae et sanguinis, unde fideles in Ecclesia et martyres fiunt » (p. 166). Rursus, postquam tres pueros, quos « martyres » (p. 199) appellat, de fidei constantia laudavit, sermonem de bono martyrii habet : « Pro Deo, inquit, pro sacris legibus moriendum est... Et hinc est quod facile vincuntur cuncta tormenta, cum ipsorum tormentorum ante oculos ponitur gloria ; nec quod lacerat consideratur, cum paenae merces magna praestatur... Cadendo enim surgimus,... et qui sub sententia stetimus sententiam dicimus... Et ideo rogamus et petimus sanctitatem vestram, o beati martyres, ut et nos... eamdem vobiscum de triumpho passionis martyrio gloriam consequi et obtinere mereamur » (pp. 198-199). Similia de bono martyrii reperies in homiliis genuinis Adamantii, puta *Homil. in Iudic.* VII, 2.

Orator fideles hortatur ut ab haereticis caveant, et qui sint isti haeretici saepenumero manifestat. — Redarguuntur primo *Anthropomorphiani* (pp. 1-2), ineruditi scilicet homines qui simplicitate rustica Deum habere membra arbitrantur. Similiter, immo iisdem argumentis, carnales homines qui corporeum Deum esse putant impugnat Origenes, *Homil. in Genes.* I, 13. — Redarguuntur *Patripassiani* (p. 33). Postquam enim Filium Dei in specie angeli loquentis ad Agar apparuisse censuit : « Si angelus erat, inquit, quomodo

Deus dicebatur? » Porro si angelum scriptura pronuntiat Filium Dei, instabunt discipuli Pauli Samosateni, instabunt Arii asseclae. Sed talem pravitatem orator minime curat. Ad quos igitur convertitur? Ad haereticos qui ipsum Patrem ipsumque Filium esse putant. Et hos nominat, scilicet Praxeam et Sabellium. Similiter Origenes impugnat haereticos « qui confundunt Patris et Filii substantiam, unum dicentes esse Patrem et Filium » (*Tom. in Mat.* XVII, 14. *Tom. in Ioa.* II, 2), qui « latine Patripassiani appellantur[1] » — Redarguuntur *Docetae*. Frequenter enim orator sententiam habet de carne Xpisti : Xpistum affirmat esse natum de carne virginis, induisse hominem de tribu Iuda, vere suscepisse hominem. « Ecce, inquit, quot signa carnis eius impressa sunt, dum sitit, dum esurit, dum fatigatur, dum flet et tristis est, postremo dum moritur! Et nihilominus multi sunt haeretici qui eum carnem hominis induisse negant, sed phantasma fuisse dicunt » (p. 154). Eosdem aggreditur saepius Origenes, e. g. *Homil. in Ezech.* I, 4; *Fragm. in epist. ad Titum*. — Si igitur rationem habueris errorum praedictorum, praesenties oratorem nostrum graecum Marcionis, Praxeae, Sabellii fuisse proxime aequalem.

De seipso auctor nonnulla tradit. Non est quod fidem faciamus ipsi de sua imperitia dolenti in exordiis : « Ego, sanctissimi fratres, quia sum imperitus in verbis, et rustico agrestique sermone de tantarum rerum magnitudine sufficienter dicere nihil possum, deberem a caritate vestra veniam postulare ut lectionem hanc silentio praeterirem », etc. (p. 207). His artibus uti solent oratores vel disertissimi,

1. Ita Rufinus in translatione fragmenti Origenis *In epist. ad Titum*. Migne, *P. G.*, t. XIV, col. 1304. Praxeae nomen non nisi per Tertullianum noscitur; ab Origene et ab Hippolyto tacetur. Etiam Sabellii nomen ab Origene tacetur et a Tertulliano; sed ab Hippolyto, in *Philosophumenis* certe, refertur.

Origenesque ipse : *Homil. in Genes.* IX, 1; XII, 1; *In Exod.* I, 1; *In Reg.* I, 1, etc. Sed quod sequitur apertius erit : « Scio quidem, inquit (p. 57), me de hoc primogenito libro, id est Geneseos, frequentissime disputasse, et pene omnes lectiones eius, prout ratio aut mediocritas intellegentiae sinit, alacritati vestrae disseruisse. Nunc vero de prophetia sanctissimi patriarchae Iacob quae adhuc nunquam disserueram tractare proposui. » Etiam : « Scio quidem, inquit (p. 105), saepenumero de hoc Leviticorum libro me tractasse, et arduas pene et inextricabiles quaestiones caritati vestrae disseruisse. » — Origenis pervenerunt ad nos homiliae XVI de Levitico, quarum et ipse meminit in *Comm. in Rom.* IX, 1 : « Cum in librum Levitici aliqua diceremus, pro viribus explanare tentavimus quomodo » etc., ad *Hom. in Lev.* II, 2 respiciens [1]. — Eiusdem habemus homilias XVI de Genesi, sed de hoc primogenito libro plures exstiterant, quippecum Hieronymus repererit « statim in fronte Geneseos primam homiliarum Origenis... scriptam de Melchisedec [2] », quae periit. Etiam habemus Origenis homiliam quae, saepe cum homiliis in Genesim post XVI^am^ coniuncta, saepius in codicibus separatim prodit et praetitulatur *Tractatus de benedictionibus patriarcharum*. Illud autem maxime perspicuum esse debet, quod, inter tractatum nostrum de prophetia Iacob et huncce tractatum de benedictionibus patriarcharum, iidem versus exponantur atque eaedem proferantur mysticae rerum rationes, dum nullum interest in sententiis mutuum, quasi unus orator diversa occasione eadem argumenta digesserit et a diverso interprete fuerit latine redditus.

---

1. Cf. Harnack, *Geschichte d. altchristlichen Litteratur*, t. I (Leipzig, 1893), p. 344.
2. *Epistul.*, LXVIII, 2.

Hinc Origenes tractatuum nostrorum auctor palam fit. Insuper dicitur « comprobatus a beato Hieronymo », quia meminerant amanuenses gelasiani decreti pronuntiantis : « Origenis nonnulla opuscula, quae vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus : reliqua cum suo auctore dicimus renuenda[1] ». Sed haec comprobatio ementita facile proditur, si tractatoris nostri tenui libra pensatur doctrina, quae non solum origeniana est, sed ab Origenis dogmatibus propriis non ita expurgata ut omnem κακοδοξίαν evacuaverit. — Vult nempe Filium Dei sub specie angeli ad Agar fuisse locutum (p. 33). Similiter Origenes voluerat Dominum sub specie angeli ad Abraham esse locutum, quia putabat « quod sicut inter nos homines habitu repertus est ut homo, ita et inter angelos habitu est repertus ut angelus ». *Homil. in Genes.* VIII, 8. Cf. *Tom. in Ioa.* I, 34. — Vult Domini praedicationem non ultra unius anni spatium locum habuisse : Dominus enim figuratur in agno anniculo, et « anniculus dicitur, quia ex quo in Iordane baptizatus est a Ioanne..., expleto et exacto praedicationis tempore, passus est Xpistus, sicut David de hoc praedixit : Benedices, inquit, coronam anni benignitatis tuae » (p. 100). Hanc eamdem opinionem tenuerat Origenes : « At illi, inquit, statuerunt ei [Iudae] triginta stateres, tantam ei donationem constituentes quantos annos Salvator peregrinatus fuerat in hoc mundo : triginta enim annorum baptizatus coepit euangelium praedicare » (*In Mat. Comm.*, 78). — Tractator noster vult mundum, eo quod sex diebus factus est, per sex milia annorum, qui sex dies sunt Domini, duraturum : sexto autem millesimo anno completo, diabolus in abyssis religabitur, et tunc regnum sanctorum erit : septimus millesimus annus enim sabbatum sabbatorum est

1. E. Preuschen, *Analecta* (Freiburg, 1893), p. 152.

(pp. 94-95, 196-197). Notissimum est Origenis figmentum. Confer *Homil. in Num.* VI, 4 ubi de Maria propter lepram eiectam ex castris : « Verumtamen, inquit, haec lepra non perpetuo permanet, sed ubi septimana compleri coeperit mundi, revocabitur ad castra. In fine enim mundi cum plenitudo gentium introierit, tunc etiam omnis Israel salvabitur. » Rursus : « De diabolo dicens ait : Novissimus inimicus destruetur mors, cum diabolus et angeli eius igni tradentur aeterno... » (*Homil. in Ios.* VIII, 4-5).

Interdum tamen, ut mos fuit interpretibus Origenis κακοδοξίας tollendi ne latinae aures offenderentur, fidei catholicae Origenem restituere interpres aggressus est. — Origenes enim docuerat hominem tribus constare, id est corpore et anima et spiritu : spiritus non nascitur cum homine, sed a Deo per gratiam fidei postea tribuitur : corpus quod est compositum moritur et dissolvitur : anima, ut simplex, aerea, immortalitatem assequitur et semper vivit aut praemio aut paenae (pp. 3-4). Homo interior aeternus est, homo exterior de limo terrae plasmatus corrumpitur : ille immortalis, hic mortalis (pp. 5-8), hic in terram redit de qua plasmatus est, ille « caelo sideribusque coniunctus aeternitatem potietur vitae caelestis » (p. 9). Similiter Origenes, v. g. *Homil. in enes.* I, 13. — Carnis resurrectio erit ergo neganda. Re vera norunt omnes ab Origene carnis resurrectionem fuisse negatam. Nec dubium existimo quin, in expositione Ezechielis prophetiae super ossa arida, ipse noster Origenes exstiterit ex his qui « hanc lectionem quae perspicue resurrectionem carnis ostendit aliter interpretantur [1], dicentes ossa ista dispersa in campo figuram fuisse filiorum Israel » (p. 181). Quomodo igitur in expositione

1. Hanc interpretationem amplexus Hieronymus, *Comm. in Ez.* XXXVII, 1 : « Nec statim, inquit, haereticis occasionem dabimus, si haec de resurrectione communi intellegi denegemus. »

huius lectionis tractator noster totus est in traducendis « callidis haereticorum argumentis » et evincenda « falsitate haereticorum » qui carnem et sanguinem abdicant a regno Dei? « Absit hoc a fide catholica, inquit, cum constet vere carnis resurrectionem... esse credendam! » — Sed quaestio facile absolvitur. Tractatus enim iste de resurrectione carnis non est nisi farrago ex libro Tertulliani *De resurrectione carnis* (8-9, 47-49, 51) composita. Occasio haec data est latino interpreti Origenem ad fidem catholicam revocandi, datamque captavit ita imperite.

*
* *

Hinc tibi, lector, Origenem tamdiu absconsum in pergula reddimus. Tractatus equidem reperi, tum Aureliani, tum Audomari. Codicem aurelianensem Andreas Wilmart descripsit, codicem audomarensem descripsi ego. Apparatus criticus instructus est a me in tractatibus I-XV; in reliquis XVI-XX ab Andrea Wilmart. Simul textum correximus, interpunximus, restituimus; simul textum typis traditum sanavimus. Quoniam vero novissimarum curarum auctor sum, in me solum convertantur philologorum tela.

Tibi autem, Andrea, fili carissime, qui post dulcem hanc studiorum societatem, Solesmensis solitudinis amore et Spiritus vocatione saeculum fugisti et repromissionis terram occupas, sit pax et gratia!

P. B.

TRACTATUS ORIGENIS

IN NOMINE DOMINI
INCIPIT TRACTATVS ORIGENIS
DE LIBRIS SACROSANCTARVM SCRIPTVRARVM
COMPROBATVS A BEATO HIERONIMO.

[I]

Et finxit Deus hominem de limo terrae, [Adam ad imaginem et similitudinem Dei,] et inspiravit in faciem eius spiritum vitae, et factus est homo in animam viventem [1].

Multi sunt ineruditi homines, caelestium litterarum expertes, qui, cum audiunt dixisse Deum : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [2], putant corporeum

1. Gen. II, 7.
2. Gen. I, 26.

---

4 IN NOMINE-HIERONIMO] *litteris capital. nigris F, litteris uncial. rubris B* — SACROSANCTARVM] SCOR *F* — HIERONIMO] *Addunt B F capitulare, in fine cuius F habet* ITEM TEXTVS LIBRI GENESIS *uncial. rubr. B autem sic* INCIPIT SERMO ORIGENIS PRIMVS DE FIGMENTO HOMINIS *uncial. rubr.* — 6 Et] *Littera* E *eleganter delineata et simpliciter picta in B, crasse delineata in F* — Et finxit] Efinxit *F* — 9 ineruditi] in///diti *F* — 10 expertes caelestium litterarum *F* — audiunt] *F* audiant *B* — 11 Et] et ad *F*

Deum et membrorum compactione constructum intellegi oportere. Hoc autem ita esse credunt eo quod prophetae caput et capillos Domini nominent, et oculos et aures et nares et os et labia et linguam et pedes, ut cum dicitur : *Caput eius et capilli ut lana alba tamquam nix*[1], et *Oculi Domini super iustos et aures eius ad preces eorum*[2], et *Odoratus est Dominus odorem suavitatis*[3], et *Os Domini locutum est ista*[4], et *Quae procedunt de labiis meis non faciam irrita*[5], et *Lingua mea calamus acutus*[6], et *Sabbata vestra odivit anima mea*[7], et *Converte Domine faciem tuam et salvi erimus*[8], et *Dextera Domini fecit virtutem*[9], et *Nonne manus mea fecit haec omnia*[10], et *Digito Dei tabulae legis lapideae scriptae*[11] Moysi traduntur, et *Caelum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum*[12], et *Manu valida et excelso brachio Domini*[13] populus liberatur, et *Caelum palmo mensus est et terram omnem pugillo concludit*[14] : haec ergo membra corporis cum legunt vel audiunt, credunt, ut iam dixi, quasi corporeum Deum et membrorum esse distinctione compositum. Denique haeresis ipsius homines graeco vocabulo anthropomorphiani dicuntur, eo quod Deum ad vicem hominis compactum atque formatum asserunt. Proinde admonenda fuit dilectio vestra, ne aliquis

1. Dan. VII, 9.
2. Ps. XXXIII, 16.
3. Gen. VIII, 21.
4. Is. LVIII, 14.
5. Ps. LXXXVIII, 35.
6. Ps. XLIV, 2.
7. Is. I, 14.
8. Ps. LXXIX, 4.
9. Ps. CXVII, 16.
10. Act. VII, 50.
11. Deut. IX, 10.
12. Act. VII, 49.
13. Ps. CXXXV, 12.
14. Is. XL, 12.

---

1 compactione] composicione *F* — intellegi] *F* intelligi *B* — 2 Hoc autem ita esse credunt eo quod prophetae] Praesertim cum et prophetae *F* — 3 nominent] *corr.*, ... naent *F* ...nant *B* — 4 ut] *om. F* — 8 labiis meis] labia mea *F* — 10 Converte Domine] convertere domino *F* — 13 Moysi] *F* moisy *B* — sedes] *B F*[3] sedis *F* — 14 est] *B F*[2] et *F* — scabellum] scabillum *F* — 16 palmo] palma *F* — 17 ergo] *add.* ut *B* — audiunt] *add.* ita *F* — 19 distinctione] distincione *F* — 20 anthropomorphiani] *scripsi*, antropomorfiani *F* antrophomorfiani *F*[3] antropomoffiani *B* — 22 asserunt] *F*[2] adserunt *B F* — admonenda] *F* ammonenda *B*

vestrum horum verborum subtilitate capiatur. Aiunt enim : si haec membra quae in Deo divinae scripturae commemorant non ita credenda sunt, ergo fefellerunt nos prophetae, qui et caput et capillos et oculos et aures et nares et os et labia et linguam et manus et pedes et cetera membra Domini nominarunt, quem scirent incorporeum Deum et nihil horum penitus indigere, sed et ipse Moyses qui hoc in loco refert dixisse Deum : *Faciamus hominem ad imaginem et ad similitudinem nostram.* Sed quid hic agimus, o dilectissimi fratres? Utroque enim latere coarctamur. Si enim non est homo ad imaginem et similitudinem Dei factus, ut lex et prophetae tradunt, ergo et legem et prophetas mendacio coarguimus qui dicunt dixisse Deum : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, et *Fecit Deus hominem ad imaginem Dei*[1]. Sed qui haec dicunt meminisse debent hominis institutionem longe aliam esse a Dei natura.

Sed [...] disseramus nunc de divinae naturae invisibili et inenarrabili maiestate, de humana imagine et similitudine disputandum est, quae senio et casu fragilissimo naturae, infirmo vigore et arido virore deformata, saepe vitiatur et laeditur, sed si inviolato et integro pudore conservetur, beneficio Dei et liberalitate resurrectionis immortalis efficitur et in melius reformari potest. Manifestum est enim tribus perfectum constare semimortalem hominem, id est corpore et anima et spiritu. Sed nequis miretur quod semimortalem hominem dixi, quia, etsi caro moritur, anima tamen eius et spiritus permanet immortalis, sicut et apostolus ait : *Ut integer spiritus vester, anima et corpus in adventum Domini conser-*

1. Gen. I, 27.

---

2 membra] menbra *F* — 3 ita] *add.* esse *F* — 4 prophetae] propethe *F* propethae F^3 — 6 quem] *add.* hi *F* — 7 nihil horum] nihilorum *F* — 8 hominem] *F*, *om. B* — 10 utroque] *B* F^2 utrumque *F* — coarctamur] *scripsi*, cocertamur *F*, utroque-cocertamur *om. B* — 14 Fecit] *add.* inquit F^2 — 16 institutionem] institutione *F* — 17 a] *supplevi* — natura] *F* ...am *B* — 18 Sed] *Supple* « cum non » — invisibili] *B* F^2...lem *F* — 19 inenarrabili] *B* F^2 ...lem *F* — maiestate] mages... *F* — 21 deformata] desornata *F* — 23 immortalis] *scripsi*, inm. *B F* — 27 dixi] *add.* verum est F^2 — 28 immort.] *F* inmort. *B*

vetur[1]. Sed cum integrum spiritum conservari postulat, non spiritus qui ex Deo est, sed hominis meminit, quia si laesus ab homine suo fuerit, tunc integer ei homini non erit cum ab eo recesserit. Spiritus etenim non cum homine nascitur, sed postea per meritum, per gratiam fidei a Deo tribuitur, sicut Salvator in euangelio dicit : *Spiritus ubi vult spirat et vocem eius audis, sed unde veniat et quo eat ignoras*[2]. Verum animalis homo, qui necdum spiritum Dei acceperit, duabus rebus, ut dixi, constat, id est corpore et anima. Quae anima, etsi movet et movetur et commutabilem statum ut in bono et in malo habet, tamen, ut iam dixi, immortalis est in utroque, quia aut Deo semper vivit aut paenae, Deo inquam si sancta permanserit, paenae autem si peccaverit. Corpus vero quod religatum est partibusque coniunctum, facile dissolvitur et labefactum tabescit. Est ergo in nobis aliud quod est ventosum, aereum, simplex, flabile et agitabile, animus et sensus alterna mutatione vicissim spirantes et respirantes; est et solidum corpus quod elementis temperatum viget, id est calido, frigido, humido. Sed hoc corpus terrenam habet cogitationem, anima vero spiritalem naturam.

Cum ergo ex duabus, ut dixi, naturis homo constet, quarum aliam spiritalem diximus, aliam esse terrenam, quomodo tu putas Deum, incorporeum, simplicem, purum spiritum, imaginem et similitudinem hominis habere? Qui enim ita vult credere ut corporalem Deum intellegat, cum nemo corporalis est qui ad imaginem et similitudinem Dei factus non sit, hic compositum Deum ex potiore et inferiore natura esse statuet, quia talibus hominem constare manifestum est.

1. I Thess. V, 23.
2. Ioa. III, 8.

---

1 conservetur] *legit post* corpus *B* — conservari] F^2, *om. F B* — 2 spiritus] *F* spiritum *B* — hominis] F^2 ...ni *F* ...nes *B* — meminit] F^3, me////it *F* metuit *B* — quia] qui//// *F* — 4 ab eo] habeo *F* — etenim] *add.* Dei F^2 — 5 meritum] *add.* et F^2 — fidei]//// ei *F* — 11 et] vel F^2 — 12 vivit] *F* vivet *B* — 14 partibusque] *B* F^2 partibus quae *F* — 16 ventosum] *B* F^2 ventorum *F* — flabile] fabile *F* — 21 Cum] c///um F^2 *ex* quum — duabus] *B* F^2 duobus *F* — 23 incorporeum] *B F* corporeum F^2 — purum] *B F* ac purum F^2 — 25 corporalem] corporaeum F^2

Quidquid autem compositum est necesse est ut non fuerit sempiternum, quia compositio habet initium quo componitur ut maneat. Deus autem, semper et in omnibus manens, ubique idem et nusquam non totus est, sicut scriptum est *Caelum et terram ego impleo*[1], quia nec locus est aliquis ubi Deus absit, nec locus Deo maior sit. Et quia spiritus dictus sit, sicut scriptum est *Deus*, inquit, *spiritus est*[2], qui ergo spiritus est simplex et uniformis est. Alioquin si in membrorum diversitate constructus est, iam immensus et infinitus non est, quia metiri et definiri poterit aestimatione membrorum. Quid quod septem oculi Domini leguntur? Et homo duos oculos habet. Et ubi est haec imago et similitudo Dei in homine? Non enim una similitudo est eius qui duos oculos habet et eius qui septem habere perhibetur. Sed et homo corpus et ossa habet et vestigium in terra exprimit, Deus autem qui spiritus est *Ossa*, inquit, *non habet*[3] : quidquid est dictum, ipse Dominus in euangelio testatur quod spiritus ossa non habet nec vestigium exprimit. Et ubi erit imago et similitudo Dei ad hominem habentem ossa et carnem ?

Sed quia brevitas horarum non patitur plura exempla congregare, absolvenda iam quaestio est, ut probemus et vere hominem ad imaginem Dei secundum scripturas esse plasmatum, et nihilominus longe aliam imaginem Dei esse ab homine. Deus enim, cum hominem ad imaginem suam faceret, duplici eum natura composuit, anima scilicet et corpore. Et quidem animam divino illo et incomprehensibili nobis virtutis suae opere constituit, corpus vero de limo

1. Ier. XXIII, 24.
2. Ioa. IV, 24.
3. Luc. XXIV, 39.

---

7 qui] quid *F* — 8 si in membrorum] sine murorum *F* — 9 est 1°] esset *F* — immensus] inmensus *F* — 10 metiri] *B F*[3] mentiri *F* mitiri *F*[2] — aestimatione] estimacio *F* — 11 Quid quod] *F*[2] quidquid *F B* — 13 eius] *F* ei *B* — 16 quidquid] quicquid *F*[2] — 18 exprimit] *B F*[2] exprimet *F* — 20 carnem] *add.* ad eum qui non habet ossa *B F* ad eum qui /// habet neutrum *F*[2] — 22 absolvenda] *scripsi*, /// solvenda *F* ad solvendam *B* — quaestio est] *F* questionem recurramus *B* — 24 nihilominus] *B F*[2] nihil hominis *F* — esse] *post* aliam *B* — 26 composuit] *F* fecit *B* — 27 Et quidem] Equidem *B*

terrae plasmavit. Et quia ex humo homo dicitur, ideo anima corpori coniuncta vocabulum hominis traxit, ut et ipsa homo diceretur. Denique advertite quid scriptura pronuntiet : *Et dixit*, inquit, *Deus Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram : et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum*[1]. Et postea repetit dicens : *Nondum*, inquit, *pluerat Deus super terram, et homo non erat qui operaretur terram*[2]. Et ubi est quod supra iam dixerat : *Fecit Deus hominem ad imaginem Dei*, cum postea subiungat : *Et finxit Deus hominem de limo terrae, et inspiravit in faciem eius spiritum vitae, et factus est homo in animam viventem*? Videtis ergo, dilectissimi fratres, quo modo naturam hanc interioris et exterioris hominis quodam inspirationis foedere copulatam insinuet. Denique et beatus Paulus apostolus hoc sciens asserit in semetipso exteriorem cum interiore homine dissidere : *Congaudeo enim*, inquit, *legi Dei secundum interiorem hominem*[3]. Sed prius dixerat : *Video aliam legem in membris meis repugnantem et captivum me ducentem*[4] : id est per exteriorem hominem invitum cogi interiorem et id agere quod non vult. Unde idem apostolus : *Habemus*, inquit, *thesaurum istum in vasis fictilibus*[5]. Hoc ergo corpus vas fictile appellat eo quod de humo hominem plasmatum sciat, thesaurum dicit eo quod in eo Xpistus inhabitet, quia idem apostolus *In interiorem hominem*, inquit, *habitare Xpistum*[6]. Recole

1. Gen. I, 26.
2. Gen. II, 5.
3. Rom. VII, 22.
4. Rom. VII, 23.
5. II Cor. IV, 7.
6. Eph. III, 17.

---

1 dicitur] *F* indicitur *B* — 3 ipsa] ipse *F* — quid] *B* F^2 qui de *F* — 7 pluerat] *B* F^2 plueret *F* — 8 operaretur] *B* F^2 operaret *F* — 10 subiungat] *F* subiungit *B* — hominem] *F sol* — 13 hanc] nunc *F* — quodam] *B* F^2 quod dam *F* — 14 insinuet] F^2 insinuat *B F* — 15 asserit] *B* F^2 adserit *F* — 16 congaudeo] F^2 gaudeo *B F* — 17 interiorem] *B* F^2, *om. F* — prius] *om. F* — 18 repugnantem] *B* F^2 repugantem *F*, legi mentis mee *add.* F^2 — 19 hominem] *om. B* — 20 cogi] *add.* et *F* — 21 idem] *add.* beatus *F* — habemus] *scripsi*, ...entes *B* ... etis *F* — 23 de humo hominem plasmatum sciat] F^2 de hominem *F* de homine *B* — 25 hominem inquit] *F* inquit hominem *B* — habitare] *F* inhabitare *B*

denique et euangelium [1], et ibi invenies per divortium corporis et animae divitem in flamma cruciari, et Lazarum pauperem in sinu Abrahae refrigerari, et rogantem divitem ut pater Abraham mitteret Lazarum ut intingueret digitum suum in aqua et linguam eius refrigeraret quia torqueretur in flamma. Et unde, rogo, homini mortuo et in terra sepulto os et lingua, qui apud inferos refrigerium roris de digito animae felicioris expeteret? Hic est ergo homo interior, quem apostolus [2] secundum Deum creatum asserit esse. Videtis ergo alium esse hominem qui de terrae limo factus est, alium qui secundum Deum creatus est, ut in omni ministerio interioris hominis, secundum imaginem creatoris, bonitate, caritate, sanctitate perfecti esse possimus. Denique idem apostolus repetit dicens : *Et si exterior homo noster corrumpitur, interior renovatur* [3]. Ecce habes interiorem hominem secundum Deum creatum, habes exteriorem hominem de limo terrae plasmatum. Ecce habes interiorem hominem in quo Xpistus habitat, habes exteriorem hominem qui corrumpitur et dissolvitur. Ecce habes interiorem hominem congaudentem legi Dei, habes exteriorem hominem qui opera carnis desiderat. Ecce habes interiorem hominem qui apud Lazarum in sinu Abrahae refrigeratur et divitem qui torquebatur in flamma [...], habes eum qui mortuus et sepultus in terra demersus est. Non enim idem est qui mortuus in terra dissolvitur quod ille qui in sinu Abrahae refrigeratur. Ille vivit et loquitur et supplicia aut refrigeria sentit et patitur, hic mortuus et immobilis, immo putridus iacet.

1. Luc. XVI, 19.
2. Eph. IV, 24.
3. II Cor. IV, 16.

---

1 euangelium] *add.* legere — 7 lingua-refrig.] lingua qui apud inferos erat ut refrig. *F* — 8 felicioris] *B* F^2 feliciores *F* — 9 apostolus dixit sec. deum cr. esse *F* — 11 ministerio] *conieci,* misterio *B F* — 13 caritate] *scripsi,* karitate *B* caritati *F* — 16 creatum] *B* F^2 cretum *F* — 17 hominem] *F solus* — 20 hominem 1°] *F solus* — 23 flamma] *adiecit* F^2 *in margine* Ecce habes eum qui ab angelis//// delatus est — 24 demersus] F^2 dimersus *B F* — 26 vivit] *B* F^2 vivet *F* — 27 immobilis] *scripsi,* inmob. *B F* — 28 putridus] *B* F^3 putredos *F*

Videtis ergo alium esse hominem qui opera spiritus desiderat, alium qui carnalia concupiscit, alium qui semper vivit, alium qui moritur. Ille invisibilis est qui ad imaginem Dei factus est, quem secundum Deum apostolus dicit creatum, hic visibilis est qui de limo terrae plasmatus est. Ille mobilis est, hic non movetur et a semetipso motum habere non potest. Ille immortalis, hic mortalis. Ille rationabilis, incorporeus, subtilis, aeternus. Et ideo imago Dei in his omnibus est, in invisibilitate, in immortalitate, in rationabilitate, in mobilitate, in quibus anima humana formata est, dum naturam Dei mobilitas animae perennis imitatur, nihil in se habens corporale, nihil grave, nihil caducum. Pro ipso ergo interiore homine dixit Deus : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, quia ipse interior invisibilis et immortalis est. Et haec est imago Dei in illo.

Et quia aliud est imago, aliud similitudo, ita etiam dividenda ratio est, ut, quia iam hominem qui ad imaginem Dei factus est demonstravimus, nunc de similitudine disseramus. Diximus enim imaginem in persona esse, similitudinem vero in factis, sicut apostolus ait : *Imitatores mei estote sicut et ego Xpisti*[1]. Et alibi ex voce Dei : *Sancti estote sicut et ego sum*[2]. Videtis ergo similitudinem in sanctitate et bonitate deputari. Denique cum dixisset Deus : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram,* postea repetens ait : *Et fecit Deus hominem ad imaginem Dei.* Non dixit ad similitudinem. Imaginem enim fecerat in animalem Adam de invisibilitate, de immortalitate animae. Similitudinem autem in Xpisto reservavit, per quem qui ad imaginem Dei factus fuerat rursus ad similitudinem reformaretur in ipso. Sic enim apostolus ait : *Primus Adam in animam viventem*,

1. I Cor. XI, 1.
2. Lev. XI, 44.

---

5 qui] *B F*^{3} que *F* — 6 movetur et a] *scripsi*, move///tur a *F* movetur; a *F*^{2} movetur et ex *B* — 7 immort.] *scripsi*, inmort. *B F et subinde* — 9 in invisibilitate] *B F*^{2} in visibilitate *F* — 11 mobilitas] *conieci*, mobilem *B F* — 12 habens] habet *F* — 15 imago] *B in marg.* — 16 quia] *F*^{3} que *F* quod *F*^{2} — etiam] *B sol.* — 19 in persona] *F*^{2} personam *B F* — 20 factis] *F* facto *B* — 21 sancti estote] estote sancti *F* — ego] ego sanctus *F* — 25 Dei] *F sol.*

secundus Adam in spiritum vivificantem[1]. Ergo qui in animam viventem factus fuerat similitudinem necdum acceperat. Qui autem in spiritum vivificantem factus est, in hunc similitudo Dei est reformata. Imago enim vultus est, ut iam supra retulimus; similitudo vero refertur in factis. In hac enim similitudine, quae est melior et proxima Deo, facile apparet quod est in eadem simile, id est divinum, pulchrum, sincerum, non varium, non infirmum, non mutabile. Splendor enim est interni luminis Xpisti, quem in eo habitare dicit apostolus[2], speculum veritatis. Sed quae est ista quam nominat similitudo, nisi vita caelestis spiritalis, quam nulla foeda libido, nec vitium, nec luxuria, nec fuscata colorum figmenta, nec avaritia quae nunquam satiatur sed magis esurit cum putatur expleta, corrumpunt?

Haec ergo similitudo cupiditate saeculi non inflatur, non carnis vitio exardescit, non immani crudelitate stridet quae prius quam torqueat ipsa torquetur. Sed habet haec similitudo pium vultum, misericordes oculos, linguam defendentem, beneficam voluntatem. Haec ergo optanda est nobis similitudo quae tantam habet felicitatem et gratiam, ut, quod est paene incredibile, non iam homo, sed mutata lege et conditione immortalis deus appelletur. Est quod dixi, deus non natus sed factus, id est beneficio non natura. Hic ergo caelo sideribusque coniunctus aeternitatem potietur vitae caelestis. Sed ne dubites quod dixi

1. I Cor. XV, 45.
2. Eph. III, 17.

---

1 spiritum vivificantem] *F* spiritu vivificante *B* — 3 in 1°] *B F*^{2}, *om. F* — sp. viv.] *F* spiritu vivificante *B* — 6 similitudine] *B F*^{2} similitudo *F* — 9 mutabile] *F* motabile *B* — Splendor enim est] splendor///enim *F* — interni] inter in *F* — quem] *B F*^{2} que *F* — 11 nominat] *F*^{2} nominet *F* nomino *B* — 12 spiritalis] NOTANDV DE SIMILITVDINEM XPI *add. F uncial. rubr.* — luxuria] luxoria *F* — 13 colorum] *F*^{2} calorum *F* colore *B* — 14 corrumpunt] *F* coerumpunt *B* — 15 ergo] *om. B* — cupiditate] *F* cupitate *B* — 16 immani] inmani *F* — 19 defendentem] pacatam *F*^{2} *in ras. ex* d///// em — beneficam] *F*^{2} benificam *B* benificiam *F* — voluntatem] volumptatem *F* voluptatem *F*^{2} — optanda] obtanda *F* — 22 mutata] admutata *F* — appelletur] *scripsi*, appellaetur *F* appellatur *B* — 23 Est] *scripsi*, Et *B*, *om. F*, Est et quod *F*^{2} — 25 potietur] *B F*^{2} patietur *F* — dixi] *add.* extra *B F*

hominem deum. Ipse enim Deus deorum hoc permittit, hoc donavit. Labora vincere ut merearis deus dici, quia : *Ego*, inquit, *dixi dii estis et filii Altissimi omnes*[1]. Quod igitur simile est tale est quale per totum. Verum nec recognosci potest simile nisi habeat expressa signa per imaginem personalem. Quod ergo ait : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, imago facti et factoris haec est in interiore homine, de invisibilitate, de immortalitate, de mobilitate. Quod autem ad similitudinem pertinet, ut secundum bonitatem Dei in omni sanctitate, iustitia, fide et pietate vivere debeamus. Ceterum qui de limo consistit terrenus, corruptibilis, gravis, caducus, rursus in terram unde est assumptus est reversurus, secundum sententiam Domini dicentis : *Terra es et in terram ibis*[2], licet et ipsi sit resurrectio promissa. Unde advertere debetis alium esse hominem qui de terra est et in terram convertitur, alium qui semper aut Deo vivit aut paenae.

Verum quod ad membra pertinet quae quasi humana in Deo deputantur, non proprietates membrorum, sed efficaciae divinorum operum indicantur, ut homines qui spiritaliter Deum verum et vivum videre et intellegere non poterant, saltem secundum suam naturam aliquid de Deo vivo sentirent. Non enim lex et prophetae sic de Deo loquebantur quomodo Deus erat, sed quomodo homo capere poterat, ut proinde secundum suum sensum unusquisque Deum vivum posset cognoscere, quod et oculos haberet unde

1. Ps. LXXXI, 6.
2. Gen. III, 19.

---

1 deum] F^2 deus $F\,B$ — 2 Labora vincere] $B\,F$ vincere vince F^2 — dici] $B\,F$ dicit F^2 — 3 dixi] *sup. lin.* B — 4 Verum] vere *corr.* F^3 — Verum] *add.* quia F — 8 in interiore] *scripsi*, in////teriore F interiorem B — homine] F hominem B — 10 sanctitate] F bonitate B — 11 consistit] $B\,F^3$ constitit F — 12 corruptibilis] corrutibilis F — 13 unde-reversurus] unde assumptus est revertetur F — 14 Domini] dī F — es et] $B\,F^2$, et *om.* F — 15 ipsi] ipsis F — sit] *post* resurr. F — resurrectio] *sup. lin.* B — 16 est] $B\,F^2$, *om.* F — 18 ad] had F hic ad F^2 — 19 in Deo]/// deo F — membrorum] *om.* B — 21 vivum] $B\,F^2$ vivo F — intellegere] F intelligere $B\,F^3$ — poterant] $B\,F^2$ poterunt F — 22 saltem] *scripsi*, saltim $B\,F$ — 26 cognoscere] agnoscere F

videret, et os unde loqueretur, et animam unde neomenias et sabbata Iudaeorum odiret, et manus unde operaretur.

Ceterum quoniam adhuc spiritalem sensum exspectatis, cum caput Dei dicitur, quod ipse initium omnium rerum sit indicatur. Cum autem capilli ut lana alba tamquam nix, quod semper antiquus sit nominatur. Cum oculi dicuntur, quod omnia videat. Cum nares, quod orationes sanctorum quasi boni odoris percepturus sit indicatur, quia orationes sanctorum in Apocalypsi[1] thymiamati comparantur, quae per manum angeli in odorem bonae flagrantiae, ut scriptum est, Domino offeruntur. Cum vero os Domini dicitur, quod ipse totus sit sermo explicatur. Cum vero lingua eius ut calamus acutus scribitur, quod per Spiritum, quem calamum dixit, bipertita priscae legis et euangeliorum praecepta praescripta sint indicatur. Cum manus nominantur, quod omnia ipse sit operatus; cum brachium, quod universa ipse contineat; cum digiti Dei, quia per ipsum omnis significatio divinae voluntatis aperitur. Totus enim oculus est quia totus videt, totus auris quia totus audit, totus os quia totus sermo, totus lingua quia totus loquitur, totus pes quia totus ubique est, totus manus quia totus ubique operatur, totus brachium quia totus omnia continet et universa gubernat. Et quidquid de eo dixeris, efficientiam operum suorum et dispensationes sacramentorum ipsius nominabis, non tamen ipsum qualis et quantus sit poteris explicare. Tunc enim aestimatur Deus,

1. Apoc. VIII, 4.

---

1 neomenias] *F* neumenias *B* — 8 orationes] odoraciones *F* — 9 percepturus] percepcio *F* — indicatur] aperitur *in ras ex*////catur *F* — 10 Apocalypsi] apocalipsi *F* apocalipsis F^3 — thymiamati] *corr.*, timiamati F^2 timiama *F* thymiama *B* — 11 comparantur] *add.* esse *B F* — 13 ipse]/// e *F* — sit] *post* sermo *F* — 14 eius] ipsius *F* — 15 dixit] dicit F^2 — 16 sint] *corr.* sunt *B F* — 17 nominantur] nominatur *F* — operatus] *add.* ostenditur F^2 — 18 ipse] *om. B* — digiti] digitus *F* — 19 voluntatis] volūptatis *F* — 20 videt] *B* F^3 vidit *F* — 22 pes] spes *F* — 23 brachium] brachius *F* — 24 quidquid] *B F* quicquid F^2 — 25 dispensationes] ...nem *F* — 27 aestimatur] existimatur *F* (is *in ras.*)

cum inaestimabilis dicitur. Spiritus enim inaestimabilis, incomprehensibilis et inenarrabilis, ubique totus et unus est, quantum humana mens aestimare, comprehendere et definire non sufficit. Et ideo timendus, observandus et adorandus est, quia Deus credi magis voluit, non iudicari.

---

2 inenarr.] inennarr. *F* — 3 humana mens] sit homo//// *F ex* humana *ut vid.* — 4 definire] *F* diffinire *B* — 5 quia] *B* F^3 que *F* qui F^2 — magis] *add.* se *B F et expunxit B* — iudicari] *Sequitur doxologia* : Ipsi (*B* F^2 ipse *F*) honor et gloria in saecula saeculorum. *Add. B* F^2 amen, *om. F*

[II]

Apparuit autem Dominus Abrahae ad ilicem Mambre iuxta exitus viarum[1].

Laborandum mihi est et requirendum, dilectissimi fratres, ut inveniam quid sibi velit quod patriarcha iste nobilis et admirabilis propheta vel sermone vel opere prophetavit, quia multa, non solum verbo, sed actu, quae erant futura monstravit, cuius gesta nos modo legentes, et res imaginarias euangelio conferentes, plenum et perfectum spei nostrae solatium capiamus. Abraham ergo, quadruplicem in semetipso figuram habens, magnum divinae dispensationis sacramentum per imaginem protendebat. Una enim in eo erat figura legis et prophetarum, altera populi Israel quibus erat lex tradenda, tertia Salvatoris et nostra qui filii fidei eiusdem Abrahae per Xpistum futuri eramus, quarta populi non credentis. Proinde magna cura et diligentia advertendum est ubi et quando et quomodo et cui rei tempus induxerat, id est quando Salvatoris et nostra, quando legis et prophetarum, quando credentis populi, quando non credentium Iudaeorum.

Ecce enim dicitur : *Apparuit Deus Abrahae ad ilicem Mambre iuxta exitus viarum, hoc est in quadruvio, sedenti ad ostium tabernaculi sui meridie. Et respiciens oculis*

1. Gen. XVIII, 1.

3 iuxta] *B* F^2 iusta *F* — 6 opere] opera *F* — 8 cuius] quorum *F* — gesta] *B* F^2 iesta *F* — 9 imag.] immag. *F* — 10 Abrah.] *F* habrah. *B et ita subinde* — quadrupl.] F^2 *in ras.*, tripl. *B* — 12 protend.] portend. *F* — Una enim] Una F^2 *in ras.* — 13 Israelis *B F* — 14 lex] *add.* ipsa *F* — 16 credentis] *B* F^2 credendi *F* — 19 credentis populi] *B* F^2 credenti populo *F* — 21 Ecce enim] Cum enim *F* — dicitur] dicit *F* — 22 iuxta] iusta *F* — 23 meridie] *om. B* — Et] *om. F*

suis vidit, et ecce tres viri stabant ante eum. Et cum vidisset, occurrit in obviam illis. Et adoravit in terram et dixit : Domine, si inveni gratiam ante te, ne transieris puerum tuum, sumam aquam, et laventur pedes vestri, et refrigerate sub arbore[1]. Cum itaque ad exitus viarum ad ilicem Mambre tabernaculum Abraham habuisse referatur, ad quem omnes commeantes refugium habebant, figura erat quod ubique et ex omnibus orbis partibus a finibus terrae concursuri essent homines ad credulitatem Dei per apostolos qui filii Abrahae essent futuri. Denique ipse Dominus Salvatorque noster praemissam figuram in euangelio complevit, cum dicit : *Nuptiae quidem paratae sunt, vocati autem digni non fuerunt : ite nunc ad exitus viarum et provocate quemcumque inveneritis ad convivium nuptiarum*[2]. Quod cum diceret ostendebat quia Iudaei qui per legem et prophetas ad coniunctionem Xpisti et Ecclesiae fuerant provocati, cum indignos se iudicassent non veniendo, id est non credendo in eum, tunc missi sunt apostoli ad exitus viarum ut ex omnibus gentibus colligerent credentium populos, et essent refugium nationum a quibus nuptiale illud, ut dixi, Xpisti et Ecclesiae convivium compleretur, sicut et beatus apostolus non credentibus Iudaeis dicebat : *Vobis primum oportuerat praedicari verbum Dei, sed quia repulistis illud et indignos vos iudicastis, transferimus nos ad gentes*[3]. Et ideo cum iuxta exitus viarum Abraham dicitur habitare, vocationem gentium significabat esse futuram, utpote cui promissum fuerat quod *In semine tuo*

1. Gen. XVIII, 1-4.
2. Mat. XXII, 8-9.
3. Act. XIII, 46.

---

2 in obviam] inovia *F* inoviam F^3 — 6 ad quem] *B F* ad que F^2 — 7 commeantes] conmeantes *F* — erat] fuit *F* — 10 Abrahae] abraehe F^2 *ex* abrae — Salvator] salvatur *F* — 14 quemcumque] quoscumque *F* — 15 diceret] *B* F^2 dicet *F* — 16 coniunctionem] coniuncionem *F* — 19 colligerent] *B* F^3 collegerent *F* — 21 ut dixi] *post* Xpisti *F* — compleretur] *F* conpleretur *B* — 22 apostolus] *add.* Paulus *F* — 23 quia] *B* F^3 que *F* — repulistis] reppulistis *F* — 25 gentes] *add. F* QVOD SIT QD ABRAHA IVXTA EXITVS VIARV HABITABAT — exitus] *om. B* — 26 significabat] signifibat *F* — futuram] *F* venturam *B* — 27 utpote] F^3 ut pute *B F*

benedicentur omnes gentes[1], et pater multarum gentium esset futurus[2]. Arbor autem illa crucis imaginem perspicue portabat, quae aliis dura et aspera quasi lignea videretur, quia illic suspensus est Dominus ut peccata nostra, quae nobis ex transgressionis ligno obvenerant, in ligno crucis rursus per eumdem hominem affixa punirentur, sicut beatus apostolus cum de crucis mysterio disputaret ait : *In quo affixum*, inquit, *expiavit delictum*[3]. Aliis vero umbram et refrigerium praestabat, quia credentes ab aestu et ardore persecutionis proteguntur ac refrigerantur, sicut scriptum est : *In umbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas*[4]. Crux enim Xpisti, ut apostolus dicit, *pereuntibus stultitia, salvis autem futuris virtus Dei est*[5]. Tabernaculum autem illud, id est casa ubi Abraham pro tempore manebat, figura erat civitatis Hierusalem, in qua pro tempore lex et prophetae, ipse quoque Dominus et apostoli habitarunt, quae postea sicut casa in vinea, secundum Isaiae dictum[6], relinquenda erat. Quando autem casa in vinea relinquitur nisi cum vindemia consummatur? Sic et consummata vindemia dominicae passionis relicta est Sion sicut casa in vinea.

Sed quid est illud quod tres viros dicit Abraham ad se venisse, et unum ex his adoravit, unum Deum suum dinoverit, unius se puerum ac servum confessus sit dicens :

1. Gen. XXII, 18.
2. Gen. XVII, 4.
3. Col. II, 14.
4. Ps. LVI, 2.
5. I Cor. I, 18.
6. Is. I, 8.

---

2 esset] *B F*[3] esse *F* — futurus] *add. F* DE ARBORE ILLA SV QVA ABRAA SEDERE DICITVR *et del. F*[2] — 3 lignea] *F*[2] elignea *B F* — videretur] videbatur *F* — 6 affixa] *B F*[2] adfixa *F* — 7 disputaret ait] disputare faciad *F* — 8 affixum] adfixum *F* — expiavit] expiabit *F* — 9 quia] *conieci*, quo *B F* — 13 salvis autem] *B F* salvandis *F*[2] — 14 illud-casa] *om. F*[2] — casa] isaac *F* — 15 Hierusalem] irslm *F* — qua] *B F*[2] quo *F* — pro] *supplevi* — tempore] *om. F*[2] — 16 prophetae] *B F*[3]...ta *F* — habitarunt] habitaverunt *F* — 17 Isaiae] esaiae *F* — 18 relinq.] reliq. *F* — 19 vindemia] *B F*[3] vindimia *F* — consummatur] *B F*[2] consumatur *F* — 20 consummata] *B F*[2] consumata *F* — Sion] *F* Syon *B* — 24 se] *om. F*

Domine, si inveni gratiam ante te, ne transieris puerum tuum? Igitur si unus Dominus est qui ad visitandum Abraham venire dignatus est, qui sint illi duo comites eius diligentius advertamus. Duo itaque isti vel viri vel angeli qui cum Domino comitabantur, si me intentio mea non fallit aut decipit, Moyses et Elias sunt, unus priscae legis lator, qui per eamdem legem adventum Domini praedicavit, alius qui in clausula mundi venturus est, euangelium Xpisti Iudaeis praedicaturus et facturus nobiles Xpistianos, metator scilicet secundi adventus Domini. Denique cum in monte transfiguratus esset qualis in regno suo venturus est, isti duo, id est Moyses et Elias, cum Domino ab apostolis visi sunt. Sed quomodo ab apostolis agniti sunt silentio praeterire non debemus. Nunc vero, fratres dilectissimi, dico quod sentio, quia Moyses cum eis tabulis foederis quas in monte Sina acceperat a Domino, et Elias cum eodem curru in quo levatus fuerat, ad Xpistum venerunt, et quod ii essent, ideo apostoli eos cognoverunt, pro quibus beatus Petrus apostolus ait : *Domine, bonum est nobis hic esse : si vis faciamus tria tabernacula, unum tibi, unum Moysi, unum Eliae*[1]. Ut ergo isti duo viri, id est Moyses et Elias, in monte excelso ab apostolis cum Domino visi sunt, sic et tunc cum eodem Domino apparuerunt, quia apud Deum perfecta sunt omnia quae apud nos imperfecta putantur, dicente apostolo : *Qui vocat ea quae non sunt tamquam ea quae sunt*[2]. Necesse enim fuit ut ea quae futura erant

1. Mat. XVII, 4.
2. Rom. IV, 17.

---

3 dignat ⋆ est *F* — qui] *F* quid *B* — 4 advertamus] ⋆ vertamus *F* — 5 qui cum Domino] qu ⋆⋆ domino *F* — 6 decipit] F^2 decepit *B F* — Elias] *F* helyas *B* — 7 lator] latur *F* — eamdem] *scripsi*, eadem *F* eandem *B* F^3 — praedicavit] *B* F^2 praedicabit *F* — 9 Xpistianos] *om. B* — 11 cum] *add.* se F^2 *solus* — transfiguratus esset] *conieci*, ...rasset *B F* — qualis] *conieci*, quia *B* qua *F* quo vero F^2 — 13 ab apostolis] ad fuisse //// F^2 *in ras* — 14 sunt] sint *F* — debemus] *add. F* PVLCHRE SATIS EXPOSITVM ET VALDE NOTANDVM — 15 dilectissimi] *om. B* — 15 sentio] *add.* nisi *B F*, *expunxit* F^2 — quia] *B F* qui F^2 — eis tabulis] eas tabulas *F* — 16 Sina] *F* Syna *B* — helyas *B* helias *F et ita subinde* — 18 et quod] *bis B* — 20 tria] *B* F^3 trea *F* — 23 tunc] *add. F* in futura patris fidei nostrae abrahe — eodem] *F solus* — apparuerunt] paruerunt *F* aparuerunt F^2 — quae ⋆ pud *F* — 24 perfecta] *conieci*, facta *B F* — imperfecta] inperfecta *B F* — 25 qui ⋆ cat *F* — tamquam] *F* tanquam *B* — enim ⋆ ut *F*

prius dedicatori fidei nostrae pro loco pro tempore monstrarentur, et sic nobis postea qui filii eius sumus in veritate manifestarentur. Denique et ipse Dominus huius rei testimonium in euangelio perhibuit dicens : *Abraham quaesivit ut videret diem meum, et vidit et exhilaratus est* [1]. Tunc utique vidit diem dominici adventus, et dispositionis eius mysteria cognovit, cum ei venienti ad se gaudio exhilaratus occurrit, cum convivium praeparat, et ea quae convivii sacramento congrua erant spiritu prophetiae laetus apponit, cum pedes lavat ut plenum et perfectum obsequium in adventu ipsius exhiberet. Denique et ipse Dominus hanc vicem semini eiusdem Abrahae credidit, ut filiis fidei eius, id est apostolis, pedes ipse lavaret, ut formosos pedes euangelizantium pacem lavacri sui purificatione efficeret.

Sed quia idem Abraham duplicem figuram populi qui ex se futurus erat in semetipso portabat, tam eorum qui ex semine suo credituri erant in Xpisto, quam illorum qui non erant credituri, sicut scriptum est : *Sic erit semen tuum sicut stellae caeli et sicut arena maris* [2] : quod non solum propter multitudinem dixit, sed ut bipertitum populum ex semine ipsius significanter ostenderet, id est qui credidissent in Xpisto sicut stellae caeli fulgerent, qui autem credere noluissent ut arena maris proiecti conculcarentur in terram : proinde tabernaculum hoc Abrahae civitatis Hierusalem figuram habens, vocationum utrorumque populorum speciem

1. Ioa. VIII, 56.
2. Gen. XXII, 17.

---

1 tempore] tempora *F* temporae F^2 — monstr.] mostr. *F* — et sic] Sic et *F* ut sic F^2 — in euangelio] *om. B* — 5 exhilaratus] exilatus *F* exilaratus F^3 — 9 laetus] *scripsi*, obletus *F* obletus *B* — apponit] *conieci*, opponit *B F* — 11 exhiberet] *add. F* EXPONIT BEATVS HIERONIMVS IN DICTIS SVIS EVIDENT̄ — Dominus] *B sup. lin., post* Abrahae *F* — ipse] *om. F* — 14 efficeret] *add. F* QUOD ABRAHA̅ FIGURAM DVOR̄V POPVLOR̄V IN SEMETIPSO HABVERIT — 15 duplicem] *om. B* — 17 credituri in Xpisti (...to F^3) erant *F* — 19 stell ⋆ *F* — quod] *B* F^2 qui *F* — 20 multitudi ⋆ *F* — 21 signific ⋆ tur *F* (...ter *B* F^3) — ostenderet] *add. F* HOC ET DANIHEL APERTE ⋆ NVNCIAT DICENS ET QVI AD IVSTITIA̅ ER ⋆ DIVNT MVLTOS FVLGEBVNT QVASI STELLE IN P̄PETVAS ET̄NITATES — terram] terra *F* — 24 Hierusalem] *F* ierl̄m *B* — vocationum] vocacionem *F* — 25 habens] habet *F* habet et F^2 — populorum] *F solus*.

perspicue portabat, tam eorum qui ex Israel in Xpisto credituri erant, quam eorum qui de exitibus viarum, id est de nationibus variarum gentium, credidissent.

Sed nunc iam videamus convivii illius sacramentum quod Abraham Domino exhibuit quid indicet. *Vitulum*, inquit, *tenerum, saginatum, butyrum et lac et panes ingriphios*, id est azymos, *subcinericios ex tribus mensuris similae conparsos* [1], quae omnia ad liquidum prosequi spatium dicendi non permittit. Et ideo breviter strictimque favente Domino singula quaeque perstringam.

Vitulus ergo hic tener, saginatus, carnem Domini figurabat, quae ab incredulis filiis carnis Abrahae propter salutem credentium immolari habebat, sicut et apostolus dicit : *Pascha nostrum immolatus est Xpistus* [2]. Quem ideo saginatum dicit, quia erat omnium bonorum operum plenitudine opimus, sicut ait apostolus : *In quo omnis plenitudo divinitatis corporaliter inhabitat* [3]. Hic ergo vitulus dominici corporis, qui in euangelio pro peccatore filio occiditur, ipse ab incredulis pro nobis est immolatus, unde optimum convivium credentibus praeparatum est. Sed quod butyrum dicit et lac cum carne vituli pariter appositum, priscam legem esse quae per Moysen data est apostolo auctore didicimus. Sic enim ad Galatas scribit : *Lac enim vobis potum dedi, non cibum, necdum enim poteratis, nec adhuc quidem potestis* [4]. Tradiderat enim legis eis mandata quasi lac de uberibus duarum tabularum legis expressum, quod est testamentum fidei. Necdum etenim poterant propter infan-

1. Gen. XVIII, 6-7.
2. I Cor. V, 7.
3. Col. II, 9.
4. I Cor. III, 2. Perperam *Galatas* recitant codd.

---

1 in Xpisto] *F solus* — 2 exitibus] *B* F^2 exitus *F* — viarum] *om. B* — gentium] generum *F* — 9 permittit] patitur *F* — strictimque] *B* F^3 stricti inq ; *F* — 13 sicut] sicuti *F* — dicit] ⋆ icit *F* — 14 nostrum] *B* F^2, *om. F* — saginatum] ⋆ ginatum *F* — quia] *B* F^2 qui *F* — 15 ope ⋆ *F* — plenitudine] *om. B* — 16 opimus] F^2 ꝓ optimus *B F* — apostolus ait *F* — In quo] ⋆ quo *F* — 19 pro nobis est *post* ipse *F* — 20 quod] F^2 et *B F* — 21 esse] *B sup. lin.* — 23 Galatas galathas *B F* — 25 eis *post* enim *F*.

tiam sensus sui euangelicae doctrinae solidam et robustam escam accipere. Butyrum autem Ioannis Baptistae est praedicatio, quae euangelio coniuncta est, qui in spiritu et virtute Eliae metator primi adventus dominici fuit, sicut et ipse Elias in secundo venturus est. Ioannem Baptistam ipsum esse Eliam, non propter carnis materiam, sed propter unam eamdemque virtutem spiritus, Dominus in euangelio probat, cum pro eodem Ioanne dicit : *Si vultis scire, ipse est Elias qui venturus est* [1]. Sed quare Ioannis praedicatio butyro comparatur breviter dicam. Butyrum etenim, quamquam sit lactis natura, tamen iam pinguior et solidior materia est. Sic et Ioannis praedicatio, quamquam adhuc lacte priscae legis uteretur, quia lex et prophetae usque ad Ioannem, tamen iam satis strictiorem et severiorem disciplinae regulam intimabat dicens : *Iam securis ad radicem posita est, et omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur : generatio viperarum, quis vobis monstravit fugere a ventura ira? Facite ergo dignos fructus paenitentiae* [2], et cetera. Denique ut paenitentiam agerent, ut peccata baptismo diluerent, ut vias Domini praepararent et semitas eius dirigerent, id est ut corda sua mentesque ad suscipiendum adventum Xpisti bonis actibus praepararent, crebris obiurgationibus admonebat. Nam et sicut butyrum aut frequenti agitatione aut concussione assidua cohibetur in se atque solidatur, sic et hi qui per Moysen lac legis acceperant, multis obiurgationibus et crebro pulsu Ioannis vocibus agi-

1. Mat. XI, 14.
2. Mat III, 7-10.

---

2 Ioannis Baptistae] *B F*^{3} ...nem... tam *F* — 4 adventus] *B F*^{2} aventus *F* — 5 secundo] *B F*^{2} secundum *F* — 7 eamdemque] *scripsi*, eandemque *B F* — 9 vent ⋆ rus *F* — est] *add. F* QVARE IOH̄S P̄DICIO BVTIRO SIMILI ⋆ CŌPAR ⋆ — 10 butyro] *B F*^{2} ...rum *F* — comparatur] *F* conparatur *B*... raetur *F*^{2} — 11 etenim] *om. F* — quamquam] ⋆ quam *F* — 12 et solidior] ⋆ ⋆ or *F* — Ioannis] *B F*^{3} ...es *F* — praedicatio] praedi ⋆ *F* — 14 strictiorem] stricciorem *F* — 16 radicem] *add.* arborum *F* — quae fructum non facit *F et om.* bonum — 18 generatio] 2^a *m. B*, natio 1^a, et nacio *F* — monstravit] *B F* ...bit *F*^{2} — fugere] *B F*^{3} fugire *F* — ventura] veniente *F* — 21 eius] *F* ei *B* — 24 admonebat] *F* ammonebat *B* — 25 cohibetur] *conieci*, coibitur *B* quoibitur *F* — 26 hi] *scripsi*, hi/// *F* hii *B* — acceperant] acciperunt *F* acceperunt *F*^{3}.

tati, ad solidiorem fidei substantiam profecerunt, sicuti et David [1] paenitentiam agens coagulatum ut lac cor suum esse dicebat. Denique cum butyrum fit serum de lacte separatur, et oleum de butyro efficitur. Ita et de lacte legis increduli velut serum separantur, atque ex Ioannis praedicatione, quod est butyrum pinguissimum, euangeliorum testimonium velut oleum praebetur. Ac proinde cum vitulum cum lacte et butyro Abraham Domino edendum apponeret, hoc significabat quod nec corpus Domini, quod est vitulus, sine lacte legis, nec lac legis sine butyro, quod est Ioannis praedicatio, nec Ioannis praedicatio sine euangelica plenitudine esse potest.

Quid autem tres mensurae similae, quid etiam panes azymi de tribus mensuris subcinericii indicent, silentio praeterire non debemus. Tres itaque mensurae tres sunt generationes Noe, id est Sem, Cham et Iaphet, ex quibus post diluvium omne genus hominum reparatum est, id est omnes tribus, linguae et nationes esse coeperunt, ex quibus in Xpisto credentes socii passionis eius et participes sanctae mensae essent futuri, immo et in panem dominici corporis deputandi, qui ideo in specie similae comparantur, quia primum ut grana fortia et robusta a paleis gentium Spiritus Sancti flatu separati, et mola legis comprehensi, ut si qua inerat duritia frangerentur. Tunc peccatorum furfures excussi, ut credentium populorum pura et candida fidei vota velut simila purgarentur, sicut scriptum est : *Super nivem candidiores effecti*

1. Ps. CXVIII, 70.

---

2 coag.] quoag. *F* — 3 cum] sicut F^2 *in ras.* — fit] et F^2 *in ras.* — 4 oleum] oleo *F* oleo quod F^2 — lacte] ⋆ te *F* — 5 atque ex] ⋆ ⋆ *F* — 6 pinguis ⋆ geliorum *F* — 7 proinde] ⋆ *F* — 8 lacte] *add.* legis *B*, legis *eras. F* — butyro] *correxi*, ...rum *B F* — 11 nec Ioannis praedicatio] F^2 *sol.* — 13 tres] *post* mensurae *F* — similae] simmile *F* — praeterire] praeteriri *F* — 15 debemus] debet *F et add.* QVARE TRES MENSVRE DICVNTVR — 16 id est] *F in ras.* — Iaphet] *F* iafet *B* — quibus] *B* F^3 qubus *F* — 18 nationes] *F* nationis *B* — 19 passionis] *B* F^3 passiones *F* — 21 in] F^2, *om. B F* — 23 sancti spiritus *F* — 24 comprehensi] *F* conprehensi *B* — ut] *eras. F* — 25 peccatorum] *F* peccatores *B* — furfur ⋆ *F* — 26 populorum] F^2 peccatorum *B F* — candid ⋆ *F* — simila] simmila *F* — scriptum] ⋆ iptum *F*

sunt Nazaraei [1]. Baptismi enim aqua consparsi unum corpus caritatis effecti sunt. Sed quare panes azymos subcinericios dicit? Azymos utique, quia sine fermento malitiae, sine fervore perversae doctrinae, sine tumore et superbia cordis insani oportebat esse credentium unitatem : subcinericios autem, quia necesse erat per paenitentiam et legitimam satisfactionem atque exomologesin praeteritorum delictorum omnem credentem in panem Xpisti corporis deputari, sicut et Ioannes Baptista eis qui baptizandi erant dicebat : *Facite dignos fructus paenitentiae* [2]. Sed et beatus Petrus apostolus sic Iudaeis credentibus dicebat : *Paenitentiam agite et baptizemini in nomine Domini nostri in remissionem peccatorum* [3]. Et ideo subcinericii panes apponuntur, quia per paenitentiae satisfactionem credentium animae a Domino assumuntur.

Videtis ergo, dilectissimi fratres, lectionis istius sacramentum salutis nostrae ordinem liniasse. Abraham etenim qui Dominum suscepit figura sanctorum erat qui adventum Xpisti cum gaudio susceperunt. Tabernaculum eius typum Hierusalem fuisse dixi, ubi primum Dominus advenit, qui a credentibus exceptus est, ab incredulis vero in crucis ligno suspensus est, et quasi vitulus saginatus occisus est. Lac et butyrum significat quod lex et prophetae usque ad Ioannem prophetaverunt. Tres mensuras similae unde Sarra panes subcinericios fecit, trium dixi imaginem filio-

1. Thre. IV, 7.
2. Mat. III, 8.
3. Act. II, 38.

---

1 Nazaraei] *scripsi*, nazareni *B* na ⋆ reni *F* (reï F^2) — enim] F^2 *ex* q////, quoque *B* — unum] u ⋆ *F* — 2 caritatis] *F* karitatis *B* — sunt] F^2, *om. B F* — panes] ⋆ *F* — subcinericios] *B* F^3 subcinerius *F* — 3 utique] ⋆ *F* — fermento] *B* F^3 firmento *F* — 4 perversae] p ⋆ *F* — 7 exomologesin] eximmologesim *F* — 8 panem] *B F* pane F^2 — 9 Baptista] baptiste *F in ras.* — 10 dignos] dicgnos *F* — fructus] *B* F^3 fructos *F* — Sed et] Sed *F* — 12 baptizemini] *B F* baptizamini F^3 — nostri] *add.* ihū xpī *F* — 15 assumuntur] adsumuntur *F* — 17 liniasse] lineasse *B* — 19 susceperunt] F^3 susciperunt *F* susciperent *B* — 20 Hierusalem] *scripsi*, ier... *B* ⋆ slm *F* — qui a] *B* F^2 quia *F* — dixi] *om. F*, dici /// F^2 — 21 vero] *om. F* — 23 est. Lac]/// ⋆ ⋆ c *F* — significat] F^2, *om. B F* — quod] F^2 quia *B* que *F* — prophe ⋆ erunt *F* — 24 mensuras] mensurae *F et* 2^a *manu B* — 25 Sarra ⋆ bcinericios *F* — trium dixi filiorum ⋆ indicasse *F*

rum indicasse, ex quibus omne genus hominum natum est, qui divinae Trinitati credentes, id est Patri et Filio et Spiritui Sancto, ex aqua baptismatis per Ecclesiam, cuius imago Sarra erat, conspargendi essent et in uno corporis Xpisti pane redigendi. Sarra enim, ut iam dixi, Ecclesiae typum gerebat, quae sacramentorum ministra et obediens erat. Azymos autem panes, id est sine fermento, ut dictum est, eo quod sine fermento malitiae, sine fervore nequitiae ac perversae doctrinae esse debemus. Subcinericios vero, quia per paenitentiam conversi ad baptismatis sacramentum et Sancti Spiritus vapore decocti, velut esca beneplacita Deo acceptabiles futuri eramus. Filius autem Sarrae, qui in senectute repromissus et datus est, hoc indicabat quod in ultima saeculi senectute Ecclesia verbo Dei conciperet et haberet ingenuum populum Xpistianorum, qui haeres esset repromissae haereditatis, id est caelestis regni, futurus.

---

1 homi ⋆ atum *F* (homi *ex* huma) — 2 Trinitati] trinitatis *F* — 4 Sarra] *F* Sara *B et ita subinde* — 6 sacramentorum] sagramentorum *F* — 7 azymos] azimus *F* — panes] *B F* panis F^3 — fermento] firmento *F*, *corr.* F^3 — fervore] acrore *F* (c *in ras.*) — 9 debemus] deberemus *F* — subcinericios] sucinericius *F* subc... F^3 — 10 quia] F^2 ut *B F* — 11 et] *supplevi* — 12 acceptabiles] *F* acceptabilis *B* — 13 indicabat] indicavit *F ex* bit — 14 Ecclesia] *B* F^2 ...e *F* — et] F^2 *sol.* — 15 ingenum *F*, *corr.* F^2 — 16 futurus] *Sequitur doxologia* : Deo patri omnipotenti per (*add. F* dominum nostrum) Iesum Xpistum maximas atque uberes (...as *F*) gratias referre (agere *F*) debemus qui nos tanti sacramenti participes esse (⋆ *F*) voluit *B F* (cui est honor et gloria in secula seculorum amen *add.* F^2)

[III]

Videns autem Sarra filium Agar aegyptiae, qui natus erat Abrahae, ludentem cum filio suo Isaac, dixit ad Abraham : Eice ancillam et filium eius, non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac[1].

Si omnium patrum gesta prophetarumque vaticinia, quae typum futurorum esse beatus Paulus apostolus docet[2], diligenti cura et sollicita animadversione aspicere et considerare velimus, procul dubio magnum sacramentum spei ac salutis nostrae a saeculis antiquis dispositum esse dicemus. Nihil enim repentinum aut inopinatum in euangelio gestum est, quod non prius fuerit aut praefigurata patrum praedicatione monstratum aut opere praeostensum aut prophetica voce praedicatum. Denique hoc in loco, cum Abraham, iuxta consilium Sarrae uxoris suae, Agar ancillam suam aegyptiam cognovisset et ex ea filium Ismael nomine suscepisset, sed et postea cum Sarra in senectute sua filium peperisset ac invicem ludentes infantes vidisset, quid est quod dixit ad Abraham : *Eice ancillam et filium eius, non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac*? Magnum utique sacramentum

1. Gen. XXI, 9-10.
2. Col. II, 17.

---

2 Videns] idens *B*, *initialis litterae locus vacuus remansit.* — Sarra] Sara *B et ita subinde* — aegipcie q ⋆⋆tus *F* — fili⋆dixit *F* — 4 ancil.] *F* anscil. *B et subinde* — et f ⋆⋆ non *F* — 5 Isaac] Hi ⋆ *F* — 7 typum] *B* F^2 tipus *F* — 8 animadversione] anima. adversione *F* — aspicere] *F* curare *B* — 9 sacram.] sagram. *F* — dicemus] F^2 dicimus *F* didicimus *B* — 11 aut] neque *F* — 12 prius fuerit] fuerit prius *F* — 15 aegyptiam] ecypciam *F* egypciam F^3 — 16 Ismael] *scripsi*, Ismahel *B F et subinde* — 18 quid est quod] F^2 *in ras.*, quidē quod *F* rursus *B* — Abraham] *add. F* maritum suum — 19 Eice] *add. F* de domo — 20 Isaac] *B* F^2 Isahac *F*

divinae ordinationis in hoc ordine monstrabatur. Igitur, dilectissimi fratres, intuendum est nobis et requirendum, ut inveniamus quae causa quaeve ratio exstiterit, ut primum vellet maritum suum cum ancilla dormire et eumdem filium quem de ancilla susceperat velut proprium educaret, et hunc eumdem educatum postea cum matre sua iuberet expelli.

Sic enim scriptum est : *Eice ancillam et filium eius, non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac.* Quod quidem non levitate aliqua vel zelotypiae spiritu accensa Sarra hoc dicit, ut ancillam cum filio suo quem pridem sibi ipsa adoptaverat in filium iuberet expelli, sed spiritu prophetiae impulsa utramque rem pro tempore, pro causa, pro typo futurorum, consula ratione providit, ut et prius hortaretur maritum de ancilla filium generare, et postea ipsam ancillam cum filio suo faceret expelli. Sarra enim libera et nobilis typum habebat Ecclesiae, quam corpus Xpisti esse apostolus[1] definivit, — sicuti et Sarra Abrahae caro erat : *Hoc*, inquit, *os de ossibus meis et caro de carne mea*[2], — cuius membra sanctos et fideles esse apostolus[3] docet. Agar ergo ancilla Sarrae typum Synagogae perspicue portabat, quae filium, id est populum, in servitute peccatorum generans, in domo dominae suae, id est Ecclesiae, manere non poterat. Omnem autem peccatorem servum probat ipse Dominus in euangelio cum dicit : *Qui peccatum*, inquit,

1. Col. I, 18.
2. Gen. II, 23.
3. I Cor. XII, 27.

---

1 monstrabatur] *B F*^{3} mostrabatur *F* — Igitur] que *F* quod *F*^{2} — 3 ut ⋆ veniamus *F* — 5 et ⋆ filium *F* — proprium] suum ⋆ *F* — educaret] *scripsi*, ⋆ docare *F* edocaret *B* — 6 educatum] *F*^{2} edocatum *B* hedocatum *F* — postea ⋆ ⋆ e sua *F* — sua] *add. F* de domo — 8 scriptum est] ⋆ um est *F* — Eice] *add. F* inquid — 10 vel] *F*^{2} *sol.* — 12 adoptaverat] *B F*^{2} adoptaverit *F* — filium] *correxi*, ...o *B F* — prophetiae] proficiae *F* — 13 impulsa] *scripsi*, inpulsa *B F* — utramque rem] utraque res *F* utrasque res *F*^{2} — 16 suo] *add. F* de domo — expelli] extorrem *F* — 17 quam] *add.* ecclesia *F* ecclesiam *F*^{2} — 18-19 Sicuti-mea] *Glossam cave!* — 19 Hoc] haec *F* — 20 esse] *F* quosque *B* — 21 perspicue] prespicue *F* — portabat] portabit *F* portavit *F*^{2} — 22 peccatorum] peccatum suorum *F* peccatorum suorum *F*^{2} — 24 peccatorem] *B F*^{2} peccatore *F*

facit servus est, et servus non manet in domo in aeternum, filius autem manet[1]. Et quia populus Iudaeorum peccator de Aegypto exiens legem in servitute accepturus erat, sicut apostolus ait : *Lex non iustis sed peccatoribus data est*[2], proinde hic populus, quia peccator est, [...] merito Agar ancilla Sarrae, typum Synagogae habens, Abrahae domino coniungitur, ut ex ea filius, id est Iudaeorum populus, primitivus nasceretur, qui sub iugo servitutis erat futurus, quamvis esset pro tempore in magnam gentem et ipse futurus.

Sed nihilominus cum filio liberae filius ancillae, id est cum fideli populo populus Synagogae, haeres esse non posse memoratur. Nemo etenim haereditatem paternam, id est caelestis regni gloriam, possidebit, nisi qui se filium Sarrae, id est nobilis ac venerandae Ecclesiae, fidei sanctitate omnibusque bonis actibus praebuerit. Matrem etenim nostram Hierusalem caelestem liberam, hoc est sanctam Ecclesiam, beatus apostolus[3] esse testatur : Agar vero Hierusalem terrenam, id est Synagogam, iunctam monti Sina in quo lex in servitute accepta est, figurasse subiunxit[4]. Nam quod Sarra adhuc tunc sterilis erat, quando Abraham cum aegyptia conveniebat, hoc indicabat quod Ecclesia ex gentibus tamdiu sterilis esset futura nec ullum ex spiritali semine filium susceptura, quamdiu Synagogae populus, id est filius Agar, aut nasceretur aut cresceret. Denique ut Sarra in senectute concepit, ita Ecclesia in fine mundi et

1. Ioa. VIII, 34-35.
2. I Tim. I, 9.
3. Gal. IV, 26.
4. Gal. IV, 24-25.

---

3 ex ⋆⋆ in servitute *F* — 4 lex ⋆⋆ sed *F* — 5 populus] ⋆ *F* — quia] *B* F^2 qui *F*. *Locus lacuna laborat. Supple* : « a filio Agar figurabatur. Atque » — Agar a ⋆⋆ typu *F* (typum F^2) — 7 cōi ⋆⋆ ex ea *F* — 8 nasceretur] ⋆ retur *F* — 9 magnam] *B* F^3 magna *F* — 11 liberae filius ancillae] nomen *F* — 12 populus synagogae] *om. F* — posse] posset F^2 — 13 memoratur] *om. F* — 15 fidei] fide *F* — 17 Hierusalem] *F* ierlm *B et subinde* — apostolus] *add. F* Paulus — 19 synagogam] *F* synagoge *B* — iunctam] *B* F^2 *om. F* — monti] F^2 montis *B F* — lex] *om. B* — 20 figurasse] *conieci*, figuram fuisse *F* f. habuisse *B* — 21 sterilis] *scripsi*, steliris *B* sterelis *F et subinde* — 22 aegyptia] Agar aegyptia *F* — 23 ex spiritali] *B* F^2 ex piritali *F* — 24 Agar] F^2 *om. B F* — 26 senectute ⋆ it *F* — ecclesia] *add.* ut *B F*

prope occasum iam saeculi : quando ad tabernaculum Abrahae Dominus venire dignatus est et filium Sarrae promisit, id est quando secundum carnem ad Hierusalem terrenam venit, ubi fuit tabernaculum legis, tunc filium promissionis Sarra retro sterilis, id est diu infecunda Ecclesia, meruit accipere, sicut per prophetam ipse Dominus Ecclesiam ex gentibus alloquitur dicens : *Laetare sterilis quae non paris, erumpe et clama quae non parturis, quoniam plures filii desertae magis quam eius quae habet virum*[1].

Sed cum audisset, inquit, *Sarra Dominum, quod ei filium repromitteret, risit*[2]. Qui risus duplicem habet significantiam, eo quod populus Xpistianorum, in cuius figura Isaac nasci habebat, risum in hoc saeculo ab incredulis esset passurus, vel quod in futuro risum et gaudium consecuturus esset, sicut ipse Dominus discipulis dicebat : *Felices plorantes quia ipsi ridebunt*[3], et *Iterum videbitis me et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo auferet a vobis*[4]. Unde et ipse qui natus est de Sarra risus nomen accepit. Isaac etenim ex hebraea lingua in latino sermone risus interpretatur.

Sed iam nunc per singulas species discurrenda est disputatio, ut unicuique personae rerum gestarum assignetur proprietas. Diximus itaque Agar, ancillam Sarrae, typum habuisse Synagogae, quae filium, id est populum, in servitute peccati generavit. Quod quidem et beatus apostolus in

1. Is. LIV, 1.
2. Gen. XVIII, 12.
3. Luc. VI, 21.
4. Ioa. XVI, 22.

---

1 iam ⁂ mdo *F* — 2 venire di ⁂ filium *F* — promisit] promitteret *F* — 3 secundum ⁎ em *F* — terrenam] *B F*² ...a *F* — 4 taber ⁂ tunc *F* — retro ⁂ diu *F* — 5 meruit ac ⁎ sicut *F* — sicut] *add.* et *B* — 6 ecclesiam] *B F*² ...a *F* — gent ⁎ adloquitur *F* — 8 clama] clamma *F* — 11 duplicem] dublicem *F* — 12-13 in cuiushabebat *F solus* — risum] *B F* risus *F*² — 14 passurus] futurus *F* — futuro] *F*² futurum *B F* — 15 discipulis] *B F*² discipulus *F* — 16 videbitis me] me videbitis *F* — 17 vestrum] *add.* gaudio inenarrabili *F* — auferet] *F* aufert *B* — 18 accepit] *add. F* ISAAC RISVS IN̄TPTATVR — 21 singulas] *B F*³ singulos *F* — 22 personae] *B F*² persona *F* — 23 proprietas] *post* gestarum *F*² — 25 generavit] ienerabit *F* — apostolus] Paulus *F*

epistula[1] sua meminit quod haec per allegoriam sint dicta, id est quod Agar in figura erat Synagogae vel montis Sina, unde populus legem servitutis accepit, qui haeres paternae promissionis, id est caelestis regni et gloriae futurae, esse non posset. Nunc vero quia superius exposuimus Agar cuius figuram gesserit, silentio praetereundum non est quid hoc significet, quod Ismael cum Isaac ludere scriptura dicit. Quid enim laeserat aut quid nocuerat, si ludebat? Numquid illa aetate gratum esse non debuerat, quod luderet filius ancillae cum filio liberae? Sed Sarra lusum illum perniciem putabat. Nam et Paulus apostolus ludum hunc persecutionem significavit dicens : *Sicut tunc*, inquit, *is qui secundum carnem est persequebatur eum qui secundum spiritum, ita et nunc*[2]. Videte quomodo nos docet apostolus, quia populus iste carnalis Iudaeorum adversatur huic populo spiritali, sive etiam inter nos ipsos si quis adhuc carnalis est spiritalibus adversatur. Nunc vero, fratres, attendite quod dico, quia et ludus iste aliud significare potest, quia in omnibus caro adversatur spiritui. Ismael etenim figuram carnis gerit, quia secundum carnem nascitur, Isaac autem spiritus, quia per repromissionem generatur. Et ideo caro blanditur spiritui, ut inlecebrosis cum eo deceptionibus agat, delectationibus inliciat, voluptatibus molliat et libidinis alludat inlecebra. Unde, dilectissimi fratres, videte

1. Gal. IV, 24-25.
2. Gal. IV, 29.

---

1 epistula] *F* epistola *B* — allegoriam] allegoria *F* — dicta] *add. F* PVLCHRE AGAR SINAGOGA DICITVR — 2 erat] fuerat *F* — vel ⋆ tis *F* — Sina] *F* syna *B* — 3 servitutis ⋆ qui *F* — 4 promissionis] possessionis *F* — id est regni ⋆ tis *F* — gloriae] *B F*^{2} ...a *F* — futurae] *add.* ut iam dictum est *F* — 5 posset] *add. F* QVOD LVDERET HISMAHEL CV̄ ISAAC SICGNIFICET — 6 praetereundum non est *F* — 7 Ismael] ismahel *B et subinde*, hismael *F et sub.* — 8 dicit] dicat *F* — 9 debuerat] debuerit *F* debuit *F*^{2} — quod] *F* si *B* — 11 perniciem] *B F*^{2} ...e *F* — persecutionem] *B F*^{2} persecutione *F* — Sicut] *F*^{2} *solus* — 14 quomodo] quommodo *F* — 15 iudaeorum carnalis *F* — adversatur] adversantur *F* — 17 adversatur] *B F*^{2} adversantur *F et add.* EXPOSITVM — attendite] adtendite *F* — 18 quia] nam *F* — 19 figuram] ficuram *F* — 20 gerit] *B F*^{2} ierit *F* — 21 spiritus] *B F*^{2} spiritui *F* — 22 inleceb.] *F* illeceb. *B F*^{2} — de ⋆ nibus *F* — inliciat] *F* illiciat *B infra lin., et in situ* blandiatur — voluptatibus] voluntatibus *B* volū ⋆ *F* — libidinis] libidines *F* — 24 alludat] adludat *F* — inlecebra] *F* illecebra *B* et illecebraet *F*^{2} — Unde] ⋆ de *F*.

quia et iniustitia homini blanditur, ut personam potentis accipiat et gratia eius flexus non rectum iudicium ferat. Quapropter intellegere debet quis, quia sub specie ludi blandam persecutionem ab iniustitia patitur. Sed quia Sarra figuram virtutis gerit, proinde huiuscemodi ludus Ismael cum Isaac, id est carnis cum spiritu, Sarram, quae est virtus, maxime offendit.

Sed cum eiceret, inquit, Abraham Agar de domo, *accepit panes et utrem aquae, et dedit ei, et imposuit super humeros eius infantem, et dimisit eam. Exiens autem Agar erravit in deserto, et defecit aqua de utre, et posuit infantem sub arbore, et sedit contra eum*[1]. Sed quid significet quod infantem in humeros eius imposuit et panes et utrem aquae, non est segniter transeundum. Infans enim ille, ut saepe diximus, filius ancillae, iudaici populi personam habens, necesse erat ut peccator populus et insipiens cervicem matris, id est Synagogae, gravaret. Et ideo Ismael imponitur in collo matris suae. Denique sic et in passione Domini, idem populus, ut collum matris gravaret, clamavit : *Sanguis eius super nos et super filios nostros*[2]. Et inde est quod peccata populi sui, id est filii Abrahae, ipsa portaret. Panes autem hoc indicabant, quod vetus sacerdotium panes propositionis, sicut scriptum est[3], portaret secum et vesci haberet. Uter vero cum aqua quae defecit iudaicam purificationem designabat

1. Gen. XXI, 14-16.
2. Mat. XXVII, 25.
3. Ex. XXV, 29.

---

1 homini] ⋆ ni *F* — 2 rectum] *F* iustum *B* — 3 intelleg.] *F* intellig. *B* — 6 spiritu] *B F*^{2} spiritum *F* — 8 Abraham] *B F*^{2} habraham *F* — 9 ei] Agar *F* — imposuit] *scripsi,* inposuit *B F* — 10 humeros] *B F*^{3} humerus *F* — 11 aqua] *B F*^{3} aque *F* — 12 et] et iens *F* — quid] *add.* hoc *F* — 13 humeros] humerus *F* — imposuit] *F* inposuit *B* — 14 est] *add.* enim *F* — segniter] *B F*^{2} significanter *F et add.* QVID INFANS ISTE SIGNIFICET — enim] *om. F* — 15 diximus] iam dixi *F* — 16 necesse] *add.* ergo *F*^{2} — 17 id est] suae *F* — 18 imponitur] *scripsi,* inp. *B F* — suae] ⋆ *F* — 19 in] *B et in ras. F*^{2} — matris] ⋆ *F* — 20 et su ⋆⋆ os nostros *F* — 21 Et inde] Et *om. F* — ides ⋆⋆ abrahe *F* — 22 portaret] *add. F* QVID PANES SI ⋆ FICENT QVID VTRĒ AQUAE V̄L EADĒ AQ ⋆ INTELLEGANTVR — 23 sacerdotium] sac ⋆ cium *F* — 24 Uter] utrem *F* — 25 designabat] *om. F.*

defecturam, in pellibus mortuis, id est in carne praevaricationis sententia damnatam, significabatque quod aqua purificationis, non modo nullum eis refrigerium praestare nec satiare hominem posset, sed vomitus faceret, quia nec frigida videtur esse nec calida, id est nec gentibus quia sub lege erat, nec fidelibus quia libertatis gratiam non habebat. Nam et aliter intellegi potest, quia aqua quam Ismael de utre bibit legis littera est, et ideo eius aqua defecit, quia littera frequenter defectum patitur, id est historialis intellegentia, de qua Dominus dicit : *Omnis qui biberit ex aqua hac iterum sitiet* [1]. Denique ut in deserto Agar cum filio errabat, sic et cum expulsa fuisset Synagoga cum filio, id est cum populo suo, ab Ecclesia, et repudiata a Domino, coepit errare in saeculo per domos ac criminum silvas et per salebras peccatorum, et in deserto et in invio et in sicco morari, id est sine propheta sine templo sine sacerdote sine lege sine sacrificio, oberrans palam in mundo. Omnes per orbem dispersi viam salutis invenire non poterant, quia Xpistum, qui est via, veritas et vita, penitus ignorabant.

Sed cum defecisset, inquit, *aqua de utre, posuit filium suum sub arbore.* Iam victa, iam fatigata et sitis ariditate defessa, quia et aquam purificationis quam in pelle mortua, id est in carne veteris hominis, portaverat, iam non habebat, et fontem aquae vivae invenire non poterat, tunc filium suum, id est populum, sub arbore ponit. Quod quidem significabat quosdam ex eodem populo ad crucem Xpisti et ad

1. Ioa. IV, 13.

---

1 mortuis] *conieci*, ...am *B F* — in carne] *bis B* — 2 damnatam] dāpnatā *B* damnata *F* — quod] *supplevi* — 4 posset] *F* possit *B* — vomitus] F^2 vomitos *B F* — 6 fidelibus] F^2 fidelis *F* fideli *B* — 7 intellegi] *F* intelligi *B* — aqua] aquam *F* — 8 bibit] vivit *F* bivit F^3 — eius] huiuscemodi *F* — 9 historialis] storialis *B F* — 10 intelleg.] *F* intellig *B* — 12 filio *add.* suo *F* — 13 cum populo] ⋆⋆ pulo *F* — 14 coepit errare] aerrare ⋆ *F* — 15 peccatorum] ⋆ atorum *F* — salebras] faleras F^2 — 16 mora ⋆ ⋆ est *F* — sine templo] *B* F^2 sint e templo *F* — 17 sacerdo ⋆⋆ e lege *F* — palam] pala *F* perlata F^2 — in mundo] mundi *F* — 18 omnes] ⋆ *F* — poterant] pote ⋆ *F* — 19 penitus] peni ⋆ *F* — 20 ignorabant] *B* F^2 ignorabunt *F* — 21 posuit] *add. F* inquid *iterum* — 22 victa] victam *F* — fatigata] *B* F^2 fatigatam *F*

umbram virtutis eius refrigerium petituros, et patefactis oculis cordis eorum fontem aquae vivae, id est Xpistum, esse visuros, ut inde ariditas mentis irrigata et satiata in Spiritu Sancto floreret, vel quod, postremis temporibus adveniente Elia Thesbite et praedicante euangelium Xpisti populis Iudaeorum, ex duodecim tribubus duo dena milia et dena milia credentes in Xpisto futuri sunt nobiles Xpistiani. Et proinde in figura eorum Agar, id est Synagoga, ad umbram arboris, id est ad obumbrationem crucis, infantem suum, id est populum, applicavit. Illa enim arbor, sub cuius umbra Ismaelem posuit Agar, crucis dominicae liniabat imaginem. Unde et David inquit : *In umbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas* [1]. Et alibi : *In umbra*, inquit, *eius vivimus* [2]. Et in euangelio : *Spiritus*, inquit, *Domini veniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi* [3]. Videtis ergo, dilectissimi fratres, sub quo mysterio umbra arboris requisita est, ubi infans ille, id est populus crediturus, refugium facere deberet.

Et exclamans, inquit, *puer ploravit, et exaudivit Dominus vocem pueri* [4]. Hoc ex persona eorum loquitur quos ex Iudaeis in Xpisto esse credituros, quosque flentes peccata sua et per paenitentiam praeteritorum gestorum, quibus se retro errasse cognoverunt, ad Xpistum conversos, precem lamentabilem facientes, exaudiendos esse significabat[...], et aperiens oculos cordis eorum ut videant fontem aquae vivae,

1. Ps. LVI, 2.
2. *vivimus*] ?
3. Luc. I, 35.
4. Gen. XXI, 16-17.

---

1 umbram] *B F*^{2} umbra *F* — petituros] *B F*^{2} petituras *F* — 3 ariditas] *B F*^{2} areditas *F* — 5 Elia] *scripsi*, helya *B* aelia *F* — Thesbite] *scripsi*, tesbiten *B* tesbite *F* — 6 populis] *F* populus *B et F prius* — tribubus] *B F*^{2} tribus *F* — 9 arboris] ar ⋆ ris *F* — crucis] *B F*^{2} crucem *F* — 10 infantem] infan ⋆ *F* — suum] *F solus* — applic.] adplic. *F* — arbor] ⋆ bor *F* — 11 umbra] umbram *F* — Agar] ⋆ *F* — 12 liniabat] *B F* (*ex* laniabat) — Unde et] ⋆⋆ *F* — 13 spera ⋆ ⋆ nec *F* — 14 umbra] um ⋆ *F* — vivimus] vivemus *F* — 15 obumbrabit] obumbravit *F* — 18 facere] *B F*^{2} habere *F* — 21 credituros quosque] crediturique *F* — 23 conversos] conversi *F* — lament.] lacment. *F* — 25 exaudiendos] *B F*^{2} exaudientes *F* — 24 aperiens] *B F*^{2} aberiens *F* — ut] *eras. F*^{2}

id est filium Dei qui dixit : *Ego sum fons aquae vivae* [1] : et haurientes ex eo doctrinam gratiae caelestis, quae est aqua viva, et baptismatis donum consecuti, laetentur. Denique *Statim*, inquit, *vocavit angelus Domini Agar dicens : Ne timeas, Agar, exaudivit Dominus vocem pueri. Et aperuit Dominus oculos eius, et vidit fontem aquae vivae* [2], et potavit infantem, id est populum arida retro corda habentem, infantem autem sensu vigentem, hoc est insipientem atque pannis criminum obvolutum.

Sed fortassis hic aliquis dicat : ergo omnis populus Iudaeorum, cuius hic filius ancillae imaginem portabat, in Xpisto est crediturus, et omnes de fonte aquae vivae sacramento baptismatis potabuntur? Hoc qui ignorat, audiat beatissimum Isaiam de eodem populo dicentem : *Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, ut Sodoma essemus et quasi Gomorra similes fuissemus* [3]. Et *Si fuerit*, inquit, *numerus filiorum Israel ut arena maris, reliquiae salvae fient* [4]. Istae sunt ergo reliquiae qui salvificabuntur credentes in Xpisto. Reliqui autem qui in incredulitate permanserint, Antixpistum pro Xpisto recepturi sunt, sicut Isaias ait : *Exspectantibus illis lumen tenebrae ortae sunt* [5]. Denique et ad Abraham Dominus cum dicit : *Sic erit semen tuum sicut stellae caeli et sicut arena maris* [6], non hoc pro multitudine dicit, sed ut ex semine Abrahae bipertitum populum significanter ostenderet, ut qui in Xpisto

1. Ier. II, 13.
2. Gen. XXI, 17-19.
3. Is. I, 9.
4. Is. X, 22.
5. Is. LIX, 9.
6. Gen. XXII, 17.

---

1 vivae] *add. F* qui sitit veniad et bibat — 3 consecuti] ⋆ secuti *F* — 4 vocavit] ⋆ abit *F* ⋆ avit F^2 — 5 timeas ⋆ r *F* — exaudivit] *add.* enim *F* — Et appe ⋆ *F* — 6 et potavit] ⋆ ⋆ abit *F* — 7 corda] ⋆ *F* — 8 infantem] *F* ...tum *B* — autem] *add.* adhuc *F* — vigentem] ⋆ *F* — 9 criminum] crimi ⋆ ũ *F* — 10 fortassis] fortasis *F* — hic] *om. F* — 12 de fonte] defuncte *F* — 13 ignorat] *F* ignorabat *B* — 14 Isaiam] esaiam prophetam *F* — 16 quasi] sicut *F* — 18 fient] BF^2 fiunt *F* — qui *B F* que] F^2 — salvificabuntur] F^2 salvifiebant *B* salvificabantur *F* — 19 incredulitate] F^2 ...tem *B F* — 20 Antixpistum] *scripsi*, anticristum *B* ante xpistum *F* — 21 Isaias] esaias *F* — exspect.] expect. *F* — 22 ad Abraham] *B* F^2 habraham *F* — 23 stellae] stellas *F* — 24 dicit] BF^3 dici *F* — ex semine] BF^2 exemine *F* — 25 ut qui] ⋆ ⋆ *F*

credidissent sicut stellae caeli fulgerent, qui non credidissent ut arena deiecti conculcarentur in terra. Cum autem diceret : *Faciam et hunc in gentem magnam* [1], hoc significabat quod et copiosus nimis prae ceteris gentibus idem populus regnaturus erat in saeculo, sed ex his qui in Xpisto credidissent caelestis regni gloriam consecuturi essent. Denique cum dicit : *Faciam et hunc in gentem magnam*, ostendit iam alteros esse magnae gentis homines, quibus iungendi essent isti qui ex Ismael semine credidissent. Per adiectionem etenim syllabae qua dicit : *Faciam et hunc in gentem magnam*, manifestat iam nostrum populum, qui ex Sarra libera, id est Ecclesia nobili, nati sumus olim, in Xpisto regnare, quando congregandi essent omnes qui ex Synagoga venientes in Xpisto credissent, sicut et apostolus de ipsis scripsit dicens : *Nolo vos ignorare, fratres, hoc mysterium, ne sitis penes vos prudentes : nam ideo reprobatio Israel facta est ut adimpletio gentium fieret, at cum adimpletio gentium facta fuerit, tunc reliquus Israel salvus erit* [2]. Hic est ergo reliquus Israel qui, ut saepe dixi, sub Elia in Xpisto est crediturus, ac per hoc in gentem magnam nobiscum et ipse futurus, regnique caelestis parem gloriam obtenturus.

Sed illud silentio praetereundum non est, quod hunc, qui ei hoc promittit ut eum in gentem magnam faciat, pri-

1. Gen. XII, 2.
2. Rom. XI, 25-26.

---

1 credidissent] *B F*^{3} credis///sent *F* — in Xpisto] *post* credidissent *F* — stellae] stellas *F* — fulg ⋆ *F* — 2 deiecti] ⋆ ti *F* — terra] terram *F* — 3 diceret] ⋆ ret *F* — faciam] faciam//// *F* (*us eras*). — magnam hoc] mag ⋆ ⋆ *F* — 4 significabat] signifibat *F* — gentibus] ⋆ tibus *F* — 5 sed] s ⋆ *F* — 7 faciam] faciam //// *F* (*us eras*). — 8 magnam] *F*^{3} mangnā *B* magna *F* — 9 isti] et isti *F* *post* quibus — Ismael] *F* hismahel *B* — 10 Per] *in marg. B* — Per adiectionem] Adieccio//// *F* — qua] *ex* quia *F* — 12 nobili] *F*^{2} nobile *B* 1^a *m. et F*, nobili 2^a *m. B* — 13 regnare] recgnare *F* regnasse *F*^{2} — 14 Xpisto] *add. F* nomine, *corr. F*^{3} Xpisti — 15 scripsit] scribit *F* — 16 ne sitis] *B F*^{2} nescitis *F* — 18 at] *B F*^{2} ac *F* — adimpl.] *F* adinpl. *B* 1° *et* 2° — 19 ergo reli ⋆ ⋆ srl̄h *F* — Elia] *scripsi*, helya *B* helia *F* — 20 crediturus] cre ⋆ us *F* — 21 nobiscum] *F solus* — ipse futurus] ip ⋆ ⋆ urus *F* — 22 parem] *F solus* — gloriam *B F*^{2} ...a *F* — obtentu ⋆ *F* — 23 non est] *post* silentio *F* — hunc] hic *F* — qui ei hoc prom.] qui ⋆ ⋆ prom. *F*

mum scriptura angelum pronuntiat, et deinde Deum. Sed si angelus erat, quomodo Deus dicebatur? Angelum enim Deum dici non licet. Aut si Deus erat, quomodo angelus vocabatur? Sed ideo hoc, ut ostenderet scriptura divina Filium Dei, non Patrem, ad Agar fuisse locutum, et ipsum ei hoc fuisse pollicitum ut in gentem magnam faceret eum, quia per legem et prophetas semper ipse locutus est, sicut de eo scriptum est : *Ego qui loquebar veni* [1]. Et ideo angelum scriptura dixit, ut eum magni consilii nuntium indicaret. Ipse enim omnia arcana paternae voluntatis credentibus reseravit, nequis ipsum Patrem ipsumque Filium, ut Praxeas et Sabellius asserunt, esse putaret, unde patripassiani haeretici nuncupantur. Et ideo angelum nominavit, ut non Patris, sed Filii personam in hac pollicitatione monstraret. Deum vero eumdem angelum dixit, ut Dei filium Deum esse ostenderet. Ac proinde et angelus propter obedientiam paternae voluntatis dicitur, et Deus secundum naturam Patris, quia vere Deus est, nuncupatur. Filius etenim Dei, Deus verus de Deo vero, unigenitus ab ingenito, non potest alius esse quam Deus.

Sed iam sufficit haec hucusque tractasse.

1. Is. LII, 6.

---

1 angelum] *post* primum *F* — 2 angelus] *F* deus *B* — Deus] *F* angelus *B* — enim] *B* F^2 est *F* — 5 Patrem] *B* F^2 parem *F* — 8 de eo] *B* F^3 deo *F* — 10 volunt.] volūpt. *F ac subinde* — 11 reseravit] *correxi*, reserabit *B* resserabat *F* — que] qui F^2 — 12 Filium] dei filium *F* est filius F^2 — 13 patripassiani] *F* patricassiani *B* — 15 eumdem] *scripsi*, eundem *B F* — Deum v.] verum deum *F* — 16 ostenderet] *add. F* Non enim naturae non nominaturae componitur — 19 Dei] *om. F* — 21 sufficit haec hucusque] suffi ⋆⋆⋆ usque *F* — tractasse] *Doxologia sequitur* : Deo (*add.* Patri *F*) omnipotenti maximas atque (⋆ *F*) uberes gratias agamus (agentes *F*) per dominum nostrum Iesum Xpistum (⋆ *F*)

[IV]

Et dixit Dominus ad Abraham : Tu autem testamentum meum servabis, et semen tuum post te : circumcidetur omne vestrum masculinum[1].

Quia saepe vobis adversum Iudaeos certamen est, et praesens lectio admonuit ut inde sermonem deberemus facere, proinde requirenda est ratio cur circumcisio tanto opere data sit populo Israel. Quod quidem facillime poterimus ostendere, si prius quid sit ipsa circumcisio dixerimus. Quod ergo ad significationem nominis pertinet, quivis potest intellegere circumcisionem esse circumductum ferro vulnus quo aliquid amputatur. Quam definitionem et si Iudaeus tenet, quae gloria est illi iacturam carnis in perfecto corpore suscepisse, et integram nativitatis figuram ferro vulnerante mutilasse? Quod contra naturalem institutionem fieri eo ipso ostenditur, cum ex Iudaeo infans integer nascatur, ita ut, in omnibus patri similis, sit in sola integritate dissimilis, ostendens contra naturam patri vulnus impressum, dum ipse sine sacramento paterni corporis nascitur. Ita in Iudaeo natura et religio luctantur, integritati naturali

1. Gen. XVII, 9-10.

---

2 Et]t *B, initialis litterae locus vacuus remansit,* ⋆ *F* — dixit-Abraham] DIXIT DS̄ AD ABRAHAM *uncial. rub. F* — Tu] E ; tu *F* — 3 tuum] ⋆ *F* — 5 Quia] qua *F* — vobis] nobis *F* — Iudaeos] *B F*^{3} iudęus *F et add.* de circumcisione — 6 inde] exinde *F* — deberemus facere] facere deberem *F* — 7 cur] *B F*^{2} quur *F* — 8 Israeli *F* — quidem] *add. F* favente domino — facillime] *B F*^{3} facileme *F* — 9 quid] *B F*^{3} qui *F* — 10 significationem] *F* ...nes *B* — quivis] *F*^{2} quisvis *B F* — 11 potest] *post* intell. *F* — intellegere] *F* intelligere *B* — 12 definit.] *F* diffinit. *B* — 13 tenet] *add. B* corpore, *add. F*^{2} se — illi] *om. F* — 15 vulnerante] *B F*^{2} vulnerant et *F* — mutilasse] *B F* multasse *F*^{2} — naturalem institutionem] *B F*^{2} ...li ...ne *F* — 16 eo ipso] 2^a *m. B sup. lin.* hoc ipsud *F* (ipsum *F*^{2}) — 17 sit] *F*^{2} *supplevit* — integrit.] *F* integret. *B* — 18 impressum] inpressum *F* — 19 dum] ⋆ um *F* — 20 Ita in Iudaeo] ⋆ ⋆ ⋆ udaeo *F* — luctantur] reluctantur *F* — integritati] ⋆ tate *F*

institutione praestante, et institutionis perfectionem traducta natura tollente. Quam circumcisionem si Iudaei magni aestimant, quid acturus est Adam, pater generis humani, qui ut imperfectus a Deo plasmatus est, dum incircumcisus factus est, aut certe post transgressionem circumcidi debuerat, si circumcisio salutis est signum? Quid etiam acturus Abel non circumcisus? Aut quid Seth, loco ipsius genitus, vulneris istius alienus inventus? Quid Enoch translatus integer, id est incircumcisus? Quid Noe, qui in excidio mundi pereuntibus cunctis sine istiusmodi conditione servatus est? Quid ceteri memorabiles et inlustres viri, quorum litteris sacris et spes et vita laudanda est? Quibus si extra circumcisionem istam salus est sive tutatur sic gloria aeterna, supervacua erit circumcisio Iudaeorum. Aut si sine circumcisione spes nulla est, ergo spes illorum contra scripturam secundum istos frustrata est. Aut si ideo salvi sunt quia circumcisi non sunt, quid causae fuit ut hoc signaculum vel Abraham vel populus Iudaeorum acciperet, sine quo iusti et sancti apud Deum habentur?

Sic enim Dominus ad Abraham hoc in loco dicit : *Hoc est*, inquit, *testamentum meum inter me et te, et semen tuum post te : circumcidetur omne vestrum masculinum, et circumcidetur caro praeputii vestri. Et erit in signum testamenti inter me et vos. Et puer octo dierum circumcidetur ex vobis, et omnis masculus qui non fuerit circumcisus carne praeputii sui die octava, exterminabitur anima illa de genere suo, quoniam testamentum dissipavit*[1]. Quid hoc in loco, dilec-

1. Gen. XVII, 10-14.

---

1 institutione] *B F* ...nem F^2 — institutionis] ⋆cionis *F* — traducta] *conieci*, intraducta *BF* introductam F^2 — 2 natura] *conieci*, religione *B* F^3 relegione *F* — tollente] ⋆ te *F* — 3 aestimant quid] estima ⋆⋆ uid *F* — qui] ⋆ a *F* — 4 imperf] *F* inperf. *B* — 6 Abel] *B* F^2 habel *F* — 7 Seth] sed *F* — 8 Enoch] aenoch *F* — 9 Noe] noae *F* — 10 est] *supplevi.* — 11 inlustres] *F* illustres *B F* ^{2} — 12 si] sic *F* — extra] F^2 intra *B F* — 13 istam] *correxi*, ista *B F* — est] *expunxit* F^2 — tutatur] *conieci*, testatur *B* — sive-aeterna] et integritas carnis illis ad gloriam profuit aeternam F^2 *in ras.* — 15 ergo] *B* F^2 ego *F* — secundum-est] fidem istorum evacuavit F^2 *in ras.* — 20 Dominus] deus *F* — ad] *sup. lin. B* — hoc] *B* F^2, *om. F* — 21 meum] *add.* quod conservabis *F* — 22 et circ ⋆ tur *F* — 23 sig ⋆⋆ menti *F* — 24 ⋆ cidetur *F* — 25 masculus] *sup. lin. B* masculis *F* — qui ⋆⋆ rit *F* — carne] *F* carnem *B* — 26 die ⋆ va *F* — genere] *B* F^2 ienere *F* — 27 dissipavit] *B* F^2 dissipavi *F*

tissimi fratres, dicimus cur talis paena incircumcisum octava die maneat qualis et ei qui sabbatum violaverit? Sic enim dicit animam illius exterminandam qui octava die circumcisus non fuerit, quomodo illius qui sabbatum violaverit. Quid quod sabbatis plerumque infans nascitur, quem sabbato rursus, id est octava die, circumcidi necesse est? Et ita fiet ut aut sabbatum circumcisionem, aut circumcisio diem sabbati violet, dum et ferrum sabbatis contra licitum tenetur, et opus agitur, et vulnus imprimitur; aut si sabbatum [...] evitatur, circumcisionis lex profanatur, dum octava die non exercetur; et incircumcisi anima perimitur, nisi secundum legem octava die circumcidatur.

Sed dico quod sentio. Si circumcisio salutis est signum, cur Ioannes paenitentiam potius quam circumcisionem praedicavit? Qui si sciret circumcisionem salutis esse signum, circumcisionem eis magis quam paenitentiam praedicasset. Quid quod multos scimus post datam legem non circumcisos misericordiam Domini meruisse, et circumcisos variis paenarum generibus interisse? Ecce Iesus Nave Gabaonitas in locum salutis suscepit, nec tamen circumcidit. E contra circumcisi serpentum morsibus devorantur. Deinde in eremo ingens circumcisorum multitudo prostrata est, et omnes incircumcisi sunt reservati. Sic et apud Iezechiel[1] omnes circumcisi angelorum bipennibus trucidati sunt, et illi soli vivere meruerunt qui signum Domini circumferentes in frontibus habuissent. Dathan et Abiron et omnis synagoga Coreb circumcisi hiatu terrae absorpti ad inferos demersi sunt. E contra Iethro socer Moysi incircumcisus hostiam

1. Ez. IX, 2-6.

---

1 dicimus] *post* loco *F* — cur] *B F*^{2} quur *F ac subinde* — incircumcisum] *F* ... so *B* — 2 ei] cum *F* — 3 animam] *B F*^{2}... a *F* — 4 quomodo] quomo *F* — 5 Quid quod] quidquid *F* — 7 sabbatum] *B F*^{2} sabbatus *F* — 9 imprimitur] *F* in primitur *B* — 10 sabbatum] *an* « sabbati profanatio »? — 11 et] ut *F*^{2} — perimitur] perimatur *F* — 15 Qui si] *B F*^{2} quis *F* — salutis] *F* saluti *B* — 16 paenitentiam] ⋆ nciam *F* — 17 post datam] ⋆ ⋆ am *F* — 18 Domini] ⋆ *F* — 19 generibus] ⋆ eribus *F* — Gabaonitas] gabao ⋆ *F* — 20 locum] *expunxit F et post* salutis *scripsit* signum — circumcidit] ⋆ umcidit *F* — E] *om. F* — 21 serpentum] serpencium *F* — 22 eremo] *scripsi*, heremo *B* erhemo *F* — 23 Iezechiel] ezechihel *F* — 24 bipennibus] *F*^{2} uipinnibus *F* pennis *B* — 26 Abiron] *F* abyron *B* — 27 Coreb] *F* choreb *B* — absorpti] obsorti *F* absorti *F*^{2} — inferos] *add.* vivi *F* — demersi] *scripsi*, dimersi *B F* — E] *om. B* — 28 Iethro] *correxi*, iechor *B* iothaor *F*

placentem Deo offert et ipsi Moysi in iudiciis consilia subministrat. Et quid plura? Ipse Abraham circumcisus Melchisedec incircumciso decimas offert et summi Dei sacerdotem incircumcisum munerum oblatione prosequitur.

Sed dicis mihi : Ergo si nihil proderat circumcisio ista carnalis, cur Deus ad Abraham dicit : *Hoc est testamentum inter me et te, et semen tuum post te*, et reliqua? Sed quid diutius immoramur absolutionem hanc difficultatibus involvendo, cum nos brevitas horarum compellat ocius enodare propositam quaestionem? Huius itaque rei, dilectissimi fratres, triplex est ratio, id est culpae et generis et figurae, culpae in dolore, generis in signo, figurae in sacramento. Quod ne quasi passiva voce confuderim, favente Deo, singula quaeque breviter explicabo.

Quod ergo ad figuram pertinet, circumcisio ista veritas non est, sed veritatis praedictio, signum futurae salutis, non perfectio rationis. Et quia omne signaculum quomodo aposphragisma annuli exprimitur in cera, vel sicut pictores solent vultus rapere alienos et verisimiles imagines variis coloribus pingere, ut aut, dum inanis umbra contemplatione ludificat, credatur esse quod non est, aut, dum obtutus oculorum fallenti satis imitatione perstringitur, ab eis veritas demonstretur, ita et in veteri testamento imago veritatis, non tamen ipsa veritas, cernebatur. Denique beatus Paulus apostolus ait : *Omnia in figuram contingebant illis : scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines saeculorum devenerunt*[1]. Cum ergo omne

1. I Cor. X, 11.

---

1 placentem] placantem *F* (placaentem F^2) — ipsi] ipsius *F* — 2 quid] *B* F^3 qui *F* — Ipse] cum ipse *F* — Melchisedec] melcisedhec *F* — 4 incircumcisum] *B* F^2 ... cisi *F* — 6 carnalis] carnis F^3 — 7 quid] qui ⋆ *F* — 8 difficult.] d ⋆ ficult. *F* — 9 bre ⋆ ⋆ rum *F* — compellat] *F* conpellat *B*, *add. F* OCIVS÷VL̄ OCIVS ⋆ CICIVS — 10 proposit ⋆⋆ cionem *F* — d. f.] di ⋆⋆ *F* — 11 et] *om. F* — ieneris *F* — et figurae] ⋆ ⋆ rae *F* — 13 confuderim] confun ⋆ rim *F* (... rem F^2) — 16 veritatis] *post* praed. *F* — praedictio] perdiccio *F* — 17 signaculum] sicgnaculum *F* — quomodo] *B* F^2 quommodo *F* — 18 aposphragisma annuli] *correxi*, apostragisma anuli *B F* — 19 verisim.] *B* F^2 verisimm. *F* — 22 obtutus] obtatus *F* — pers.] pres. *F* — 23 ab eis] habens *F* habente quidque F^2 — demonstretur] ...atur *F* (...aetur F^2) — 25 Omnia] *add.* inquid *F* — 26 correp ⋆ *F* — 27 saeculorum] *B* F^3 eorum *F* — Cum ergo] ⋆⋆ *F*

quidquid figura et quidquid signaculum est ad illud respiciat et illi inferius sit cuius aut figura aut signaculum fuerit, quis non intellegat circumcisionem istam in imitatione similitudinis, non in repraesentatione veritatis, iniunctam? Etenim Abraham ante hanc circumcisionem *credidit Deo, et reputatum est ei ad iustitiam* [1]. Fides ergo vera est et legitima circumcisio, ut sit ille merito circumcisus qui Deo credidit, ille vero in figura sit circumcisus qui iacturam bipertiti corporis suscepit. In hoc tantum Abrahae et posteris eius data est circumcisio ut, dum figura honori suscipitur, fides quae veritas est inlustrior haberetur. Et ideo praemissa est circumcisio ista carnalis, dicente Domino ad Abraham : *Circumcidetur caro praeputii vestri, et erit in signum testamenti inter me et vos.*

Sed quia iam definitum est circumcisionem illud esse quo circumducto ferro corpori aliquid amputatur quod aut saluti officit aut pudori, id autem saluti officit quidquid contra ipsam deprehenditur ex vitio morum, non ex natura, venisse. Quod si ita est, non alibi pravitas et vitiositas hominis nisi in animo est, et ex corde amputanda unde dicit Dominus omnia inquinamenta procedere[2]. Circumcisio illa vera atque legitima nusquam alibi nisi in corde est habenda, ut unde vitia cuncta procedunt et exeunt ibi circumcisionis medela praestetur. Quae circumcisio nihil homini derogat, sed errori, nec

1. Gen. XV, 6.
2. Mat. XV, 18.

---

1 signaculum] ⋆ aculum *F* — respi ⋆ *F* — 2 aut figura aut] ⋆ figura au ⋆ *F* — 3 intellegat] ⋆ llegat *F* intelligat *B* — imitatione] imita ⋆ ione *F* imitatatione *B et corr.* — 4 iniunctam] *B F*^{2} ...ta *F* — 5 circumcisionem] imaginem *F* — 6 reputat.] deputat. *F* — Fides] *B F*^{3} fidis *F* — 7 sit ille] *post* circumcisus *F et add.* solus — qui] quisque *F* — 10 circumcisio] *om. F* — 11 veritas] *conieci,* vera *B F* — inlustr.] *F* illustr. *B* — haberetur] *B F*^{3} ...rentur *F* — 12 praemissa] *F*^{3} praetermissa *B F* — ista] *post* est *F* — 13 in signum test.] *om. B* — 14 signum] *F*^{3} signo *F* — 15 quia iam] quam *F* quoniam *F*^{2} — definitum] *F* diffinitum *B* — 16 quo] qua *F* quod *F*^{2} — circumducto] circumciditur *F* — corpori] ⋆ *F* — amputatur] ... tum *F*^{2} — quod] *erasit F*^{2} — 17 off. aut] offici ⋆⋆ *F* contra] ⋆ tra *F* — 18 ipsam] ipsa *F* — ex] et *F* — ex 2°] ⋆ *F* — 19 al ⋆⋆ vitas *F* — hominis] *conieci,* omnis *B F* — 20 animo est et ex corde] an ⋆⋆⋆ de est *F*; ex *supplevi* — dicit] *post* dominus *F* — omnia] ⋆ *F* — 21 ill ⋆⋆ atque *F* — 22 in ⋆ habenda est *F* — ut] *F* et *B* — unde] *add.* pravitas et *F* — vitia] *add. F* et crimina — 23 circum ⋆ onis *F* — 24 homini] ⋆ omini *F* — medela] *B F* medella *F*^{3}

damnum corpori infert, sed incrementum salutis importat, nec cruorem profusura est, sed pudorem sanguinis contemptura. Hanc denique et Moyses circumcisis insinuabat dicendo: *Circumcidite duritiam cordis vestri*[1]; hanc Hieremias cum dicit: *Innovate vobis novitatem et circumcidite duritiam cordis vestri, viri Iuda et qui habitatis Hierusalem*[2]; hanc, inquam, circumcisionem cordis veram et legitimam, omnia crimina omniaque vitia amputantem, et hominem ad imaginem Dei morum bonorum integritate revocantem, non ferri lamina in aciem attrita, non cutis subacta praestabit, nec praeputii impressa iactura cum effusione sanguinis tribuet, sed fides sacra quae est omni ferro robustior, omni acie exactior, omni laminae tenuitate subtilior, quae non extrema corporis tangat, sed in intima et secreta cordis introeat, vitia cuncta et errores et crimina ab ipsis conscientiae, ut ita dixerim, abditis atque penetralibus, ab ipsis fibris atque radicibus, exsecans et occidens et circumcidens, non partem, sed totum hominem, non vulnus faciens, sed integritatem salutis adquirens, ut ita circumcisus gaudeat se, non solum nec quidquam corporis perdidisse, sed integritatem beatae animae praeparasse. Hanc ergo circumcisionem fidei veram et certam, omnia vitia emendantem, et totum hominem ad meliora revocantem, intus in corde et secreto pectoris sui Abel iustus accepit, quam nisi habuisset, nec a Deo fuissent dona eius aspecta, nec

1. Deut. X, 16.
2. Ier. IV, 4.

---

1 corpori] *B F*^{2} corporis *F* — importat] inportat *F* — 2 profusura] profutura *F* — 3 Hanc] *F solus* — Moyses] *add.* etiam ipsis *F* — 4 circumcidite] *B F*^{2} circumcidere *F* — 5 cum] dum *F* — Innovate] *B F*^{2} invocate *F* — 7 circumcisionem cordis] *F solus* — veram] *conieci*, vestri *F*, *om. B* — legitimam] *F*^{2} ...ma *B F* — 9 revocantem] *add. F*^{2} exquirite — 10 attrita] *scripsi*, adtrita *F*^{2} adtritu *F* atritu *B* — non] *supplevi* — cutis] cuti *F*^{2} — praestabit] *F* prostravit *B* — 11 cum effusione] ⋆⋆ ffusionem *F* — tribuet] *scripsi*, tribuit *B F* — 12 quae est omni] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — exactior] *scripsi*, exatior *B F* — 13 laminae] ⋆ mine *F* — corporis tangat] cor ⋆ ⋆ at *F* — 14 in] *supplevi* — introe ⋆⋆ cuncta *F* — 15 cons ⋆⋆ t ita *F* — 16 abditis] *F*^{2} aditis *B F* — penetralibus] *F*^{2} penetrabilibus *B F* — ab ipsis fibris] ⋆⋆⋆ ris *F* — 17 exsecans] *scripsi*, execans *B F* — occidens] hocci ⋆ *F* — et] 2° ⋆ *F* — 18 hominem] homi ⋆ *F* — sa ⋆ tis *F* — adquirens] inquirens *F* — 19 se] ⋆ *F* — quidquam] *scripsi*, quicquam *B* quiqua *F* — 20 corporis] cordis *F* — 22 revocantem] *F* provocantem *B* — 23 pectoris] pectori *F* pectore *F*^{2} — Abel] *F* habel *B*

post mortem sacer sanguis eius cum Deo colloquia habuisset. Haec ergo cordis circumcisio Enoch et Deo placere fecit et transtulit. Haec et in illo mundi naufragio Noe custodivit et gubernavit. Haec est quae signa gessit, quae virtutes exercuit, quae naturam legis permutavit, cuius vim propheta considerans exclamavit : *Iustus ex fide vivit*[1], et alius propheta : *Nisi credideritis*, inquit, *non intellegetis*[2]. Haec, inquam, circumcisio in currum igneum magnum posuit Eliam. Haec Elisaei ossibus concessit contactu posse reddere vitam proiectis super se cadaveribus mortuorum. Haec hebraeos adulescentes ignibus fecit imperare. Haec in Daniel et de natura et de fame leonibus rabidis pacem potuit indicere. Haec est, inquam, vera et legitima circumcisio fidei, qua cordis vitia amputantur, non qua carnis integritas mutilatur.

Sed quia tres causas circumcisionis esse proposui, unam in figura, quam ut potui et, puto, ut debui caritati vestrae disserui : alia subsequitur, et quidem maior, quae signavit corpus in vulnere. Proinde necesse est et hanc diligenti cura tractare.

Cum enim Abraham credidisset Deo et subolem sibi promissam liberorum a Deo exspectare deberet, ille impatiens morae et avidus praedictae sibi felicitatis, consiliis Sarae

1. Hab. II, 4.
2. *intellegetis*] ?

---

1 sacer sanguis eius] F^2 sanguinis sacri B sacri sanguinis F — colloquia] BF^2 cŭloquia F — 2 Enoch] B F^2 in hoc F — placere] B F^2 placare F — 4 quae signa] BF^2 signa quae signa F — 5 naturam] BF^2 natura F — permutavit] semper mutavit F — 6 vivit, et] $\star\star$ F — 7 credideriti $\star\star\star$ tellegitis F (intellig. B) — 8 inquam] *add.* fidei F — circum.] cir $\star$ F — magnum] *add.* F suum — posuit] inp $\star$ F — 9 Eliam] *scripsi*, helyam B $\star$ F — Haec] Hac F — Elisaei] *scripsi*, helisei B aelisei F — contactu] *scripsi*, cum tactu B *om.* F — posse reddere vitam] vita $\star$ posse crederem F — 10 cadav.] c $\star$ F — 11 adul.] adules $\star$ F adol. B F^2 — fecit] *om.* F, *nisi in erosa membranae parte evanuit.* — Daniel] F daniel e B — 12 et de natura] $\star\star\star$ tura F — fame] F fauce B — rabidis] rapidis F — pacem] $\star$ F — indicere] F^2 indicare B F — 13 vera et] $\star\star$ F — circumcisio] circumcissio F — 14 qua] quae F — cordis] cor $\star$ F — in $\star$ tas F — 16 cause $\star$ cumcisionis F — unam] una F — 17 quam] *add.* iam F — 18 quidem] quidam F (quidaem F^2) — signavit] siegnavit F — 19 est] F *solus* — diligenti cura] F diligentius B — 21 subolem] *scripsi*, sob. B F^2 sumbbilem F — sibi] *post* prom. F — 22 liberorum] B F^3 librorum F — a Deo] hab (ab F^2) ipso F — impa.] *scripsi*, inpa. B F — 23 morae] *scripsi*, more B F — consiliis] *add.* se F

uxoris suae, quod minime decuerat, adquievit, et imperium maritale levitati muliebri inlicite subscripsit, ut Agar ancillae suae aegyptiae coniungeretur indigne, ut, dum Sara vitio sterilitatis impedita esset, per alienum sexum viro filios et sibi materni nominis vel imaginem adquireret. Exinde praemittitur culpa dum diverse praeveniuntur dona divina. Et ideo circumcisionis vulnus imprimitur, et dolor inrogatur, et debilitas infertur, et sanguis effunditur, et pudor movetur. Utriusque agitur congruentia. Nam et culpae locus designatur ad reprehensionem facultatis inlicitae, ut, dum quod committitur tali supplicio mulctaretur, expiatione inulti doloris commissae rei medicina praestaretur. Et ideo dicitur ei : *Circumcidetur caro praeputii vestri.* Unde et a filiis eius hoc signum nunc geritur, ut per iacturam corporis temperantia libidinis disceretur.

Superest adhuc, ut proposui, circumcisionis istius tertia causa. Fecunda est enim semper ratio divina, quae multimodis rebus humano generi consulit. Haec est ergo tertia circumcisionis ratio, quam in signo generis datam esse iam superius diximus, ut, quia futurum erat ut semen ipsius Abrahae serviret gentibus alienis, et hoc non semel, sed frequenter, nequis ergo error in genere de captivitatis permixtione oriretur, ideo signum generis in loco generationis est datum. Nam et sciens Deus bellatores eos futuros et pro peccatis suis in pugna morituros, nota hac eos voluit esse insignes, ut exinde agniti colligerentur ad sepulturam.

---

1 adquievit] addixit *F* — 2 maritale] *B F*^{2} ...li *F* — inlicite] *F* ill... *B* — subscripsit] ⋆ *et add.* et dicit *F* — 3 coniung.] con ⋆ *F* — dum] *eras.* *F*^{2} — 4 steril.] sterel. *F* — imped.-sexum] inpe ⋆⋆⋆⋆ o sexu *F* — et sibi] *supplevi* — 5 vel imaginem] ⋆ ⋆ *F* — adquireret] concupiscit *F* — praemittitur] praemitur *F* — 6 dum diverse] ⋆ ⋆ e *F* — dona] promissa *F* — 7 circumcisionis] ⋆ nis *F* — imprimitur] *scripsi*, inprimitur *B F*^{2} inprimi *F* — inroga ⋆ *F* irrogatur *B* — 8 et debilitas] ⋆ ⋆ ebilitas *F* — et pudor] ⋆ ⋆ *F* — 9 congruentia] congruen ⋆ *F* — 10 re ⋆ ione *F* — inlic.] *F* illic. *B* — ut] *F*^{2} et *B F* — 11 committitur] ⋆ itur *F* — mulctaretur] *scripsi*, multaretur *F* cohiberetur *B* — expia ⋆ *F* — 12 praestaretur] ⋆ aretur *F* — 14 hoc signum] *post* et *F* — 16 ut] quam *F*^{2} — proposui] *B F*^{2} proposuit *F* — 17 quae] que *F* qua *F*^{2} — 18 ergo] *F solus* — 19 iam superius] supra *F* — 20 ut quia] *eras.* *F* — 22 permixtione] promixtionem *F* — 23 generis] ...ri *F*^{2} — gen.] ⋆ onis *F* — 24 bell. eos] bell ⋆ ⋆ *F* — futuros] *B F*^{2} futurus *F* — et] *F*^{2} *solus* — 25 pugn ⋆ ⋆ ros *F* — hac] *B F*^{2} hec *F* — eos] *F solus* — 26 insignes ut exinde]i ⋆ ⋆ ⋆ inde *F* — ad se ⋆ *F*

Denique et Tobias mandavit Tobiae filio suo ut ex his qui occisi iacebant in foro insepulti eos requireret qui essent ex genere suo, id est Israelitae, qui utique in ipsa prostratorum multitudine nullo alio signo poterant quam de circumcisione cognosci. Haec ideo dicimus ut sciatis, dilectissimi fratres, circumcisionem signum esse generis, non salutis.

Hae sunt tres causae quibus necesse fuit secundum tempus populum Iudaeorum circumcisionem accipere. Sed et si haec multiplex ratio corporeae circumcisionis, vel figurae vel culpae vel generis, non fuisset ostensa, nihilominus manifestum nobis esse deberet, quaecunque causa fuisset circumcisionis, quaecunque virtus, quodcunque beneficium, totum istud in euangelica gratia adveniente Xpisto cessasse, qui, sublato a cervicibus nostris intolerabili legis iugo et praeceptorum onere deposito, aliam novam legem, non qualem dederat patribus nostris, daturum se esse per prophetas ante praedixerat et facturum nova quae nunc oriuntur. Ac proinde et novam circumcisionem dedit, dum novam legem instituit. Nam cum in baptismate totus homo circumcidatur dum renascitur, sublata est utique portio per totum, quippe cum et carnale semen Abrahae in Xpisto semen acceperit, ut exinde iam non semini sed fidei Abrahae per Xpistum filii nascantur : quia *Potens est*, inquit, *Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae*[1], extremum capiti connectens. Et proinde necesse fuit ut temporalis ista circumcisio per Xpis-

1. Mat. III, 9.

---

1 Tobias] tubi *F* tobi F^3 — filio suo ut] ⋆⋆⋆ *F* — 2 insepulti] ⋆ *F* — 3 suo id est] ⋆⋆⋆ *F* — Israelitae] *scripsi*, israhelitę *B F* — prostratorum] era ⋆ *F* — 4 poterant quam] ⋆⋆ *F* — 5 cognosci] agnosci *F* — Haec ideo dicimus] *om. F* — ⋆ tissimi *F* — 6 esse] ⋆ *F* — 7 Hae] Hęc *F* — tres] *eras. F* — causae] cau ⋆ *F* — 8 Iudaeorum ⋆ pulorum *F* — haec] h ⋆ *F* — 9 corporeae] BF^2 ...rea *F* — 10 nihilom.] F^2 nichilom. *B* nihil hominis *F* — 13 cessasse] cessisset *F* — 14 cervicibus] BF^3 cervibus *F* — intolerabili] *B* F^2 ...le *F* — et] Etenim F^2 — 15 onere] BF^2 honore *F* — novam] nove *F* nobis dedit F^2 — 16 daturum] set qualem praescripsit F^2 — ante praedixerat] ⋆⋆ xerat *F* — 17 facturum] facturus *F* — oriuntur ac proinde] ⋆⋆⋆ *F* — 18 et] ut *F*, *in ras.* F^2 — dedit dum] ⋆⋆ um *F* — novam legem] *B* F^3 novalem *F* — 19 baptismate] ⋆ e *F* — 20 renascitur] ⋆ *F* — totum quippe] to ⋆⋆ *F* — 21 Xpisto semen] ⋆⋆ *F* — ut] BF^2 Vut *F* — 22 semini sed] ⋆⋆ ed *F* — 23 nascantur] nascen ⋆ F^2 — Deus] *F solus* — 24 istis suscitare] ⋆⋆ uscitare *F* — capiti connectens] capa (capi F^2 capaci F^3) ⋆ nectens *F* — 25 temp ⋆ lis *F* — Xpistum] *add. F* quoque

tum finem acciperet, per quem et nova circumcisio cordis, ut iam dixi, operatur. Tunc ergo debuit circumcisio carnalis adhiberi, quando necesse erat intemperantiam ferro compesci, quae fide cohiberi non poterat. Ibi, inquam, valuit circumcisio ista ubi virginitas impugnabatur a nuptiis, non in Ecclesia ubi virginitas nuptias excusat. Ibi, inquam, valuit circumcisio ista ubi vir unus multas uxores et pellices utebatur, non in Ecclesia ubi dicitur : *Habentes uxores tamquam non habentes*[1].

Qua de re, dilectissimi fratres, calcatis iudaicis fabulis et haereticorum calumniis, totos nos in Xpisti amore, totos in euangelii sui sacramento condamus, ut, qui per fidem ab oneribus legis liberati sumus, per ipsam fidem in regno Dei placere possimus.

1. I Cor. VII, 29.

---

1 finem] *B F*^{2} fine *F* — acciperet] ⋆ peret *F* — circumc. cord.] cord. circumc. *F* — 2 ut iam dixi] *post* nova *F* — operatur] *conieci*, operari *B F* — carnalis] ista carnalis *F* — 3 intemperantiam] *B F*^{2}... tia *F* — 5-7 virginitas impugnabatur-circumcisio ista ubi] *om. B* — 8 tamquam] *F* tanquam *B* — 9 habentes] *add. F* sint : Ceterum aput nos ubi et quae Xpistum parit virgo est, ipse et Spiritus sanctus ex quo concipitur magis virgo est, eccles ⋆⋆⋆⋆ mater, //////// inter tot credentium ⋆⋆⋆⋆ virginitatis (virginitas *F*^{2}) circumcisionem faci ⋆⋆⋆⋆ vero illa circumcisio (v. i. c. *F*^{2} *in ras.*) ad cohibendam ⋆⋆⋆ libidinis data est simul ut sign ⋆⋆ generis et figurae ostenderet — 10 qua de re] qu ⋆⋆⋆ *F* — calcatis] contemptis *F* — iudaicis] *B F*^{2} iudacis *F* — et] *add. F* c ⋆ (*forsan* calcatis) — 11 calumniis] *F* calumpniis *B* — Xp ⋆⋆ totos *F* — 12 cond ⋆ *F* — 13 liberati] li ⋆ *F* — ipsam] *B F*^{3} ipsum *F* — Dei pl.] ⋆⋆ cere *F* — 14 possimus] *Sequitur doxologia* : Per dominum nostrum Iesum Xpistum *B F* cui est honor et gloria in saecula saeculorum amen *F solus*.

[V]

Ioseph autem devenit in Aegypto, et comparavit eum Putiphares, spado Pharaonis praepositus coquorum, vir aegyptius[1].

Quamquam dubium, fratres carissimi, non sit in omnibus fere libris veteris testamenti triplicem esse significantiam, id est prophetiae, historiae et figurae, tamen laborandum nobis est ut unamquamque rem in suo genere et statu disserere et adsignare possimus. Nam prophetia est in praescientia futurorum, historia in relatione gestorum, figura in similitudine rerum, exceptis illis quae ad aedificationem aut consolationem aut exhortationem, aut ad increpationem pertinere videntur.

Haec ergo lectio quae nunc recitata est manifestam quidem historiam indicat, quae sancti iuvenis pudicitiam laudat et detestandae mulieris impudicitiam denotat et condemnat. Sed nihilominus et figurae imaginem gerit, quia, sicut nec umbra sine corpore nec corpus sine umbra esse potest, sic nec veritas sine figura nec figura sine veritate constabit. Quae res etsi in relatione discrepant, tamen

1. Gen. XXXIX, 1.

---

2 Ioseph] oseph *B*, *initialis litterae locus vacuus remansit*. — 3 Putiphares] *scripsi*, phutiph. *B* putif. *F* — coquorum] *scripsi*, coc. *B* quoc. *F* — 5 Quamquam] *F* quanquam *B* — fr. cariss.] fr. kariss. *B* dilectissimi fr. *F* — non sit] *post* dubium *F* — 9 adsignare] *F* assignare *B* — praescientia] *B F*[3] praestiencia *F* — 11 similitudine]...nem *F* — 12 increpa ⋆⋆ nere *F* — 14 recit. est] re ⋆ ⋆ *F* — 15 iuvenis] ⋆ *F* — pudicitiam] *F* pudiciam *B* — 16 impudicitiam] *scripsi*, impudiciam *B* ⋆ *F* — 17 condemnat] *scripsi*, condempnat *B* condepnat *F* — nihilhomi ⋆⋆⋆ imag. *F* — figurae] *conieci*, prophetiae *A B* — 18 sicut] sicuti *F* — sine corpore] ⋆ ⋆ *F* — 19 sic nec veritas] ⋆⋆⋆ tas *F* — figura sine *sup. lin. B* — 20 constabit] ⋆ *F* — discrepant] discrepaent *F*[2]

in disputatione concordant. Spiritalia enim in figuris, corporalia vero secundum figuras praeministrantur in rebus.

Unde et Ioseph iste adulescens et Hebraeus, typum habens Xpisti, generosus de patre, generosior de innocentia, ob invidiam revelationis distractus Ismaelitis a fratribus, in domum devenerat hominis aegyptii. Hic obsequio et innocentia et tota servitutis fide in se animum sui provocaverat domini. Huius facies etiam in captivos liberalis, quam aetas omnibus et ipsa generositas commendabat, ab uxore domini sui aliter quam decebat aspecta est. Haec itaque, in domus parte secreta et latebra facinori accommodata, putavit se pudicitiam iuvenis improba et incontinens mulier, nunc promissis muneribus, nunc minis et terroribus, posse superare. Et cum eum eadem mulier retineret, eo quod pro tanti facinoris audacia fugam ille moliretur, exuit se et ipsas vestes quibus tenebatur fugiens dereliquit, nudi corporis simplicitatem et testem innocentiam habiturus. Tunc illa, crimen crimine commaculans, temeritatem calumniae addere non dubitavit. Nam callida et fervens spiritu, desiderium suum fugiente Ioseph, quod iam effectum habere non poterat, questa est dolore simulato et ceteris et marito quod hebraeus adulescens vim sibi molitus fuisset inferre, quam ipsa conata est inrogare. Sic enim ait : *Introivit ad me puer meus hebraeus quem induxisti ad nos, ut deluderet me. Dixit enim mihi : Dormi mecum*[1]. Tunc marltalis ardor

1. Gen. XXXIX, 14.

---

1 in disputatione] ⋆⋆ acione *F* — in figuris] *conieci*, futuris *B F et add.* rebus (re ⋆ *F*) — 2 praeministrantur] ⋆ nistrantur *F* — 3 et] *om. F* — iste] ⋆ *F* — adulescens] *scripsi*, adol. *BF*^{3} adul. *F et subinde* — hebraeus] aebreus *F* — 4 Xpisti] *post* tipum *F* — ⋆ erosus *F* — 5 ⋆ vidiam *F* — Ismael.] *scripsi*, hismahel. *B* hismael. *F* hismaael. *F*^{2} — 6 obsequio et] obsequii //// *F*, et *eras.* — 8 etiam] *add.* et *F* — 9 commendat *F* — 11 domus] *B F*^{2} domos *F* — latebra facinori] latebram facinoris *F* — accomm.] adcomm. *F* — putavit] putabit *F* putabat *F*^{2} — 12 pudicitiam] *scripsi*, pudiciam *B* pudidiciciam *F* — iuvenis] adulescentis *F* — improba] inprobra *F* inproba *F*^{2} — 14 eadem] aeadem *F* — 15 ille] *post* eo quod *F* — audacia] *BF*^{2} ...am *F* — fugam] *F solus* — 16 dereliquit] d ⋆ *F* — 17 innocent.] in ⋆ *F* — 18 commaculans] cu ⋆ *F* — calumniae] *F* calumpniae *B* — 19 addere] adire *F* — dubita ⋆⋆⋆ lida *F* — spiritu] praeco *F* — 20 fugie ⋆⋆⋆ iam *F* — 21 questa est dolore] quaes ⋆⋆⋆ *F* — simulato] *add.* dicens *F*^{2} — 22 hebraeus ad.] he ⋆⋆ *F* — 23 ipsa conata est] ip ⋆⋆⋆ *F* — inrogare] *F* irrogare *B* — 24 puer meus heb.] ⋆⋆⋆ *F* — 25 me] *om. F* — dixit enim mihi dormi] dix ⋆⋆⋆⋆ mi *F* — Tunc] *add. F* hoc audito — ardor] ⋆ *F*

rerum inscius et uxoris accusatione graviter inflammatus, pudicum iuvenem, qui conscientiam delicto non miscuit, in ima carceris trudi praecepit. Sed sola non est in carcere pudicitia, nam Deus erat cum eo. Denique et nocentes dantur sub manu eius, quia ipse innocens habebatur. Somniorum praeterea per Dominum obscura dissolvit, quia spiritus in tentatione vigilavit. Exinde per Dominum liberatus, qui comparatori suo periculose servierat, regiae domus sine periculo dominus effectus est, et generositati suae redditus fructum innocentiae et pudicitiae quem a Deo iudice meruerat accepit. Tanta etenim in eo virtus pudicitiae erat, ut eam insolentia naturalis motus excusare non posset, quae in quibusdam licentiam lasciviae subministrat. Non corporis pulchritudo et figura membrorum, quae suggerit plerumque ut, quasi flos quidam properantis aetatis velociter transiturus, porrectae voluptatis occasione carpatur; non anni primi virentis et melioris aetatis, cum rudis adhuc in corporibus sanguis exaestuans naturae flammas accendit, et in medullis caeca versat incendia et ad remedium sui etiam per periculum pudoris itura; non ipsa latebra domus, et in ipsa sine ullo conscio, ut a quibusdam putatur, occasio, quae maxima voluptas est admittendi sceleris, dum liberationis occurrit impunitas; non saltem imposita necessitas de auctoritate iubentis dominae et in temeritate violentius

---

1 rerum] ⋆ *F* — inflammatus] ⋆ *F* — 2 miscuit] ⋆ *F* — 3 non est in carcere] no ⋆ ⋆ nec in carcere *F* — pudicitia] *F* pudicia *B* — 4 erat] *post* eo *F* — 5 quia ipse] qui vir *F* — 6 tentatione] *corr.* temptat. *B F* — spiritus] *B F* ...tu F^2 — 7 Exinde] et *F* — liberatus] *add. F* e vinculis — comparatori s. p. servierat] *F* cum comparatore s. p. fuerat *B* — 8 domus] *add. F* et — 10 quem a Deo iudice meruerat] deo iudice quem metuerat *F* (meruerat F^2) — 11 pudicitiae] *F* pudiciae *B* — 12 insolentia] F^2 ...am *B F* — motus] *om. F* — excusare] *B et add.* in eo *sup. lin.*, accusare *F* — posset] *F* possit *B* — 13 lasciviae] lascivę *F* — submin.] *F* summin. *B* — 15 properantis] ⋆ *F* — 16 por ⋆ ⋆ lumptatis *F* — anni primi]⋆⋆ i *F* — 17 aetatis] *add.* F^2 infantia — rudis adhuc] ru ⋆ ⋆ *F* — in] *F* ut *B* — 18 naturae flammas] na ⋆ ⋆ mas *F* — 19 caeca] fervet ac F^2 — versat incendia] ver ⋆⋆ *F* — 20 pudoris itura] ⋆⋆ ura *F* — latebra domus] *conieci*, latebrarum *B* latebrarum //// *F* latebrarum domus F^2 — 21 et in ipsa sine ullo] etiam ⋆⋆⋆ llo *F* — occasio quae] ⋆ ⋆ *F* — 22 voluptas] voluntas *F* — admittendi] *corr.* ammitendi *B* admitendi *F* — sce ⋆ ⋆ ⋆ acionis *F* — 23 impunitas] *corr.*, inpunitas *B* F^2 impunitus *F* — saltem] *corr.* saltim *B* salt ⋆ *F* — imposita] inposita *B* ⋆ ita *F* — 24 auctoritate] autoritate *F* — iubentis] *B* F^2 iubeatis *F* — dominae] ⋆ *F*

inruentis, quo genere franguntur nonnunquam recta consilia; non praemia ipsa, quibus adquiescunt saepe etiam boni, non accusationes, non minae, non paenae, non mors, pudicitiam sancti iuvenis potuit superare. Nihil enim tam saevum, tam durum, tam triste erat, quam adulterium perpetrare et de tam alto gradu pudicitiae cadere. Unde et merito tanto divini iudicii praemio dignus fuit, ut et regio throno inlustraretur et de inimicis victoriam reportaret.

Quamobrem, dilectissimi fratres, haec nobis et his similia debemus semper ante mentis oculos proponere exempla, his paria diebus ac noctibus meditari. Nihil enim fidelem animam sic delectat, quam integra immaculataque pudoris conscientia. Nulla enim maior victoria est quam illa quae de cupiditate refertur. Nam qui hostem vicit, fortior altero fuit: qui autem libidinem inimicam compressit, seipso fortior fuit. Qui cupiditatem vicit, malum domesticum confregit. Omne enim malum facilius vincitur quam voluptas, quia illud quidquid est malum horridum est, hoc vero blandum, et nihil tam difficile vincitur quam illud quod per id quod nocet amatur. Proinde qui cupiditatem vicit, metum omnem tulit, quia metus ex cupiditate descendit. Qui cupiditatem vicit, de peccato triumphum egit. Qui cupiditatem vicit, verum se Xpisti discipulum comprobavit. Qui cupiditatem

---

1inruentis] F^2 ...ti F irruentis B — genere] ⋆ e F — 2 non praemia ipsa quibus] ⋆⋆⋆⋆ F — adquiescunt] adque sunt F — 3 boni] *add.* F^2 proclivis — accusationes] adcusationes F — paenae] pęna F — 4 pudicitiam] $B\,F^2$ putiticia F pulliciciam F^3 — superare] $B\,F^2$ separare F — enim tam] $B\,F^2$ etiam F — 5 saevum] servum F — perpetrare] $B\,F^2$ penetrare F — 7 tanto] F^2 tanti $B\,F$ — 8 throno] trhono F — inlustr.] F illustr. $B\,F^2$ — inimicis] *add.* F suis — 9 haec] F his B — his] *om.* F — 10 mentis] *om.* F — exempla proponere F — 11 his paria] ista semper F^2 *in ras. ex* h //// ria — 12 immaculataque] *scripsi*, inma. B immaculati F — que] *om.* F — 13 conscientia] *add.* F volumtatem (voluptas F^2) enim vocis suae volumtas (voluptas F^2) est maxima — Nulla enim] nec ulla F — est quam] ⋆⋆ F — quam illa] *bis* B — quae] F *solus* — 14 qui hostem] ⋆⋆ F — altero] $B\,F^2$ alter F — 15 libi ⋆⋆ micum F — 16 fuit] *add.* F prostr ⋆⋆⋆ num hostem percussit — vicit malum domesticum] au ⋆ ⋆⋆⋆ mesticum F — fregit F — 17 facilius vincitur] ⋆⋆ citur F — 18 quidquid est] ⋆⋆ F — horridum] F^2 orridum F horrendum B — blandum et nihil] bla⋆⋆⋆ F — 19 vincitur] opprimitur F — illud-quod] ill ⋆⋆⋆⋆ set (ac F^2) F — 20 nocet] nocens F^2 — cup ⋆⋆ cit F — metum omnem] ...tus ...ne F (..nes F^2) — 21 tulit] $B\,F^2$ tullit F — cupid. descendit] ⋆ te discendunt F — cupiditatem] ⋆ F — 23 verum] v ⋆ F — cupid. vicit] cupidit ⋆⋆ ci F — de peccato t. egit] F *in margine inferiori.*

vicit, malum humani generis sub pedibus suis iacere monstravit. Qui cupiditatem vicit, pacem sibi perpetuam dedit. Qui cupiditatem vicit libertatem sibi, quod est ingenuis difficillimum, reddidit. Qui cupiditatem vicit, mundo ipso superior fuit. Quare, dilectissimi fratres, ut res ipsa manifeste docet, meditanda nobis semper est pudicitia, quae eo facilior est quo nullis artibus constat..... Quid est enim pudicitia, quam mens honesta ad custodiam corporum naturaliter data, ut sexibus pudor debitus, cum severitate signatus, finem generis servet? Cui competunt et coaptata sunt in primis timor Dei, et praeceptorum caelestium cura, et animus propensior ad fidem, et mens attonita ad sacram divinamque religionem, quibus virtutibus custoditur illa quae nostra est castitas, ne a vitiis corporalibus impugnetur.

Sed quia dixi hunc venerabilem patriarcham Ioseph typum Xpisti in suis actibus pertulisse, debemus utique singulis singula comparare, ut cum universis universa conveniant: primum quod pater eius Iacob tunicam ei quasi dilecto filio de variis coloribus fecit. Sed quid haec varietas indicat, nisi diversarum gentium nationes in Xpisto creditu-ras eiusque corpori per fidem adunandas? Varietas enim tunicae Ioseph diversarum, ut dixi, gentium in Xpisto cre-

---

1 suis iacere] su ⋆⋆ cere *F* — 2 cupiditatem] cupiditates *F et subinde.* — pacem] pac ⋆ *F* — 3 vicit libertatem] ⋆⋆ tatem *F* — ingenuis] *conieci,* in genus *B F* — 4 difficilimum] *B F*^{3} difficillium *F* — reddit *F* — 5 fuit] erit *F* — 6 ⋆ ditanda *F* — pudicitia] *F* pudicia *B* — 7 constat ... Quid] *Locus iste mendis et interpolationibus laborat. Post* constat *addit B*: Quod enim illam proficit et consummat voluntas est nostra, quae ne inpediretur si longius esset nostra. Quid est enim *etc. At contra F*: Quam enim illud provehit (veh *F*^{2} *in ras.*) et consummat volumptas est nostrae (voluptatem nostram *F*^{2}) quod ne impediretur (...remur *F*^{2}) sig (si *F*^{2}) longius esset nostra est. *Deinde addit F solus*: Et ideo non ad renda (adquirenda *F*^{2}) et fruenda est, quia non aliunde que sita et (quesita set *F*^{2}) nostra est. — 8 quam] quem *F*(*erasit F*^{2}) — mens honesta] *F* membra non honesta *B* — 9 sexibus] *praemisit F*^{2} in — pudor] ⋆ *F* — cum] *B solus* — 10 signatus] signatur *F* signaetur *F*^{2} — finem] *conieci,* fidem *B F* — cui] *add. F*^{2} cetera — coaptata] *F* cohabita *B* — 11 primis] ⋆ *F* — 12 et animus] ⋆⋆ s *F* — adtonita *F* — ad sacram] ⋆⋆ ctam *F* — 13 religionem] *F, B sup. lin., in situ vero* lectionem — virtutibus] ⋆ *F* — ne a vitiis] ⋆⋆⋆ *F* — 15 impug.] *F* inpug. *B* — 16 quia dixi] ⋆⋆ *F* — 17 typum X. in] ⋆⋆⋆ *F* — utique singulis] ⋆⋆ ulis *F* — 18 cum universis] ⋆⋆ s *F* — 19 quod pater] ⋆⋆ *F* — tunicam] *B F*^{2} tonicam *F* — ei] eius *F* — 20 filio de] ⋆⋆ *F* — variis] diversis *F* — va ⋆ etas *F* — 21 diversarum] variarum *F* — in] ⋆ *F* — 22 corporique eius *F* — 23 tunicae] *F*^{2} tonicae *B F*

dentium nationes, diversorum etiam meritorum ac varia charismatum dona in Ecclesia convenientium per imaginem indicabat. Quod autem credentes variae nationes in Xpisto ad instar vestimenti dominici deputentur per carnem hominis quam induit Dominus, probat hoc ipse cum per prophetam dicit : *Vivo ego, dicit Dominus, si non eos omnes induam sicut vestimentum*[1]. Inde est quod patriarcha Iacob pater istius Ioseph varias oves pro mercede est sortitus. Et David : *Adstitit*, inquit, *regina*, id est Ecclesia, *in vestitu deaurato circumamicta varietate*[2]. Aut quid est quod ille non ad gloriam Domini faceret qui typum Domini induerat? Sic enim scriptum est : *Videbam*, inquit, *quod sol et luna et undecim stellae me adorarent*[3]. Et iterum : *Undecim*, inquit, *illi fasces inclinaverunt se, et meus fascis rectus stetit, et illi undecim meum fascem adoraverunt*[4]. Post hanc ergo revelationem somniorum quam ille in futurum nobis contulerat, post manipulorum, ut dixi, demissam proceritatem in adorantium ritum, et solis ac lunae cum undecim stellis, quae parentum fratrumque imaginem indicabant, permissam venerationem, tantum sapientiae et scientiae consecutus est, tantum divini intellectus, ut quae ostensa per somnia fuerant et quadam noctis ipsius caecitate cooperta, in meram intellegendi fidem, dum nihil non

1. Is. XLIX, 18.
2. Ps. XLIV. 10.
3. Gen. XXXVII, 9
4. *Id.* 7.

---

7 sicut] sicuti *F* — patriarcha Iacob] *om. B* — Ioseph] *F* Iacob *B* — 8 varias] varios *F* — oves] *add. F*^{2} Laban — sortitus] constitutus *F* — 9 Et] *add. F* apud — adstitit] *scripsi*, astitit *B* adstetit *F* — ecclesia in] ⋆⋆ *F* — 10 varieta ⋆⋆⋆ est *F* — 11 non ille *F* — ad gloriam-induerat] egerit ad (Dei *add. F*^{2}) gloriam qui domini tip ⋆⋆ rat *F* — 12 inquit quod sol et] in ⋆⋆⋆⋆ *F* — 13 undecim] XI *F* — adorarent] ...bant *F* — iterum undecim] ⋆⋆ cim *F* — 14 illi] *om. B* — meus f. rectus] ⋆⋆⋆ tus *F* — 15 fascem adoraverunt] fa ⋆⋆ *F* — 16 somniorum quam ille] som ⋆⋆⋆ *F* — 17 nobis] nosse *F* — contulerat] meruerat *F*^{2}, *add. B* id est, *F*^{2} *in ras.* pŏsb ⋆ — manipulorum] ⋆ lorum *F* — ut dixi] *erasit F*^{2} — demissam] *F*^{2} promissam *B F* — 18 adorantium] a ⋆ *F* — lunae] luna *F*, *add. B.* quod parentes, *F vero rasuram habet* — 19 cum undecim] ⋆⋆ *F* — quae parentum fratrumque] *F*^{2} quae fratrum *B F* — 20 permissam venerationem] *corr.*, ...ssa ...ne *B* ⋆ veneracione *F* — 21 ⋆ cutus *F* — intellectus] *F* et sacris *B* — ut quae] *conieci*, atque *B* que aliis *F*^{2} *in ras.* — 22 per somnia] *F*^{2} somnis *F* somniis *B* — noctis] ⋆ *F* — 23 intelleg.] *F* intellig. *B*

disserendo manifestat, detracta obscuritate purgaret. Et quia, ut iam dictum est, per omnia hic Ioseph figuram Salvatoris induerat, ideo sic a fratribus distractus est, sicut Xpistus a Iudaeis secundum carnem fratribus et a Iuda proditore, dicente Zacharia propheta : *Acceperunt triginta stateres pretium dilecti quod aestimaverunt filii Israel*[1]. Deinde tunica eius sanguine conspargitur ut interfectus a bestia putaretur : sic et caro Xpisti, quae tunica appellatur, passionis cruore perfunditur, et qui mortuus devoratus putabatur a morte postea resurrexit et vivit et regnat. Speciosus quoque dictus est Ioseph : sic et de Xpisto David ait : *Speciosus forma prae filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis*[2].

Sed iam nunc cetera videamus quae typum prophetiae gerere videntur. Mulier, inquit, in eum oculos iniecit, aestimans se posse cum eo adulterium perpetrare. Mulier itaque illa figura erat Synagogae, quae saepe, sicut scriptum est, moechata est post deos alienos. Et simili modo volebat hunc in adulterii sui scelere conscium retinere, ut negaret se esse quod erat, et Pharisaeorum magis et Scribarum quam Patris praecepta servaret. Synagoga enim, cuius mulier illa similitudinem habebat, praeter id quod saepe idololatriae adulterium perpetravit, adiecit ad crimen ut omissa lege divina, quam velut maritum habebat, sicut tractat apostolus[3], pharisaea traditione tunc temporis utere-

1. Zach. XI, 13.
2. Ps. XLIV, 3.
3. Rom. VII, 1 *sq.*

---

2 quia ut] *B F*^{2} qui autem *F* — 3 sicut] sicuti *F* — 4 fratribus] *praemisit F* a — 5 stateres] *BF*^{2} stateris *F* — 7 tunica] *B F*^{2} tonica *F et subinde* — 8 apellatur *F* — 9 perfunditur] ⋆ ur *F* — qui] quia *F* — 10 putaba ⋆⋆⋆ te *F* — vivit] *B F*^{3} vidit *F* — Speciosus] ⋆ *F* — 11 Sic] hoc *F* quod *F* ^{2} — 12 Speciosus forma] ⋆⋆ orma *F* — in l. tuis] ⋆⋆⋆ *F* — 14 cetera videamus] videamus ad cetera *F* — typ. proph.] ⋆⋆ *F* — 15 videntur] *BF*^{2} viderentur *F* — in eum oculos iniecit] ⋆⋆⋆⋆ iecit *F* — 16 exestimans *F* — adult. perp.] ad ⋆⋆ re *F* — 17 synag. quae] ⋆⋆ *F* — 18 est post deos] ⋆⋆⋆ *F* — Et] *om. F* — volebat] *adiecit F*^{2} et — 19 hunc in adulterii] ⋆⋆⋆ ulterii *F* — ut negaret] ⋆⋆ garet *F* — 20 et scribarum] ⋆⋆ barum *F* — 21 servaret] *B F*^{2} servare *F* — enim] ⋆ *F* — 22 id quod] ⋆⋆ od *F* — 23 idolatriae *F* — ad crimen] ⋆⋆ n *F* — 24 omissa] *F* obmissa *B* — mari ⋆ *F* — 25 pharisaea] *scripsi*, pharisaica *F*^{2} *in ras.* phariseam *B* — traditione] *F* traditionem *B*

tur, de qua traditione longum est hic disserere. Denique pro hac fornicatione doctrinae increpat eos Isaias propheta dicens : *Caupones tui miscent vinum aquae*[1]. Illi enim divinae legi, id est sapientiae mero, externam et insipidam sectam, quasi aquam vino miscentes, populo dispensabant. Sed et Dominus, qui per prophetas fuerat ante locutus, postea simili modo arguit eos in euangelio dicens : *Quare vos transgredimini praeceptum Dei, ut traditiones vestras statuatis*[2]? Et iterum : *Cavete a fermento Pharisaeorum et Sadducaeorum*[3]. Non ergo illo adquiescente adulterio inlicitae doctrinae, apprehensum iniecta manu tenebat adultera Synagoga, et crimen suum ei insonti nitebatur inurere, quasi templum Domini blasphemaret et legis diceretur esse transgressor. Sed ille de conscientia securus, nihil horum curans, spoliavit se carne, quam velut vestimentum adsumpserat, et *palam*, ut apostolus dixit, *potestates mundi triumphavit*[4] per carnem, licet tunica corporis eius in sepultura teneretur a Synagogae adulterae custodia : posuerat enim ad hoc sepulcri custodes.

Sed ob hoc *mittitur*, inquit, *in carcerem*[5]. Ita enim exigebat necessitas temporis ut pro alieno crimine, id est humani generis causa, ad inferos quasi in carcerem vinculatorum ipse descenderet, et vinculatorum animas exinde

1. Is. I, 22.
2. Marc. XII, 9.
3. Mat. XVI, 6.
4. Col. II, 15.
5. Gen. XXXIX, 20.

---

1 hic] hoc in loco *F* — 2 Isaias] ęsaias *F et subinde* — 3 miscent] *B F*^{2} miscuntur *F* — aquae] *F* aqua *B* — 5 miscentes] *B F*^{2} ...tem *F* — 8 traditiones vestras] ...ne ...a *F* (...nem ...am *F*^{3}) — 9 Et iterum] ⋆⋆ *F* — 10 Sadduc.] *scripsi*, saduc. *B F* — saduceo ⋆⋆ ergo *F* — illo] *post* adquiesc. *F* — inlicit.] *F* illicit. *B* — inlici ⋆⋆ adp. *F* — 11 adultera synagoga] ⋆⋆ goga *F* — 12 insonti] in sorte *F* — niteba ⋆⋆ quasi *F* — inurere] *conieci*, inhaerere *B F* — 13 legis diceretur] ⋆⋆ *F* — 14 conscientia securus] consci ⋆⋆ *F* — 15 spoliavit] *B F*^{2} spoliabit *F* — quem velut vestimentum] ⋆⋆⋆ timentum *F* — adsumpserat] *scripsi*, assumpserat *B* induerat *F* — 16 et] *supplevi* — potestates] *corr.*, potestatem *B* ⋆ *F* — 17 tunica corporis] u ⋆⋆ ris — sina ⋆⋆ tera *F* — 18 custodia] *delevit F*^{2} — ad hoc] *corr.*, adhuc *B* ad hec *F* — 19 sep ⋆ *F* — 20 carcerem] ⋆ rem *F* — 21 ut pro] ⋆⋆ *F* — 22 causa ad] caus ⋆⋆ *F* — 23 descenderet] dis ⋆ *F*

liberaret, sicut scriptum est : *Dominus solvit compeditos* [1]. Denique invenit, inquit, duos spadones de domo regis pro peccatis suis in carcere detineri, quibus somnia interpretatus ostendit quod post triduum alter eorum ministerio suo reddendus esset, alter sententiam mortis exciperet. Qui utique duo spadones duorum populorum figuram evidenti ratione liniabant, qui conclusi sub peccato Adae et rei transgressionis atque obnoxii tenebantur. Qui ideo spadones dicuntur, quia castam acceperunt regulam disciplinae, sicut dicit David : *Eloquia Domini casta* [2]. Denique post trinam lucem Domino ab inferis resurgente et legis obscura ut Ioseph somnia revelante, solutus est a peccatis suis populus credentium et de inferni carcere liberatus, et in ministerio summi regis fidelis et innocens revocatur ; incredulus autem et impius populus Iudaeorum, quia in conversionis ligno non crediderat, transgressionis ligno suspenditur, ut illi alteri contigit eunucho qui Iudaeorum imaginem indicabat.

Post haec vidit Pharao somnium de septem annis ubertatis et septem aliis famis. Septem anni, qui in septem spicis plenis seu septem vaccis pinguibus ostendebantur, quique opimitatem frugum suo habitu demonstrabant, septem sunt charismatum spiritalium dona, quae per Isaiam [3] vatem inclitum Ecclesiae, quae Xpisti caro est, promittuntur, id est spiritus sapientiae, spiritus intellegentiae, spiritus consilii, spiritus virtutis, spiritus agnitionis, spiritus pietatis, spi-

1. Ps. CXLV, 8.
2. Ps. XI, 7.
3. Is. XI, 2.

---

1 scriptum] ⋆ tum *F* — solvit] *B F*^{2} solvet *F* — comped.] *F* conped. *B* — 2 inve ⋆⋆ quid *F* — pro] ob *F* — 3 carcerem *F* — 5 reddendus] redituru*s F* — 7 rei] *B F*^{2} regi *F* — 9 quia castam] ⋆⋆ *F* — 10 David eloquia] ⋆⋆ *F et add.* inquid — trinam lucem] *B F*^{2} ...na ...ce *F* — 11 Domino ab inferis] ⋆⋆⋆ is *F* — 12 somnia revelante] ⋆⋆ lante *F* — populus credentium] creden ⋆⋆ *F* — 14 et] *erasit F*^{2} — ministerio summi] ⋆⋆ *F* — regis] *add. B* quidam, *add. F*^{2} speciali privilegio *in ras.* — re ⋆⋆ redulus *F* — 15 impius] *F* inpius *B* — quia in conversionis] ⋆⋆⋆ ionis *F* — 16 transgressio ⋆⋆⋆ itur *F* — 17 qui Iudaeorum] ⋆⋆ *F* — 18 pha ⋆⋆ de VII *F* — annis] annos *F*^{2} — ubertatis] *F*^{2} ...tatum *B F* — 19 aliis] alios *F*^{2} — famis. Septem] ⋆⋆ *F et add.* vero — septem vaccis] ⋆ vacis *F* — ostendebatur *F* — 20 quique] *F* qui quia *B* — 21 opimitatem] ⋆ itatem *F* — septem] ⋆ *F* — 22 vatem] ⋆ *F* — 24 spiritus] *1°* ⋆ *F* — intelleg.] *F* intellig. *B* — 25 virtutis] ⋆ tutis *F*

ritus timoris Dei. Hi sunt ergo septem spiritus velut septem anni quibus ubertas larga fidei pietatisque redundat. Septem e contra steriles et ieiunae famem veritatis et iustitiae novissimis temporibus futuram certissime portendebant. Et quia haec tempora futura erant, ideo Ioseph, qui typum Xpisti induerat, currum meruit et praeconem. Sic enim scriptura refert : *Et imposuit eum in curru, et praeco ante eum praeconavit* [1]. Et constituit eum super totam terram Aegypti, ut frumentum in horreis congregaret. Sic et Dominus noster, postquam distractus est a Iuda, ut Ioseph a fratribus, et de inferorum carcere resurrexit, ascendit currum regni caelestis de quo David ait : *Currus Dei decem milium* [2]. Appellatum est enim nomen Ioseph lingua aegyptiaca Somtofanec, quod in latinum vertitur salvator mundi. Accepit et Xpistus nomen a Deo patre, sicut beatus apostolus ait : *Et dedit ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Xpistus in gloria est Dei Patris* [3] : ut frumenta fidei sanctorum horreis per ista septem charismata Spiritus quasi per annos septem congregare deberet, ut, cum iniquitate illa septem capitalium criminum, quibus quasi per alios septem annos omnis iniquitas recapitulata sub Antixpisto regnabit, fames fidei

1. Gen. XLI, 43.
2. Ps. LXVII, 18.
3. Philip. II, 9-11.

---

1 Hi] Hii *F* — 2 pietatisque] pietatis fruge *F* — 3 e] *om. F* — steriles] *corr.*, sterelis *B F* — 4 futuram] *conieci*, figuram *B F* — portendebant] F^2 prot. *B* pert. *F* — 7 imposuit] *F* inp. *B* — eum] *add. F* inquid — 8 praeconavit] BF^2 ...bit *F* — eum super totam] ⋆⋆⋆ *F* — 9 Aegypti] ęgipty *F* — frumentum] *B* F^2 frumento *F* — in horreis] orreis *F* (hor. F^2) — congre ⋆⋆⋆ dominus *F* — 10 postquam] *add. B* ut dictum est *eras.* — est distractus *F* — ut Ioseph a fratribus] ⋆⋆⋆⋆ tribus *F* — 11 resu ⋆⋆ dit *F* — 12 ait : currus] ⋆⋆ *F* — 13 nomen Ioseph lingua] ⋆⋆⋆ *F* — aegyptiaca S.] aegipti ass *F* — 14 latinum vertitur] la ⋆⋆ *F* — 15 nomen a deo patre] n ⋆⋆⋆⋆ *F* — 16 ei -super] ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 17 omne g. flectatur] ⋆⋆⋆ *F* — inferno ⋆⋆⋆⋆ gua *F* — 18 Xristus -Patris] ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 20 ista septem ch.] ⋆⋆⋆ rismata *F* — annos septem] septem (*adiecit* F^2 binos) an ⋆ *F* — 21 congregare] ⋆ *F* — iniquitate] *conieci*, iniquitas *B F* — septem] *eras.* F^2 — capital. crim.] capi ⋆⋆ *F* — iniq ⋆ *F* — 23 recapitulata] *B F* ...tur F^2 — subante Xristo *F* — regnabit] *B F* ...ret F^2 *et add.* et — fames] BF^2 famis *F* — fidei et salutis] ⋆⋆⋆ tis *F*

et salutis esse coepisset, tunc sancti pariter et fideles haberent famosam iustitiae frugem, ne fides eorum inopia sermonis evicta deficeret. Habuit sane et praeconem Ioannem Baptistam, qui iter eius praecedens praeconabat dicens : *Parate vias Domini, rectas facite semitas Dei nostri* [1]. Habebit et alium praeconem tubam angeli, quia ipse *Deus*, inquit, *veniet in tuba angeli* [2], sed et Eliam in secundo adventu. Habuit Ioseph annulum regalem ; sed et Xpistus principalem fidei annulum tenet, quo credentes animae salutis signo signantur. Indutus est Ioseph byssum et stolam ; sic et Xpistus carnem sanctam bysso splendidiorem et stolam immortalitatis in resurrectione adsumpsit, sicut ipse dixit : *Ut Pater habet vitam in semetipso, sic et Filio vitam dedit habere in se* [3]. Elegit Ioseph parentibus et fratribus suis meliorem terram Gessen, et mensus est eis frumentum sufficienter, quia fames invaluerat super terram et defecerat terra fame ; sic et Dominus elegit meliorem terram parentibus et fratribus suis, id est patriarchis, de quibus apostolus ait : *Quorum patres ex quibus Xpistus secundum carnem* [4] : sed et fratribus, id est apostolis atque omnibus sanctis, de quibus ait propheta : *Narrabo nomen tuum fratribus meis* [5] : terram scilicet repromissionis, quod est regnum Dei, de qua terra scriptum est : *Placebo Domino in terra viventium* [6].

1. Mat. III, 3.
2. I Thess. IV, 15.
3. Ioa. V, 26.
4. Rom. IX, 5.
5. Ps. XXI, 23.
6. Ps. CXIV, 9.

---

1 coepisset] *scripsi*, cepisset *B F* inciperet F^2 — 2 haberent] *conieci*, habentes *B* ⋆ *F* — inop ⋆ *F* — sermonis] *B* F^2 ⋆ mones *F* — 3 praeco ⋆ *F* — 4 Baptistam] de quo baptista *F* — 6 Habebit] *F* habebat *B* — 7 tuba] F^2 tubam *B F* — sed et] *B* F^2 sed *F* — Eliam] *scripsi*, helyam *B* heliam tesbiten *F* — 8 annulum] *correxi*, anolum *F* anulum *B* 1° *et* 2° — 9 annulum tenet] ⋆⋆ *F* — 10 signantur] ⋆ *F* — 11 Xpistus carnem] ⋆⋆ *F* — splendidiorem] *B* F^2 ...re *F* — 12 et] *B* F^2 *om. F* — immort.] *scripsi*, inmort. *B F* — immorta ⋆⋆ resur. *F* — adsumpsit] *F* ass... *B* — 13 ip ⋆⋆⋆ ater *F* — habet v. in sem.] in se vitam habet *F* — 14 dedit habere] ⋆⋆ *F* — fratribus suis] ⋆⋆ *F* — 15 eis ⋆⋆ ienter *F* — 16 super ⋆⋆⋆ cerat *F* — 17 Sic et ⋆⋆⋆ rem *F* — 18 et fratribus s. i. est] et fra (*erasit* F^2) ⋆⋆⋆⋆ *F* — 19 ait quorum patres] ⋆⋆⋆ tres *F* — carnem sed] ⋆ ⋆ *F* — 20 id est] *F* ^{2} *solus* — de quibus ⋆ ⋆ *F* — ait] ⋆ icit *F* — propheta] per prophetam F^2 — 21 fratribus meis] fra ⋆⋆ *F* — 22 regnum Dei] ⋆⋆ *F* — 23 in terra viventium] ⋆⋆⋆ vencium *F*

Fames autem illa quae fuit super omnem terram diximus iam quod famem significabat divini verbi et iustitiae futuram temporibus Antixpisti. Nemo enim verbum Dei, quo animae iustorum vivere solent, tunc praedicabit, sicut scriptum est : *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei* [1]. Nemo panem facit corporis Domini, id est eucharistiam benedicit, quia sacrificium Deo tunc offerri non licet, propter quod sint omnia polluta atque immunda. Et proinde famem verbi sancti et divinae legis futuram [...] fames illa ... portendebat : quo tempore soli apostoli et sancti, qui etiam iustitiae coronam in Xpisto repositam habent, saturabuntur, sicut scriptum est : *Qui mihi servient saturabuntur, vos autem esurietis* [2]. Denique de hac terra, quae erit in regno Dei, Isaac filium suum Iacob sic benedixit dicens : *Det tibi Deus de rore caeli ac fertilitate terrae abundantiam frumenti, vini et olei in domo tua, et dominus eris fratrum tuorum* [3]. Quod exinde dinoscitur non in praesenti sed in futuro saeculo Iacob a patre benedictum, quia non solum in hoc saeculo abundantiam frumenti et vini et olei Iacob non habuit, verum et prae nimia fame in Aegypto confugit. Sed et non solum dominus fratris sui non fuit, verum et fugit ante faciem eius, et munera ei postmodum obtulit timore eius et tre-

1. Deut. VIII, 3.
2. Luc. VI, 21 et 25?
3. Gen. XXXVII, 28-29.

---

1 quae fuit] *F* quam *B* — 2 diximus] ⋆ s *F* — et iustitiae] ⋆⋆ ticiae *F* — 3 futuram] *F solus* — Antixpisti] *B F*^{2} antexpisti *F* — verbum] ⋆ bum *F* — 4 praedicabit] ⋆ dicabit *F* — 5 in omni] omni *F* — 6 Domini] *om. F* — 7 benedicit] *F* ...cum *B* — 6-8 Nemo-immunda] *An glosa* ? — 8 omnia] *add.* eorum *F*^{2} — immunda] *scripsi*, inmunda *B F* — 9 famem] hanc *praemisit F* — legis] *F*^{2} legionis *B F* — 10 fames] famis *F* — illa] *add. B F* id (illis *F*^{2}) temporibus — port.] praet. *F*^{2} — Quo tempore] quam famem *F* in qua fame *F*^{2} — soli] non *praemisit F*^{2} — et] *supplevi*, sed et *F*^{2} — sancti] *B F*^{2} (*in ras.*) — 11 qui etiam i. c. i. X. repositam] ⋆ ⋆ ⋆ repositam in Xpisto *F omittens* etiam *ut conicio* — 12 satur ⋆ ⋆ ⋆ tum *F* — 13 saturabuntur] ⋆ *F* — 14 de ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ in *F* — Isaac] isahac *F* — 15 Iacob sic benedixit] ia ⋆ ⋆ ⋆ *F* — Deus] dominus *F* — 16 caeli ac fertilitate] c ⋆ ⋆ ⋆ te *F* — frum ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ in *F* — 17 fra ⋆ ⋆ Quod *F* — 18 in praes. sed in] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 19 ben ⋆⋆ non *F* — 20 frumenti et] ⋆ ⋆ *F* — verum et prae nimia] v ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ mia *F* — 21 fame] *B sup. lin.* — confugit] consil ⋆ *F* — Sed et non] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 22 fratris sui] ...i...o *F* — verum et fugit ante] v ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ te *F* — 23 postmodum obtulit] postri ⋆ ⋆ *F*

more correptus. Ubi ergo et quando haec benedictio complebitur, nisi in regno Dei, ubi est abundantia frumenti et vini et olei? Sponte enim frugem terra dabit et omnis malitia auferetur, sicut dicit Isaias : *In illis*, inquit, *diebus bos et leo simul paleas manducabunt, lupus et agnus simul pascentur, et puer pusillus mittet manum suam in cubile aspidis, et non nocebit eum* [1]. Talem enim mundum reformabit Deus in regno suo, qualis factus est ab initio antequam protoplastus homo delinqueret. Qui postquam transgressus est verbum Dei, omnia corrupta et violata et maledicta sunt, dicente Domino : *Maledicta terra in opere tuo* [2]. Praeterita ergo figura huius mundi, regnum sanctorum erit et liberatio creaturae. Haec est benedictio quae praefigurabatur in Iacob, quam Ioseph meruit consequenter et sancti omnes qui fidem Xpisti custodiunt, sicut ipse Dominus ait : *Faciam vos recumbere cum Abraham, Isaac et Iacob in regno caelorum, et filius hominis ministrabit vobis* [3].

Sed iam pauca de multis dixisse sufficiat.

1. Is. XI, 7-9.
2. Gen. III, 17.
3. Mat. VIII, 11 *et* Luc. XII, 37.

---

1 correp ⋆⋆⋆ go *F* — compleb.] *F* conpleb. *B* — compleb ⋆⋆ in *F* — 2 est] *om. F, post* abund. *supplevit* F^2 — et vini] ⋆⋆ *F* — 3 da ⋆ et *F* — 4 Sicut dicit] F^2 *in ras.* Sed et *B* — Isaias] esaias *F* — 5 manducabunt] *B* F^2 ....bant *F* — 7 aspidis] aspidum *F* — nocebit] nocebunt *F* — reformabit] *B* F^2 ...vit *F* — 9 protoplastus] F^2 prothoplaustus *B* portoplaustus *F* — homo delinqueret] ⋆⋆ ret *F* — transgres ⋆⋆⋆⋆ omnia *F* — 10 maledicta sunt] ⋆⋆ t *F* — 11 in opere tuo] ⋆⋆ bus tuis *F* — 12 figu ⋆⋆⋆ di *F* — 13 liberatio creaturae] libera ⋆⋆ *F* — Haec est] et haec *F* — praefigurabatur in Iacob] per figura ⋆⋆⋆ *F* — 14 Ioseph] noster *praemisit* F^2 — consequen ⋆⋆⋆⋆ qui *F* — 15 sicut] sicuti *F* — ipse Dominus ait] ⋆⋆⋆ *F* — 16 vos] *B* F^2 *om. F* — Isaac et Iacob] ⋆⋆⋆ b *F* — 15 caelorum] dei *F* — ministrabit] ⋆ *F* — 18 dixis ⋆ *F* — sufficiat] ⋆ *F. Sequitur doxologia* : Deo patri omnipotenti maximas atque uberrimas gratias (ad que ⋆⋆ acias *F*) agere debemus per dominum nostrum Iesum (⋆ *F*) Xpistum (⋆*F*) *B F*

[VI]

Scio quidem, dilectissimi fratres, me de hoc primogenito libro, id est geneseos, frequentissime disputasse, et pene omnes lectiones eius, prout ratio permisit aut mediocritas intellegentiae sinit, alacritati vestrae disseruisse. Nunc vero de prophetia sanctissimi patriarchae Iacob, qua duodecim filiis suis eventura praedixit quae adhuc nunquam disserueram, tractare proposui. Et quia satis prolixum est in uno tractatu cuncta disserere, proinde quaedam disputanda sunt, quaedam utiliter differenda, quia et vos magis brevia quam prolixa delectant, quippe cum succincta facilius quam coacervata memoria teneantur.

Sic ergo ait : *Et vocavit filios suos Iacob et dixit illis : Accedite ut indicem vobis quid occurrat vobis in novissimis diebus. Convenite et audite, filii Iacob, audite Israel patrem vestrum. Ruben*, inquit, *primogenitus, tu virtus mea et initium filiorum meorum, durus in conversatione, durus et audax, efferbuisti sicut aqua, non excandescas. Ascendisti enim super cubile patris tui, tunc violasti torum quem ascendisti*[1].

1. Gen. XLIX, 1-4.

---

2. Scio] cio *B, initialis litterae locus vacuus remansit. F habet in titulo uncial. rubr.* ⋆DVODECIM BENEDICCIONIB ⋆⋆ Scio — me] *om. F supplevit F*² *post* quidem — pri ⋆ ogenito *F* — 4 lecci ⋆⋆ us *F* — 5 intelleg.] *scripsi*, intellig. *B* intel ⋆ genciae *F* — alacritati] caritati *F* — 7 nunquam] numquam *F* — 8 proposui] praeposui *F* — 9 cuncta] universa *F* — 10 quaedam] *B F*² quadam *F* — quia] *B F*² qui *F* — 11 prolixa] *scripserat prius* coacervata *et del. B* — succincta] supcincta *F* succinta *F*² — 12 coacervata] *B F*² coacerbata *F* — teneantur. Sic] t ⋆⋆ *F* — ergo] enim *F* — 13 vocavit] *B F*² vocabit *F* — suos ⋆⋆⋆⋆ Accedite *F* — 14 quid ⋆⋆ in *F* — 15 Convenit ⋆⋆⋆ iacob *F* — 16 Ruben inquit] ⋆⋆ *F* — mea ⋆⋆⋆ meorum *F* — 17 conversati ⋆⋆⋆ audax *F* — 18 aqua ⋆⋆ cas *F* — 19 cubi ⋆⋆⋆ tunc *F* — quem] quando *F*² — 20 as ⋆ ⋆⋆ itaque *F*

In his itaque verbis quaedam, licet secundum carnem gesta sint, sed tamen mysticae rationis imaginem portendebant; quaedam vero futurorum praescius loquebatur. Sicut enim Ruben primogenitus fuit filius Iacob, ita et primogenitus populus ex circumcisione fuit, sicut scriptum est : *Primogenitus meus Israel*[1]. Et ideo dicit : *Tu virtus mea et initium filiorum meorum*, quoniam ex ipso populo fundamentum fidei et principium filiorum Dei esse coepit, sicut Dominus in euangelio ait : *Salus ex Iudaeis est*[2]. Inde enim patriarchae, inde prophetae, inde salus nostra Xpistus advenit. Sed et beatus apostolus sic ait : *Quorum adoptio filiorum, quorum promissa legis, quorum patres ex quibus Xpistus, qui est benedictus in saecula*[3]. Et ideo primogenitus et virtus dicitur, quoniam ex ipsis virtus Dei, id est Xpistus, advenit. Et ipsi sunt primogeniti de quibus dicit : *Filios genui et exaltavi*[4]. Et rursum : *Dii estis et filii Altissimi omnes*[5].

Verum quod subiunxit *durus et audax*, eo dicit quod ipse populus post beneficia tanta divina obduraverat cor suum, et non solum non auditurus praecepta caelestia, verum et honorem Deo debitum idolis erat et daemoniis praebiturus. Unde postea in eadem duritia permanentes, non modo tantis virtutibus et mirabilibus Xpisti credere noluerunt, verum et, accusantes eum, iustum sanguinem impiissime effuderunt. O ferrea duritia, o infrenata audacia! Non solum credere

1. Ex. IV, 22.
2. Ioa. IV, 22.
3. Rom. IX, 4-5.
4. Is. I, 2.
5. Ps. LXXXII, 6.

1 licet] et F^2 — carnem gesta] ⋆ ⋆ *F* — 2 sint] sunt F^2 — sed] et F^2 — tamen] *om. F* — mysticae] *scripsi*, misticae *B* F^3 misce *F* — imag ⋆ ⋆ debant *F* — 3 futur ⋆ ⋆ ⋆ batur *F* — 4 Sicut] ut *F* — primogenitus fecit] primoge ⋆ ⋆ *F* — filius] ⋆ us *F* filiis *B* — 5 populu ⋆ ⋆ ⋆ cisione *F* — 6 P ⋆ tus *F* — virt ⋆ ⋆ et *F* — 7 popul ⋆ ⋆ damentum *F* — 8 coepit] ⋆ pit *F* — 11 adoptio] *add.* inquid *F* — 12 patres] *supplevi*, et F^2 — 13 qui est] *add.* deus *F* — 14 quoniam] qui *F* quia F^2 — Xpistus ⋆ ⋆ ⋆ si *F* — 15 dicit ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ altavi *F* — 16 rursum] rursus *F* — filii alt.] ⋆ ⋆ *F* — 17 quod] *erasit F* — sub iuncxit *F* — durus ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ d *F* — ipse] *B* F^3 ipsi *F* — dicit] *supplevi* — 18 post] *F* postquam *B* — tanta benefi ⋆ ⋆ ⋆ duraverat *F* (duraret F^2) — non] *supplevit* F^2, *om. B F* — 19 au ⋆ ⋆ ta cael. *F* — 20 debitum idolis] ⋆ ⋆ is *F* — erat] *B* F^2 erant *F* — praebiturus] *B* F^2 prebituri *F* — unde postea] ⋆ ⋆ *F* — 21 modo tantis] ⋆ ⋆ *F* — 22 Xpisti] *F om. B* — credere noluerunt cre ⋆ ⋆ *F* — 23 sanguinem] ⋆ *F* — impiissime] inp. *B* ⋆ piissime *F* — 24 du ⋆ ⋆ ⋆ nata *F* — solum] *add.* non *B F* — cre ⋆ ⋆ divinis *F*

noluerunt divinis mirabilibus, sed insuper Dominum maiestatis in cruce suspenderunt. Et ideo sub persona Ruben populus Iudaeorum accusatur *durus et audax*, durus propter incredulitatem, audax vero propter parricidium quod in Xpisto commisit. Nam quod subiunxit : *Ascendisti super cubile patris tui, tunc violasti torum quem ascendisti*, non hoc de eo dicit quod, ut historia indicat, uxorem patris sui habuerit, et ideo violaverit torum quia super cubile patris sui ascenderit, sed longe aliud hic intellegitur.

Scriptura etenim divina futura, non praeterita, indicabat, quippe cum ipse patriarcha sic dixerit : *Accedite ut indicem vobis quid occurrat vobis in novissimis diebus*. Et ideo cum haec in novissimis diebus futura praedixerit, non debent ad praeterita adverti. Videtis ergo, dilectissimi fratres, quia de ea impietate loquebatur, quam iudaicus populus Deo patri facturus erat, non quae facta fuerat patriarchae Iacob. Sed quando violavit populus iudaicus cubile Dei patris sui, nisi quando carnem Domini, in qua, ut apostolus dicit, *plenitudo divinitatis corporaliter habitabat*[1], raptam in cruce suspendit et ferro violavit? *Tunc enim violasti quando ascendisti*. Ascendit utique in ira et furore atque audacia ut iniquitatis suae victoriam obtineret, dicens : *Tolle, tolle, crucifige eum*[2].

Efferbuisti sicut aqua, non excandescas. Hoc autem suadibiliter propheticus annuntiabat spiritus, ut qui iam ignitis

1. Col. II, 9.
2. Ioa. XIX, 15.

---

1 insuper] et *add. F* — Dominum maiestatis] ⋆ ⋆ statis *F* — 2 cruce] F^2 crucem *B F* — sub persona Ruben] ⋆ ⋆ ⋆ uben *F et add.* primogeniti filii primitivus — 3 populus Iudaeorum] ⋆ ⋆ *F* — durus] ⋆ *F* — 4 par ⋆ dium *F* — sub iunc ⋆ t *F* — 6 cubile] *ex* ...lem *F* — quem] quando F^2 — 7 quod ut] qnd nec F^2 *in ras.* — indicat] *add.* F^2 quod — 9 aliud hic] hoc aliud *F* — intelleg.] *F* intellig. *B* — 10 etenim] *B F* enim F^2 — 12 quid] qui *F* que F^3 — 13 nov ⋆ ⋆ et *F* — diebus fut. praedixerit] ⋆ ⋆ ⋆ erat *F* — debent ⋆ ⋆ ⋆ fratres *F certo lacunam passus.* — 15 loq ⋆ ⋆ ⋆ cus *F* — 16 facturu ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ tum fuerat *F* — iaco ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ labit *F* (lavit F^2) — 17 cub ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ quando *F* — 18 Domini] quam sibi sp ⋆ ⋆ *add. F* — 19 plenitud ⋆ ⋆ ⋆ raliter *F* — cruc ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ violabit *F* (violavit F^2) — 20 quando ascendisti] ⋆ ⋆ *F* — 21 atque audacia ut] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 22 obt ⋆ ⋆ ⋆ tolle cr. *F* — 24 Efferbuisti] *B* F^3 effervisti *F* — sicu ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ descas *F* — 25 propheticus] *sup. lin. B* — proph ⋆ ⋆ ciabat *F* — spiritus] sermo F^2 *in ras.* — qui iam] quidam *F*

iaculis diaboli efferbuerat accensus in furorem non usquequaque excandesceret in persecutione iustorum. Quod et fecerunt post passionem Domini apostolos persequendo, sed et omnes qui in Xpisti nomine credidissent. Et ideo dicebat : *Efferbuisti sicut aqua, non excandescas.* Sic et Dominus ad Cain ait : *Peccasti, quiesce*[1]. Aqua etenim quae in vas ab igne effervescit, aut tumore effunditur, aut nimie refervendo siccatur. Quod et evenit eidem populo, qui, quasi in vasis corporum suorum igne diaboli furore accensus, ita effusus est ut in universo orbe dispersus et ab ipsa religione atque omni spiritali gratia siccus, in sensu suo aridus remaneret.

Sed quia Ruben primogenitus, hoc est primitivus populus Iudaeorum, habuit quosdam fideles viros qui postea per apostolos crediderunt, sicut scriptum est : *Et adiciebatur cotidie turba credentium*[2], ideo post improperium quod ei Spiritus Sanctus per Iacob patrem suum de futuro ingesserat, postea Moyses vitam ei precatur dicens : *Vivat Ruben et non moriatur*[3], non quod ipse Ruben tunc viveret qui iam olim in pace processerat, sed ut ex ipso populo credentes in Xpisto viverent nec unquam morerentur, quia qui in Xpisto credit non moritur, sicut ipse Dominus et Salvator in euangelio ait : *Qui in me credit non moritur, sed habet vitam aeternam*[4].

1. Gen. IV, 7.
2. Act. V, 14.
3. Deut. XXXIII, 6.
4. Ioa. III, 36.

---

1 iaculis diaboli] iac ** *F* — efferbuerat] *B F*^{3} efferverat *F* — accensus] *B F*^{2} abscensus *F* — non usquequaque] ** quaque *F* — 2 persecutione] *B F*^{3} ...quucio *F* — iustorum] ius * *F* — 3 per * do *F* — 4 credid * sent *F* — Et *om. F* — 5 Efferbuisti] effervistis *F* (efferbuistis *F*^{3}) — Sic] Sicuti *F* — 6 Cain] caim *F* — ait] *om. F* — 7 vas] *add. F* aliquod — 9 qui **** rporum *F* — suorum] *add.* quasi *F*^{2} — diaboli *F*, *om. B* — furo **** ffusus *F* — 10 dispersus et ab i.] dis **** *F* — religione] * egione *F* — 11 omni] omnes *F* omnis *F*^{2} — spiritali] populi *F*^{2} *in ras.* — siccus] *scripsi*, sicus *B* sicut *F* secretus *F*^{2} — in s. s. aridus] **** us *F* — 13 pri ** primitivus *F* — populus] *sup. lin. B* — 14 ha *** s viros *F* — 15 apostulos *F* — crediderunt sicut] ** ut *F* — adicie *** urba *F et add.* magna — 16 ideo post impr.] *** perium *F* — 17 sanctus spiritus *F* — pa **** ingesserat *F* — 18 vitam ei precatur] *** atur *F* — non moriatur] ** *F* — 19 tunc] *om. F* — iam ol. in pace] **** ce *F* — 20 praecesserat *F* — credentes in Xpisti] *** o *F* — 21 morerentur] *B F*^{2} moriren * *F* — quia qui in] *** n *F* — 22 credit] vere *praemisit F* — sicut *** alvator *F* — 23 moritur] * *F*

Post haec convertitur ad Simeon et Levi dicens : *Simeon et Levi fratres consummaverunt iniquitatem ex voluntate sua, in consilio eorum non veniat anima mea, et super constantiam eorum non contendant praecordia mea. Quia in furore suo occiderunt homines, et in concupiscentia sua subnervaverunt taurum. Maledictus furor eorum quia audax, et ira illorum quia dura. Dividam eos in Iacob et dispergam in Israel*[1]. Multi quidem putant quod Simeon et Levi ideo sic arguantur a patre, eo quod, dum virginitatem sororis suae Dinae ulciscerent, dolose egerint cum Emor rege Sichimorum et filio eius Sichem, ut, quia Sichem filius Emor violaverit Dinam sororem ipsorum, illi volentes eum occidere hoc dixerunt ut omnes masculi eorum circumciderentur et sic posset Sichem Dinam sororem ipsorum habere uxorem. Et quia Sichem in amore Dinae vehementi impatientia fervebat, ideo consenserunt circumcidi non solum ipsi, sed et omnis militia eorum omnesque viri civitatis eorum. Tunc Simeon et Levi non solum praeputia, sed et nervos eorum in eadem circumcisione amputasse referuntur. Et factum est post tertium diem cum essent omnes viri in dolore maximo constituti, supervenerunt Simeon et Levi nesciente patre eorum, et universos gladio interfecerunt, ipsumque regem Emor cum filio suo Sichem et omnem populum civitatis illius ipsamque civitatem incendio concremaverunt, et sic inde sororem suam Dinam auferentes revocaverunt.

1. Gen. XLIX, 5-7.

---

1 convertitur ad] converti ⋆⋆ *F* — Simeon] *scripsi*, Symeon *B et ita subinde*, ⋆ meonem *F* — Levi] *add.* sic *F* — 2 ⋆ maverunt *F* — voluntate] volūptate *F* — 3 consi ⋆ *F* — 4 contendat *F* — 6 taurum] *in margine sinistra F scripsit* suffoderunt muro (*ex Vulg.*) — 8 ideo] *om F* — 9 eo quod] pro *praemisit* F^2 — suae] ipsius *F* — 10 di ⋆⋆⋆ egerint *F* — cum Emor] *B* F^2 cui memor *F* — Sichimorum] *scripsi*, sicimorum *B* sici (sicci F^2) ⋆ *F* — 11 et filio eius] ⋆⋆⋆ *F* — Sichem] *scripsi*, sicem *B* ⋆ *F* — quia] enim F^2 — Sichem] F^2 sicem *B F et ita subinde* — violav ⋆⋆⋆⋆ sorum *F* — 12 ipsorum] *add.* et *F sed eras.* F^2 — eum] eos *F* — occi ⋆⋆⋆ ut *F* — 13 circumcide ⋆⋆⋆⋆⋆ sicem *F* — 14 ha ⋆⋆ ⋆⋆ sicem *F* — 15 impat.] *scripsi*, inpat. *B* ⋆ *F* — fervebat] ⋆ *F* — 16 non solum ipsi sed] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 17 viri civitatis eorum] ⋆⋆⋆ *F* — 18 praepu ⋆⋆⋆⋆⋆ in *F* — 19 ampu ⋆⋆ Et *F* — 20 essent omnes viri in] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 21 superv ⋆⋆⋆ levi *F* — 22 universo ⋆⋆⋆ terfecerunt *F* — Emor] emmos *F* emmor F^2 — 23 suo S. et omnem] su ⋆⋆⋆⋆ *F* — 24 incendio] ⋆ *F* — 25 suam] ipsorum *F* — d ⋆⋆ tes revoc. *F*

Sed nemo vestrum existimet, fratres dilectissimi, ob hanc causam eos a patre ipsorum tam acriter obiurgari, praesertim cum, sicuti iam supra tractavimus, dixerit idem Iacob filiis suis : *Accedite ut indicem vobis quid occurrat vobis in novissimis diebus.* Videtis ergo quod hoc non de praeterito factum, sed de futuro faciendum loquebatur. Qua de re, dilectissimi fratres, diligentius debemus advertere quae sit ista iniquitas, quam consummaverunt ex voluntate sua Simeon et Levi, quam eis pater improperat. Ex Simeon itaque scribae Iudaeorum, ex Levi autem sacerdotes fuerunt, qui ex uno consensu in furore suo occiderunt homines, id est prophetas qui ad eos a Domino mittebantur, et in concupiscentia sua subnervaverunt taurum, id est Xpistum Dominum nostrum. Sic autem subnervaverunt eum dum pedes eius et manus crucifixerunt, dum latus lancea perforaverunt. Quem ideo taurum propheticus spiritus appellavit, eo quod primum aratrum crucis suae patibulo ipse portaverit, et dura gentium pectora subacta necessario semini, id est sancto Spiritui, praeparaverit, et novissimis diebus venturus sit et ventilaturus cornibus crucis suae velut taurus omne genus hominum, et alios, id est credentes, in caelum sit elevaturus, alios, id est non credentes, sit deiecturus in terra. Denique et quod prophetas occiderunt, et quod ipsum Dominum occisuri essent, sic in euangelio per parabolam Dominus dicit ad eos : Quidam paterfamilias plantavit vineam, fodit torcular, posuit colonos. Et cum idem paterfamilias misisset servos ut fructum a colonis requirerent, illi occiderunt alios,

---

1 fratres dil.] ** *F* — 2 causam] *B* F^2 causa *F* — obiurgari] ob * *F* — sicuti i. s. tract.] *F* sic *B* — 4 Accedite] *add.* ad me *F* — 5 quod] que *F* quia F^2 — de] *F om. B et subinde* — 6 factum] facto *F* — futuro] novissimis diebus *F* — 8 voluntate] volûptate *F* — 9 pater improperat. Ex] *** *F* — 10 ex L. a. sacerdotes] ****es *F* — fuerunt] F^2 *solus* — qui] *add.* quasi F^2 — 11 suo o. h. i. est] ***** st *F* — 12 mitte* ***encia *F* — et] *suppl.* — 13 id est X. D. n. Sic] ***** Si *F* (Sic F^2) — 14 eum] *suppl.* — et m. crucifixerunt] *** gunt *F* — 15 perforaverunt] vulnerant *F* — Quem i. t. proph.] **** ticus *F* — 16 primum] priorum *F* — aratrum c. s. p. ipse] ****** pse *F* — 17 et dura] unde dura *F* — gentium p. subacta] gen **** a *F* — 18 spir. praep.] ** *F* — necessario] *conieci* ...ria *B F* — 19 ventilat.] *scripsi*, ventulat. *B* * *F* — 20 cornibus] * nibus *F* — ge **** os *F* — 21 eleva** id *F* — 22 terra. Denique] ** *F* — 21 quod] *om. F* — 23 occi** sic *F* — 24 Dominus] *om. F* — 25 Quidam paterfamilias] ** familias *F* — fodit] fodebit *F* et fodit in ea F^2 — 26 posuit] * *F* — servos] * vos — 27 fructum] fructus vineae *F* — occiderunt] * *F* — alios] *conieci*, eos *B* quosdam F^2 *in ras.*

alios lapidaverunt. Postea multo plures misit, et illi fecerunt similiter. Postremo misit filium suum dicens : Forsitan filium meum verebuntur. Quem cum vidissent coloni dixerunt : Hic est filius eius, venite occidamus eum, et nostra fiat haereditas. Cum ergo venerit paterfamilias, quid faciet colonis? Respondentes illi dixerunt : Malos male perdet[1].

Videtis ergo, dilectissimi fratres, hoc ipsum esse quod et patriarcha Iacob imputaverat filiis suis, quia in furore suo occiderunt homines, id est prophetas, et in concupiscentia sua subnervaverunt taurum, id est Xpistum, ut supra iam monstravimus. Unde extrahit se ab eorum facinore patriarcha sanctissimus dicens : *Non veniat anima mea super audaciam eorum, et non contendant praecordia mea.* Non enim vult particeps tantorum criminum videri, quae illi in novissimis diebus facturi erant. Denique quod hic patriarcha repletus Spiritu Sancto eis praedixerat, hoc et postea idem Spiritus per Isaiam loquitur dicens : *Sabbata vestra et neomenias vestras odivit anima mea, et diem magnum vestrum non sustineo. Si attuleritis similaginem, vanum est. Incensum abominatio est mihi. Et si multiplicaveritis preces, non exaudiam. Et si extenderitis manus vestras, avertam faciem meam a vobis. Manus enim vestrae sanguine plenae sunt.* Sed quia pius est et misericors, cum ista omnia reprobasset, consilium dat quid facere deberent, dicens : *Lavamini, mundi estote*[2]. Lavamini utique baptismo Xpisti,

1. Marc. XII, 1-9.
2. Is. I, 13-16.

---

1 Postea] *add.* inquid *F* — ⋆ ures *F* — illi fecerunt similiter] ipsos ait occiderunt *F* — 3 verebuntur] reverebuntur *F* — 4 eius] suus *F* — 5 fiat] fied *F* fiet F^2 — 6 faciet] *B* F^2 faciam *F* faciat F^3 — 7 perdet] *B* F^3 perdit *F* — ipsum] *B* F^2 ipsud *F* — 8 impu.] *scripsi*, inpu. *B F* — 9 homin ⋆⋆⋆⋆⋆ concup. *F* — 10 taurum i. e. X. ut] ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 11 iam supra *F* — monstravimus] *B* F^2 ...bimus *F* — extrahit se ab] ⋆⋆⋆ *F* — facinore eorum *F* — 12 patriarcha] *F* propheta *B* — sanctissimus d. n. veniat] s ⋆⋆⋆⋆ niad *F* — 13 super] et *praemisit* F^2 — eorum e. n. contendant] ⋆⋆⋆⋆ *F* — praecordia] *ex* praeconia *F* — 14 part ⋆⋆⋆ minum *F et add.* scelerum (F^2 *scripsit* ac scelerum) — 15 ill ⋆⋆⋆⋆ bus *F* — quod] *om. F* — hic patriarcha] h ⋆⋆ *F* — 16 repletus Spiritu Sancto] ⋆ sancto repletus *F* — et postea idem Sp. per] ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 17 loquitur dicens] dicit *F* — 18 neo ⋆⋆⋆ anima *F* — 19 no ⋆⋆⋆⋆ leritis *F* — 20 abom. e. mihi] ⋆⋆⋆ hi *F* — 21 exaudiam et] ⋆⋆ *F* — 22 faciem m. a vobis] fac ⋆⋆⋆⋆ *F* — 23 sed q. p. est] s ⋆⋆⋆⋆ *F* — 24 reprobasset] comprobasset *F* — consilium dat quid] ⋆⋆⋆ *F* — dicens] *om. F* — 25 lavamini] *add.* inquit F^2 — estot ⋆⋆ ni *F*

de quo et alibi ait : *Aspergam vos aqua munda et mundabimini*[1] : quia in sacramento baptismatis omnia peccata omniaque crimina remittuntur. Denique adiecit : *Et si fuerint peccata vestra ut fenicium, sicut nivem dealbabo : si autem ut coccinum, tanquam lanam alba efficiam*[2]. Sed quid est fenicium et quid est coccinum? Peccata sunt enim ut fenicium, quae de prophetarum sanguine infecta sunt, ut coccinum vero, illa delicta quae de pretioso Xpisti sanguine tincta sunt, quia quantum distat fenicium, id est miniatum, a coccino, tantum interest a Xpisti sanguine et prophetarum. Quanta enim pietas, quanta clementia Dei et Salvatoris nostri ut et ipsos interfectores suos, si conversi crediderint et factorum suorum paenitentiam egerint, ab omni delicto per baptismatis gratiam dignetur absolvere!

Sed adhuc adiecit : *Maledictus furor eorum quia audax, et ira eorum quia dura.* Hunc ergo maledictum furorem eorum et audacem iram eorum et obduratam instinctu diabolico ad tantum facinus perpetrandum scriptura indicat, quod furore accensi et in ira obdurati venerunt occupantes Salvatorem nostrum et Dominum, a quo tanta mirabilia tantasque virtutes factas viderant, et obtulerunt eum Pontio Pilato clamantes et dicentes : *Tolle, tolle, crucifige eum*[3],

1. Ez. XXXVI, 25.
2. Is. I, 18.
3. Ioa. XIX, 15.

---

1 ait Aspergam] ⋆⋆ pargam *F* (spergam F^2) — munda] *om. B* — 2 quia] q ⋆ *F* — 3 remittuntur] *B* F^2 remititur *F* — 5 coccinum] coccum *F* coccus F^2 *et subinde* — alba] candidam *F* — 6 quid est] *bis* quidem *F* (2° non quod F^2) — 8 sunt] *Sequitur glossema* : per fenicium prophetarum sanguis (*B* F^2 sanguine *F*) accipiendus est, per coccinum (coccum *F*) vero (*add. F* eius sanguine, F^2 sanguis) eo quod (*om. F*) sanguine paenitentium peccata (⋆⋆ *F*) abluantur (abluuntur *F*) — ut] *eras* F^2 — vero] *F* namque *B* — delicta q. d. pretioso] ⋆⋆⋆⋆ ioso *F* — 9 sanguine] *F om. B* — sunt ⋆⋆⋆ fenicium *F* — 10 miniatum] men... *F* — a coccino] *suppl.* a cocco F^2 *sol.* — tantum ⋆⋆⋆⋆ ine *F* — 11 enim p. q.] ⋆⋆⋆ *F* — 12 nostri ⋆⋆⋆⋆ res *F* — 13 crediderint] credant *F* — et ⋆⋆⋆ itenciam *F* — egerint] agant *F* — ab omni delicto] omnia eis delicta *F* — 14 per b. gratiam] ⋆⋆⋆ m *F* — absolvere] ignoscere *F* — 15 ad ⋆⋆⋆ edictus *F* — quia] *B* F^2 qui *F* — audax ⋆⋆⋆⋆⋆ ura *F* — 16 furorem e. e. audacem] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 17 instinc ⋆⋆⋆⋆ antum *F* — 18 scriptura] ⋆ *F* — indicat] *B* F^2 iudi ⋆ F — 19 quod] ⋆ d *F* quo *B* — obdu ⋆⋆ ntes *F* — 20 tanta mirabilia] ⋆⋆ ia *F* — 21 viderant] *corr.*, ...unt *B F* — et obtulerunt] ⋆⋆ *F* — 22 dicen ⋆⋆ e tolle *F* — eum] *om. F*

et *Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris*[1]. O maledictus furor eorum et obdurata audacia, ut Barraban latronem et homicidam dimittendum peterent et principem vitae crucifigendum postularent, qui et mortuos suscitaverat et caecos inluminaverat, surdos audientes fecerat, claudos ambulantes, paralyticos sanaverat, leprosos mundaverat, et omnia genera valetudinum verbo quo valebat abstulerat! Haec ergo praevidens in spiritu, sanctissimus hic patriarcha Iacob in figura praedixit. Unde et non vult se consilio eorum et facto videri participem. Sic enim ait : *Non veniat in consilio eorum anima mea, et super audaciam eorum non contendant praecordia mea.* Sed cum ita sit, requirendum nobis est quid infra subiunxit dicens : *Dividam eos in Iacob, dispergam in Israel.* Hoc ergo iam praemonebat praesagus spiritus patriarchae quod de ipso populo filiorum suorum separandi essent non credentes a credentibus. Iacob enim ex hebraea lingua latino sermone supplantator dicitur, Israel autem homo videns Deum interpretatur. Et ideo dividendi erant alii in Iacob qui supplantatores Xpisti fuissent, alii in Israel qui credere meruissent. Ideo dicit : *Dividam eos in Iacob et dispergam in Israel.*

Post haec convertitur ad Iudam, et sic dicit ei : *Iuda, te laudabunt fratres tui : manus tuae super dorsum inimicorum tuorum : adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda, de germine filius meus ascendisti, recumbens dormisti sicut leo et sicut catulus leonis, quis excitabit eum*[2]? Quid hoc est,

1. Ioa. XIX, 12.
2. Gen. XLIX, 8-9.

---

1 dimittis] demittis *F* — non ⋆⋆ us *F* — 2 eorum] *om. F* — audacia] ⋆ cia *F* — 4 mortuos] *add.* eorum *F* — suscit.] excit. *F* — 5 inlum.] *F* illum. *B* — surdos] *B F*^{2} surdus *F* — fecerat] et *praemisit F*^{2} — 6 leprosos] *B F*^{2} lebrosus *F* — 7 valetud.] valitud. *B F* — valebat] *F* volebat *B* — 8 spiritu] spiritum *F* — Iacob] *B F*^{2} iacop *F* — 9 vult] *B F*^{3} vul *F* — 10 videri partic.] ⋆⋆ *F* — consili ⋆⋆⋆⋆ et *F* — 11 contenda ⋆⋆⋆⋆ cum *F* — 12 est q. i. subiunxit] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 13 dispergam i. I. h. ergo] et di ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 15 patr. q. d. ipso] pat ⋆⋆⋆⋆ *F* — separandi essent] separa ⋆⋆ *F* — 16 non credentes a cred.] ⋆ tes (credentes *conicio*) sub (ab *F*^{2}) incredulis *F* — ex h. l. latino] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 17 supplantator] subpl. *F* — Israel a. h.] ⋆⋆⋆ *F* — 18 dividendi erant] ⋆⋆ *F* — 19 fuissent a. i. Israel] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 20 dicit] ait *F* — Dividam eos in] ⋆⋆⋆ *F* — 22 convertitur ad Iudam] c ⋆⋆⋆ *F* — 23 tui m. t. super] tu ⋆⋆⋆⋆ *F* — 24 filii patris tui] ⋆⋆⋆ *F* — 25 a ⋆⋆ cumbens *F* — 26 leo ⋆⋆⋆ tabit *F* — est] sit *F*

dilectissimi fratres, quod Iudas sic meruit collaudari, cum superius Simeon et Levi sic arguantur, nisi quia ex tribu Iuda Xpistus venturus erat, sicuti de eo scriptum est : *Vicit leo de tribu Iuda radix David*[1] ? Et proinde, sicuti in Ruben et Simeon et Levi, non tam ipsos specialiter quam eos, qui ex tribu eorum nasci haberent, et iniquitates ex voluntate sua facturi adversus Xpistum et consummaturi erant, arguit et inurit, ita et hic non tam ipsum Iudam laudabat quam Xpistum, qui ex tribu Iuda secundum carnem venturus erat. Denique sic ait : *Iuda te laudabunt fratres tui*, eo quod omnes ex genere suo credentes in Xpisto collaudaturi eum erant in ipsis virtutibus et mirabilibus eius quae viderent. Quod et factum est : quia *omnes*, inquit, *collaudabant Deum*[2] quia nunquam talis propheta apparuisset in Israel. Et quia iudex et dominus universorum erat Xpistus, propterea sic adiecit : *Manus tuae super dorsum inimicorum tuorum.* Inimicos utique eos appellat qui non erant credituri, sicut scriptum est : *Sede ad dexteram meam donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*[3]. Hi sunt ergo inimici increduli qui non faciem suam ad videndum apposuerunt, sed avertentes faciem suam a conspectu Dei et corda a fide removentes, dorsa ad relinquendum Dominum praeverterunt, quae postea in iudicio Dei ad verbera prae-

1. Apoc. V, 5.
2. Luc. VII, 16.
3. Ps. CIX, I, 1.

---

1 meruit collaudari] ⋆ ⋆ laudari *F* — 2 sic] graviter *F* — ar ⋆ tur *F* — quia] *B F*^{2} que *F* — 3 sicuti] sicut *F* — 4 proinde] exinde *scripserat prius B* — 6 iniquitates] qui *praemisit F*^{2} — volunt.] volumpt. *F* — 7 et] *F*^{2} *solus* — erant] *F* erat *B* — 9 secundum c. venturus] ⋆ ⋆ ⋆ turus *F* — 10 te l. f. tui] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 11 in X. collaudaturi] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 12 mirabilibus eius quae] mi ⋆ ⋆ ⋆ *F* — viderent] vidissent *F* (cum *praemisit F*^{2}) — 13 et] *eras. F*^{2} — quia] *eras. F*^{2} — omnes i. col.] ⋆ ⋆ ⋆ bant *F* — 14 nunquam ⋆ ⋆ ⋆ uisset *F* — 15 quia] *B F*^{2} qui *F* — iudex et ⋆ ⋆ ⋆ rat *F* — propterea sic] postea *F*^{2} *in ras.* — 16 Manus ⋆ ⋆ ⋆ sum *F* — 17 eos] *conieci*, eorum *B* — utique e. a] ⋆ ⋆ ⋆ at *F* — 18 sicut ⋆ ⋆ ⋆ ede *F* — 19 ponam i. tuos] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — scabellum] *B F*^{2} scabillum *F* — Hi] *corr.* QHi *B* Hii *F* — 20 ergo ⋆ ⋆ uli *F* — suam] *om. F* — 21 apposuerunt] *B F*^{2} adpos. *F* — sed avertentes] ⋆ ⋆ s *F* — faciem suam] facies *F* — 22 corda a ⋆ ⋆ ⋆ tes *F* — relinquendum] reliq. *F* — 24 praeverterunt] ⋆ nt *F* — quae] *correxi*, que *F*^{3} quos *B F* — Dei] *F om. B* — verb ⋆ ⋆ bunt *F*

parabunt, sicuti per Hieremiam prophetam dicit : *Praeverterunt ad me dorsa, et non facies*[1]. Et quia sensuri erunt severissimum iudicem quem pium dominum recipere noluerunt, propterea ait : *Manus tuae super dorsum inimicorum tuorum.* E contra autem pro his qui crediturі erant sic dicit : *Adorabunt te filii patris tui,* quoniam multi ex ipsis Iudaeis, ut iam dictum est, credentes eum adoraverunt, qui filii Dei appellati sunt, sicut scriptum est : *Omnes qui credunt in eum dedit eis potestatem ut filii Dei efficerentur*[2].

Et adiecit : *Catulus,* inquit, *leonis Iuda, de germine filius meus ascendisti, recumbens dormisti sicut leo et sicut catulus leonis, quis suscitabit eum?* Leo ferarum rex est. Et ideo Salvator noster qui ...est ...rex regum, propter potentem virtutem qua in morte diabolum vicit leo est appellatus. Sed quare hic catulum leonis nominavit, quem alibi de tribu Iuda victorem dixerat? Sed ideo catulum nominavit, ut non ipsum Patrem sed Dei Filium demonstraret. Nam et cum leo et catulus leonis dicitur, et Pater et Filius indicantur, in quibus non natura dividitur, sed personae distinctae monstrantur. Sicut enim ex leone leo nascitur, ita Deus de Deo et lumen ex lumine procedere dicitur. Sicut enim cum ex leone leo nascitur, non natura mutatur, sed una origo ostenditur, sic et Deus ex Deo natus aliud non potest esse

1. Ier. II, 27.
2. Ioa. I, 12.

---

1 sicuti] sicut *F* — Hierem.] *F* ierem. *B* — Praeverterunt] ⋆ ant *F* — 2 facies] suas *add. F* — Et] Ergo F^2 — sensuri] ⋆ *F* — erunt] *B* erant *F* — 3 dominum] sal ⋆ orem *F* — noluerunt] noluissent *F* — 4 super] supra *F* — 5 E] et *F* — 6 multi] *om. F* — 7 sunt apellati *F* — 10 adiecit] *B* F^2 aiecit *F* — inquit] *in marg. sinistra scripsit F* ...iudei confessores dicuntur. unde et dum eum mater eius concepisset dixit modo confitebor domino et hoc vocatum est nomen eius iuda — 11 et sicut c. leonis] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 12 quis] *B* F^2 qui *F* — ferarum rex] rex fer ⋆ *F* — est e. i. S.] ⋆⋆⋆⋆ tor *F* — 13 qui] *add.* leo *B F* — est] *post* regum *F* — rex] *praemitt.* et *B F* — propter p.] ⋆⋆ *F* — 14 in morte] F^2 morte *B* mortem *F* — diab ⋆⋆⋆⋆⋆ tus *F* — 15 leonis n. quem] le ⋆⋆⋆ *F* — 16 d ⋆⋆⋆⋆ tulum *F* — 17 Pa ⋆⋆⋆⋆⋆ traret *F* — 18 catulus l. dicit ur] cat ⋆⋆⋆ *F* — indicantur] F^2 ...atur *B F* — 19 in qu ⋆⋆⋆⋆ ditur *F* — distinctae] destincte *F* — 20 mons ⋆⋆⋆ nim *F* — ita ⋆⋆⋆⋆⋆⋆⋆ mine *F* — 21 Sicut] Sicuti *F* — e ⋆⋆⋆⋆⋆ nascitur *F* — 22 sed una origo] ⋆⋆⋆ *F* — 23 natus] *B ex* nascitur — aliud n. p. esse] ali ⋆⋆⋆⋆ *F*

quam Deus ; sed propter significantiam Filii catulum leonis nominavit. Verum quod adiecit : *De germine filius meus ascendisti*, hoc voluit nobis ostendere quod de germine Iuda Xpistus advenerit, sicut et per Isaiam prophetam dicitur : *Exiet virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet*[1]. Iesse iste pater fuit David, ex cuius radice, id est ex cuius origine, Maria virgo est nata, quam virgam Isaias appellat, et florem de virga, id est Xpistum de virgine natum indicat. Quod quidem et per Iezechielem sic dicitur : *Ecce dies veniunt et virga florebit*[2], id est virgo pariet humani florem generis Xpistum. Et hoc est quod dicit : *De germine filius meus ascendisti*, quia ut iam dictum est, ex germine seminis Iuda processit Maria, unde flos Xpistus advenit.

Et adiecit : *Recumbens dormisti sicut leo et sicut catulus leonis, quis suscitabit eum* ? Diximus iam leonem et catulum leonis Patrem et Filium indicare, quorum una natura est geniti et ingeniti. Unde et ipse Salvator ait : *Ego in patre, et Pater in me*[3]. Sed alter in altero esse non potest, nisi per naturae individuam unitatem. Quod autem ait : *Quis suscitabit eum* ? Quis enim alius suscitavit filium nisi Pater? sicuti apostolus ait : *Qui resuscitavit Iesum a mortuis, resuscitabit et mortalia corpora vestra*[4]. Sed *dormisti*,

1. Is. XI, 1.
2. Ez. VII, 10.
3. Ioa. XIV, 10.
4. Rom. VIII, 11.

---

1 sed] sic F^2 — fil ⋆⋆⋆ nis F — 2 De germine] d ⋆⋆ F — 3 ost ⋆⋆ de F — 4 Iuda] *scripsi*, iudae B F — et per Isaiam] ⋆⋆⋆ iam F — dicitur] dicit F — 5 Iesse] ⋆ F — ex cuius] 2ᵉ *eras.* F — 7 virgam] B F^2 virga F — 8 apellat F — florem] flos F — virga] *add.* ascendet F^2 — Xpistum] flos xpistum F (...tus F^2) — 9 natum indicat] natus prodiet F^2 *in ras.* — Iezechi.] ezechi. F^2 ezechielum F *et add.* prophetam — dicitur] ostenditur F^2 *in ras.* — 10 id est] B F^2 id F — 11 florem humani F — de germ. f. meus] ⋆⋆⋆⋆ F — 12 quia] B F^2 qui autem F — iam] *om.* F — ex g. s. Iuda] ⋆⋆⋆⋆ a F — 13 processit] prodiit F^2 *in ras. ex* ...bit — unde] et de Maria F^2 *in ras.* — Xristus a. Et adiecit] ⋆⋆⋆⋆ cit F — 15 et s. c. leonis] ⋆⋆⋆⋆ is F — 16 quis suscitabit] B F^2 qui suscitavit F — iam l. e. catulum] ⋆⋆⋆⋆ um F — 17 indi ⋆⋆⋆ natura F — 18 et ingeniti] B F^2 ab ingenito F — Unde et i. salvator] ⋆⋆⋆⋆ or F — ait] *om.* F — 19 Sed a. in a. esse] ⋆⋆⋆⋆ F — 20 individuam unitatem] inde (indi F^3) ⋆⋆ F — quod] Id F — ait] est F^2 *in ras.* — quis] qui F — 21 enim] *erasit* F^2 — alius s. filium] ⋆⋆⋆ um F — 22 sicuti] sicut F — re ⋆⋆ a mor. F — 23 resuscitabit] B F^2 ... vit F — mort ⋆⋆ nostra F

inquit, *ut leo*. Quid est *dormisti ut leo*? Id est securus et quietus. Leo enim securus dormit, dum nihil timet, sed ipse timetur ab omnibus. Sic et Salvator noster securus dormivit in morte, quia propter praepotentem virtutem naturae suae, non solum mortis virtutem non timuit, verum et ipsam mortem moriendo devicit. Et ideo propter confidentiam securitatis qua in morte dormivit, non solum nihil timens, sed et omnes potestates triumphans per crucem, securus et confidens dormisse dicitur, sicuti apostolus ait : *Spolians se carne palam potestates triumphavit per crucem*[1]. Et hoc est quod ait : *Dormisti ut leo et sicut catulus leonis, quis suscitabit eum?*

Et adiecit : *Non deficiet princeps de Iuda nec dux de femoribus eius, donec veniat semen quod ei repositum est, et ipse spes gentium*[2]. Hoc planum atque perspicuum est, dilectissimi fratres, quia non defecit semen sanctorum patrum, sed nec princeps, id est rex, ex origine Iuda cessavit, neque dux de femoribus eius, donec Xpistus ex tribu Iuda repromissum semen et spes gentium de Maria virgine nasceretur. Ex tribu enim Iuda regnum Iudaeorum fuit, quod eo usque non defecit donec Xpistus semen repromissum in saeculo coruscaret. Denique si putant Iudaei adhuc non venisse Xpistum, ergo de tribu Iuda regnum hodie Iudaeorum permanet. Aut si iam non regnant Iudaei, venit semen repositum quod eis fuerat repromissum : qui

1. Col. II, 15.
2. Gen. XLIX, 10.

---

1 Quid e. dormisti] ⋆ ⋆ ⋆ sti *F* — leo e. securus] ⋆ ⋆ ⋆ rus *F* — 2 ip ⋆ ⋆ ⋆ b *F* — 3 dormivit in] ⋆ ⋆ *F* — 4 morte] *scripsi*, mortem *B F* — quia propter] qua propter F^2 — naturae] ⋆ *F* — 5 timu ⋆ ⋆ erum *F* — 6 devicit] F^2 deiecit *B* deficit *F* defecit F^3 — 6 Et ideo] ⋆ ⋆ deo *F* — 9 sicuti] sicut *F* sicut enim F^2 — 10 carne] *F* carnem *B* — 11 ait] *om. F*, dicitur F^2 — 12 quis suscitabit] *B* F^2 qui suscitavit *F* — 14 et ipse s. gentium] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ cium *F* — 15 perspic ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ fecit *F* — 17 nec princeps id est] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — Iuda] iudae *F et subinde* — 18 neque d. d. femoribus] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ribus *F* — 19 Iuda reprom. semen] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — virgine nasc.] virg ⋆ ⋆ *F* — 20 iudaeorum f. quod] iud ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 21 eo usque] *B* F^2 usque eo *F* — donec] quod *F* quam F^2 — repromissum in s. coruscaret] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ruscaret *F* — 22 Iudaei a. n. venisse] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ nisse *F* — 23 regnum h. Iudaeorum] ⋆ ⋆ ⋆ deorum *F* — 24 si iam] *B* F^2 suam *F* — regnant I. venit] ⋆ ⋆ ⋆ nit *F* — 25 eis] ei *F* — reprom. qui est] ⋆ ⋆ ⋆ *F*

est spes gentium, post cuius adventum dicebat cessaturum esse regnum iudaicum. Sed quia iam venit semen repromissum in Xpisto, ideo Iudaei non habent regnum.

Sed quid est quod dicit : *Alligabit ad vineam pullum suum, et ad cilicium pullum asinae suae*[1] ? Alius est pullus qui ad vitem ligatur, alius pullus asinae qui ad cilicium ligatur. Hi itaque duo pulli duas vocationes populorum significabant, Iudaeorum et gentium. Suus itaque pullus erat qui ex gentibus crediturus annuntiabatur, quia et ipse Xpistus spes gentium dicebatur, sicut et David ex persona Xpisti dicit : *Populus qui me non noverat cognovit me, in auditu auris oboedivit mihi*[2]. Et ideo *alligabit*, inquit, *ad vitem pullum suum*. Quae autem sit haec vitis ad quam hunc pullum, id est populum credentem, alligabit, ipse Dominus manifestat cum dicit : *Ego sum vitis vera, et pater meus agricola est : omne sarmentum quod in me non affert fructum excidetur et in igne mittetur*[3]. Hunc pullum, id est populum in se credentem, ad vitem corporis sui Dominus alligavit vinculo caritatis, ut fieret unum corpus Xpisti ex credentium membris, sicut apostolus dicit : *Qui Domino iungitur unus spiritus est*[4]. Sed quomodo alligatur ad vitem, id est ad corpus Xpisti, hic pullus, id est populus ex nationibus credens, nisi per fidem,

1. Gen. XLIX, 11.
2. Ps. XVII, 45.
3. Ioa. XV, 1-2.
4. I Cor. VI, 17.

---

1 adventu ⋆ ⋆ ⋆ torum *F* (turum F^3) — 2 iudaicum regnum *F* — quia iam venit] qu ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 3 non h. regnum] ⋆ ⋆ ⋆ gnum *F* — 4 quod] hoc *praemisit F* — Alligabit] *B* F^3 alletabit *F* — ad vineam] ⋆ ⋆ *F* — 5 ad] *B* F^2 a *F* — su ⋆ ⋆ est pullos *F* (pullus F^2) — 6 ligatur] alligatur *F* — alius pullus] a ⋆ ⋆ *F* — ligatur] ligandus dicebatur *F* — 7 Hi] *corr.*, Hii *B F* — vocationes] *conieci*, accusationes *B* a/////////saciones *F* nationes F^2 — 8 et] scilicet *praemisit F* — 9 annuntiabatur] anunciebat *F* (..ebatur F^2) — 10 gentium] *ex* gentilium *F* — 11 qui] enim inquit *praemisit F* — in] et *F* — 12 Et ideo alligabit] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 13 autem s. h. v. ad] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — quam] *B* F^2 quem *F* — 14 cred. allig.] ⋆ ⋆ *F* — 15 Ego s. v. vera] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — sar ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ non *F* — 16 affert] afret *F* (afert F^3) — excidet ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ etur *F* — 17 Hunc] *add. F* ergo — populum in se] ⋆ ⋆ sed *F* (se F^3) — 18 vitem] *B* F^2 vite *F* — corporis] *B* F^2 corpori (*ex* corpus) *F* — sui] *B sup. lin.* — Dominus a. vinculo] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 19 corpus Xpisti] corpus ⋆ ⋆ ⋆ Xpisti *F, vel membrana vacua* — sicut a. dicit] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 20 Qui Domino] *B* F^2 quia non *F* — Sed quomodo] ⋆ ⋆ *F* — 21 alligatur] alligatus *F* (*add.* F^2 dicitur) — cor ⋆ ⋆ ⋆ pullus *F* — 22 credens n. p. fidem] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ dem *F*

spem et caritatem, per vinculum euangelicae disciplinae, sicut scriptum est : *Quid nos separabit a caritate Xpisti*[1]? Et iterum : *Mihi autem adhaerere Deo bonum est, ponere in Deo spem meam*[2]?

Sed *ad cilicium*, inquit, *pullum asinae suae*. Pullum itaque asinae populum dicit Synagogae, quam asinam appellat, id est tardigradam et gravissimo legis onere oppressam. Sed quare hunc pullum ad cilicium alligavit? Quia eumdem populum sub paenitentia factorum suorum constituit, sicuti et Ioannes eidem populo ad se venienti dixit : *Generatio viperarum, quis vobis monstravit fugere iram advenientem? Facite ergo fructus dignos paenitentiae*[3]. Denique siqui ex ipsis credere meruerunt facinorum suorum paenitentiam agentes baptismatis gratiam postulabant. Cum enim audirent beatissimum Petrum apostolum de Xpisto praedicantem, dicebant ei : *Quid faciemus ut veniam consequamur?* Tunc ille : *Paenitentiam*, inquit, *agite et baptizemini in nomine Domini nostri Iesu Xpisti in remissionem peccatorum*[4]. Hic est itaque pullus alligatus ad cilicium, id est populus paenitentiam agens, quia reus est sanguinis prophetarum, reus quoque sanguinis Xpisti, reus etiam ipsius legis, in qua se putabat aliquam habere salutem, dum non potest legis ipsius praecepta complere, quia scriptum

1. Rom. VIII, 35.
2. Ps. LXXII, 28.
3. Mat. III, 8.
4. Act. II, 37-38.

---

1 euang. disciplinae] ⋆ ⋆ ipline *F* — 2 Quid] quis *F* — nos separabit] ⋆ ⋆ vit *F* — caritate] *F*[3] ..tem *B F* — 3 adh. Deo] ⋆ ⋆ *F* — 5 Sed] Et *F*[2] *in ras.* — ad cil. inquit] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 6 populum] *conieci*, pullum *B* ⋆ *F* — 7 gravissimo] ...ma *F* ...mam *F*[2] — opraessam *F* — 8 pullum hunc *F* — alligavit] ...verit *F* — eumdem] *scripsi*, eundem *B F* — 9 populum] *add. F* qui eum persecutus est — 9 sub p.] *B F*[2] super penitenciam *F* — sicuti et] sicut *F* — 10 Ioannes] iohs baptista *F* — dixit] dicebat *F* — 11 advenientem] *B F*[2] advenite *F* — 12 fructus] *B F*[2] fructos *F* — 13 si qui] *scripsi*, si quis *B F* (qui *F*[2] *omisso* si) — suor ⋆ ⋆ ⋆ tes *F* — 14 post ⋆ ⋆ enim *F* — 15 Petrum ap. de Xpisto] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 16 Qu ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ niam *F* — consequamur] ...mus *F* — 17 Paenitentiam inquit agite] re ⋆ (spondit *ut conicio*) ⋆ ⋆ gite *F* — baptizem.] baptizam. *F* baptizaem. *F*[2] — 18 nomi ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ sione *F* — 19 Hic] *B F*[2] Hoc *F* — itaque p. alligatus] it ⋆ ⋆ ⋆ tus *F* — 20 paenit. ag.] ⋆ ⋆ *F* — 21 prophetarum r. quoque] prophetar ⋆ ⋆ ⋆ *F* — quoque] *add.* erat *B* est *F* — 22 ipsius l. i. q. se] ips ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — putabat] *B F*[2] putat *F* — 23 non potest l. ipsius] pe (si *praemisit F*[2]) ⋆ ⋆ ⋆ *F*

est : *Maledictus homo qui non fecerit omnia quae scripta sunt in libro legis*[1], quamquam fieri non possint omnia quae scripta sunt in libro legis. Breviter dico. Scriptum est enim : *Maledictus homo qui violaverit sabbatum*[2], et *Qui octavo die non fuerit circumcisus periet anima eius a plebe sua*[3]. Unde si sabbato nascitur infans necesse est ut sabbato circumcidatur, id est octava die. Quod nisi factum fuerit, periet anima eius a plebe sua, sicut scriptum est. Si vero factum fuerit, sabbatum violatur, quia opus agitur, vulnus imprimitur. Ecce sub quali cilicio paenitentiae alligatus est hic pullus asinae, id est populus Synagogae, dum aut, si non credat in Xpisto, sub maledicto legis est constitutus, aut, si credat, praeteritorum facinorum habiturus[...].

Sed adhuc adiecit : *Lavabit in vino stolam suam et in sanguine uvae anaboladium suum*[4]. Stolam carnem suam dicit, quam effusione sanguinis sui lavit in passione. Denique sanguinem suum vinum intellegi oportere ipse magister et Dominus sic docuit dicens : *Bibite ex hoc omnes, hic est enim cruor sanguinis mei*[5], et : *Nisi manducaveritis carnem meam, panem vitae, et biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam aeternam. Caro enim mea vere est esca, et sanguis meus vere est potus*[6]. Et quia ipse dicebat : *Habeo*

1. Gal. III, 10.
2. Ex. XXXI, 14.
3. Gen. XVII, 13.
4. Gen. XLIX, 11.
5. Mat. XXVI, 28.
6. Ioa. VI, 53-55.

---

1 est Maledictus] ⋆⋆ tus *F* — scripta s. i. libro] scr ⋆⋆⋆⋆ *F* — 2 quamquam] et quaque *F* et quedam que F^2 — possint] possunt *F* — omnia quae scripta] ⋆⋆ *F omittens ut puto* omnia — 3 breviter dico] *F om. B* — Scriptum est enim] Scrip ⋆⋆⋆ *F* — 4 sabbat ⋆⋆⋆⋆ tavo *F* — 5 periet] *B* F^2 periit *F et add.* inquam — anima eius] a ⋆⋆ *F* — 6 sabbato] *add. F* die — nascitur] nascatur *F* — infans] i ⋆ *F* — 7 octava] octa ⋆ *F* — 8 periet] periit *F* — 9 quia] F^2 *solus* — 10 imprim.] *scripsi*, inprim. *B F* — quali cilicio] ...le ...cium F^2 — 13 habiturus] ⋆⋆⋆⋆ *F. Cave lacunam. An* « est remissionem » ? 14 in ⋆⋆⋆⋆⋆⋆ nguine *F* — 15 Stolam c. suam] ⋆⋆⋆ *F* — 16 quam] *B* F^2 quem *F* — sui] ⋆⋆⋆⋆ llat *F* — 17 sanguinem suum] ⋆⋆ *F* — intellegi] *F* intelligi *B* — magister et Dominus] ⋆⋆⋆⋆ ocentes //////// alios *F* — 18 Bibite e. h. omnes] ⋆⋆⋆⋆⋆ s *F* — 19 Et nisi manducaveritis] ⋆⋆⋆ averitis *F* — 20 panem vitae] aut panem vi ⋆ *F et transversa penna delevit* F^2 — vi ⋆⋆⋆⋆ nguinem *F* — 21 aeternam c. enim] ⋆⋆⋆ nim *F* — 22 meus v. e. potus] ⋆⋆ ⋆⋆ tus *F*, cibus *B pro* potus — Et quia ipse] Sed et alibi *F* (*erasit* F^2)

aliud baptisma baptizari[1], quod quidem de passione sua loquebatur, ideo ait : *Lavit in vino stolam suam*, id est carnem suam, quam sicut stolam dignatus est induere. Et adiecit : *Et in sanguine uvae anaboladium suum.* Anaboladium dicitur quod corpori applicitum fascia stringitur. Nos ergo credentes in ipso anaboladium appellavit. Anaboladium etenim graeco vocabulo dicitur eo quod de inferioribus ad superiora elevetur pectorique iungatur. Et ideo mirifice nos credentes anaboladium appellavit, quos et corpori suo coniunxit, et de inferioribus ac terrenis ad superna ac caelestia vocavit, et velut in fascia ita vinculo caritatis pectori suo coniunxit, et in vino sui sanguinis lavit, sicut apostolus scribit : *Sed iam abluti estis, iam sanctificati estis in sanguine Xpisti et in passione virtutis eius*[2].

Et in sanguine uvae. Ipse enim botrus uvae est appellatus, in cuius figura de terra repromissionis duo speculatores botrum unum in phalanga attulerunt, ut phalanga lignum crucis ostenderent et botro Xpistum inter duos populos in ligno crucis pendentem. Et ideo dicit : *In sanguine uvae*, quia sicut uva duro coactoque compressa ligno exprimitur, ita et botrus ille, id est corpus Xpisti ligno crucis compressum, uvae suae corporisque sui sanguinem fudit, unde anaboladium suum, id est populum per fidem carni suae coniunctum, lavit et purificatum ostendit.

Et adiecit : *Fulgentes oculi eius a vino, et candidi dentes*

1. Luc. XII, 50.
2. I Cor. VI, 11.

---

1 aliud baptisma] ali ⋆ ⋆ *F* — 2 loquebatur] ⋆ *F* — Lavit] *B F* lavabit F^2 — id est carnem suam] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ uam *F* — 3 induere] ⋆ *F* — 4 Et] Ad vero quod *F* At vero quid est quod F^2 — Et in] In *F* — anaboladium] ⋆ dium *F* — 5 corpo ⋆⋆ icitum *F* — 6 creden ⋆ s *F* — appelavit *F* — 7 etenim] *B F* enim F^2 — 8 elevetur] ...atur *F* — et] *om.* *F* — 10 coniun.] constrin. *F* — 11 ac] *supplevi* — 13 scribit] ait *praemisit F et erasit* F^2 — 14 passione v. eius] pass ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 15 Et] Sed quod ait *F* — Ipse e. b. uvae] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 16 terra repr.] ⋆ ⋆ nis *F* — 17 unum in] u ⋆ ⋆ *F* — phalanga] *correxi* ...gam *B* ⋆ *F* — ⋆ tullerunt *F* — phalanga] palanga *F* (...gae F^2) — 18 cruc ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ trum *F* (*pro* botro) — Xpistum] Xpisti *F* — 19 populos] *B* F^2 populus *F* — in l. c. pendentem] in cru ⋆ ⋆ ⋆ *F* — dicit] cum *praemisit F et erasit* F^2 — 20 quia s. u. duro] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — coactoque] quoacto *F* coacta F^2 — compressa ligno] in prelo vinum F^2 *in ras.* — 21 expri ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ille *F* — ligno crucis] crucis lig ⋆ *F* — 22 compressum uvae] ⋆ ⋆ *F* — sui] *F* sibi *B* — 23 unde anab.] ⋆ ⋆ *F* — 24 carni] *scripsi*, carnis *B* carni/// *F* — coniu ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ficatum *F* — 25 Fulgent ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ et c. *F*

eius a lacte[1]. Oculi hoc loco spiritalem gratiam indicabant. Septem enim oculi septem sunt spiritus, sicut Apocalypsis[2] scriptura testatur. Haec etenim septiformis spiritalis gratia ideo in oculis deputatur, quia exinde praeterita, praesentia, et futura cernuntur. Spiritus etenim Dei omnia videt, omnia scrutatur, etiam altitudines Dei. Unde et spiritalis homo omnia videt, omnia scrutatur, omnium corda traducit, ipse a nemine diudicatur. Et ideo fulgentes oculos eius dicit, quia omnia videt et nihil apud eum potest esse celatum, sicut scriptum est : *Ego sum Deus scrutans renes et corda*[3]. Verum quidem *a vino fulgentes oculos* dicit, quia de sanguine passionis dominicae, quem vinum appellat, omnis gratia spiritalis obfulsit in nobis.

Sed quod ait *candidi dentes a lacte*, dentes cum nominat, modulamina linguae significat, unde clarus praedicationis sermo procedit, quia infantes qui dentes non habent loqui non possunt, sed et senes edentuli significantiam verbi dum blaese loquuntur explicare non valent. Ita nemo sermonem Dei, veritatem et iustitiam indicantem, nisi per apostolos potuisset audire. Ac proinde cum dentes Domini nominat apostolos indicat, qui per linguam Dei, id est Spiritum Sanctum, docentes, quia *lingua*, inquit, *mea ut calamus acutus scribae velociter scribentis*[4], et quia lingua eius Spiritus

1. Gen. XLIX, 12.
2. Apoc. V, 6.
3. Ps. VII, 10.
4. Ps. XLIV, 2.

---

1 hoc loco] ⋆ ⋆ ⋆ gentes *F* — indicabant] indicabat *F* ...cant F^2 — 2 enim oculi septem] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — sunt spiritus] spiritus esse *F* — sicut] *om. F* — 3 Haec etenim] ⋆ ⋆ *F* — septiformis] *B* F^2 ...es *F* — spiritalis] *eras. F* — 4 deputatur] ⋆ *F* — quia] *B* F^2 que *F* — 5 cernuntur] cernu ⋆ *F* — 6 altitudines] ⋆ tudinis *F* (...nes F^3) — 7 traducit] *B* F^2 traducet *F* — 8 diud.] deiud. *F* — eius] *F om. B* — 9 videt] *B* F^3 vidit *F* — eum] *B* F^3 *om. F* — esse potest *F* — 10 corda et renes *F* — 11 quidem] quod *F* quid est quod F^2 — 12 dominicae passionis *F* — quem] quod *F* — omnis] *B* F^3 omnes *F* — 13 spiritalis] sps *F* — obfulsit] obfulgit *F* — 14 Sed quod] *In marg. sinistra F scripsit* dentes apostoli sive praedicatores dare verbi domini adnunciantes dicit — dentes a. l. dentes] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ntes *F* — 15 modulamina] ...lamine *F* ...lamen F^2 — linguae sign.] ⋆ ⋆ *F* — unde]i nde *F* — 16 sermo] *F om. B* — procedit q. infantes] ⋆ ⋆ ⋆ tes *F* — 17 non p. sed et] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — verbi d. blaese] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 18 loquuntur] *scripsi,* loquntur *B* nituntur *F* — Ita n. sermonem] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 19 nisi per] ⋆ ⋆ *F* — apostolos potuisset audire] apostolis praedicare F^2 *in ras.* — 20 dentes D. nominat] den ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 21 Spiritum s. d. quia lingua] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ gua *F* — 22 acu ⋆ ⋆ ⋆ iter *F* — 23 scribentis] *B* F^3 ...tes *F* — Spiritus s. est] ⋆ ⋆ ⋆ *F*

Sanctus est, proinde repleti apostoli Sancto Spiritu verborum caelestium sacramenta modulata disciplina praedicaverunt. Nam ut dentibus esca subigitur, ita et verbum Dei, qui est panis vitae, apostolica traditione tractatus, quae dentibus comparatur, ad omnia viscera ecclesiastici corporis videtur esse submissus. Et ideo candidiores apostoli dicti sunt a lacte priscae legis et veterum sacerdotum. Lac enim priscam legem esse quam Scribae et Pharisaei atque omnes sacerdotes, ut dixi, veteres praedicabant, probat apostolus cum dicit : *Lac vobis potum dedi non escam, necdum enim poteratis, nec adhuc quidem potestis*[1]. Proinde omnes patriarchae et prophetae et sacerdotes, qui in veteri testamento fuerunt, lacti sunt comparati, a quibus candidiores effecti sunt apostoli dum aut panem corporis Xpisti ruminant, aut escam vitalem verbum Dei credentibus praedicant. Denique David nolens iam sub legis lacte deputari, sic Dominum deprecatur dicens : *Tanquam ablactato*, id est a lacte matris amoto, *ita retribue servo tuo*[2], ut iam quasi a lacte legis, ut dixi, amotus et in virum perfectum constitutus panem Xpisti corporis mereretur accipere.

1. I Cor. III, 2.
2. Ps. CXXX, 2.

---

1 repleti] *F om. B* — 2 caelestium sacramenta] ⋆ ⋆ menta *F* — modulata] mudulata *F* modulatis *F*[2] — disciplina] discipline *F* vocibus *F*[2] — 3 Nam ut dentibus] ⋆ ⋆ ⋆ entibus omnes *F* (omnis *F*[3]) — Dei qui] ⋆⋆ *F* — 4 est panis] ⋆ ⋆ est *F* — tractatus quae dentibus comparatur] *conieci*, tractatus quibus incorporatur *B* tracta ⋆ ⋆ ⋆ ntibus comparantur *F* (..ratur *F*[2]) — 5 ecclesias ⋆ ⋆ oris *F* — 6 candidi ⋆ ⋆ postoli *F* — 7 et] id est *F* — ⋆ dotum *F* — Lac enim] Lactem (Lac *F*[2]) etenim *F* — 8 quam] qua *F* — 9 veteres] *B F*[2] veteri *F* — 10 escam] cybum *F* — 12 et] *bis om. F* — 13 fuerunt] *B F*[2] fuerint *F* — lacti] lacte *F* — 14 Xpisti corporis *F* — 15 vitalem] *add.* idest *F*[2] — 16 si ⋆ ⋆ ⋆ cens *F* — 17 id e ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ to *F* — 19 tuo-legis] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ gis *F* — amotus] *B F*[2] amato *F* amoto *F*[3] — perf. const.] ⋆ ⋆ *F* — 20 mer. acc.] mererat ⋆ ⋆ *F* — accipere] *Sequitur doxologia solum in B* : Per eumdem dominum Ihesum Xpistum qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

[VII]

Exsurrexit autem rex alius in Aegypto qui non noverat Ioseph. Dixitque genti suae : Ecce gens filiorum Israel magna facta est et potentior quam nos. Itaque venite subdamus illos ne casu superincrescant, et ne forte cum contigerit nobis pugna consentiant hi cum eis, et expugnent nos, et eiciant nos de terra nostra[1].

Longum est et satis enorme de necessitate et de descensione populi in Aegyptum disputare. Manifesta enim est historia et admodum omnibus nota. Sed hoc magis laborandum est mihi, dilectissimi fratres, ut vim, rationem atque mysterium lectionis istius secundum spiritalem intellegentiam disseram. Id enim disputatione dignum est quod futurae veritatis imaginem habet, quippe cum nihil sit in divinis sacrisque litteris quod non vim praecipuam intellegentiae habeat, dum vel praeterita demonstrant, vel praesentia insinuant, vel futura commendant. Aegyptus itaque

1. Ex. I, 8-10.

Post amen *omissis binis lineis sic B* : De eo quod scriptum est : exurrexit rex in egypto. de sabbato. De eo quod scriptum est : locutus est dominus ad Moysen dicens : mensis hic sit vobis initium mensium primus in mensibus anni. *F autem sic* : INCIPIVNT CAPITVLA D ⋆ ⋆ SEQVTVRI. Deinde cum ⋆ ⋆ surrexit autem rex in egypto ⋆ ⋆ de id quod scribis locutus est dominus ⋆ ⋆ loquere filiis israhel et dicis ad eos ⋆ ⋆ sic inicium mensuum primus in mensibus ⋆ ⋆ EIVSDEM LIBRI — 2 Exsurrexit] *F* xurrexit *B*, *initialis litterae locus vacuus relictus est.* — Aegypto] *scripsi*, ⋆ *F* aegyptum *B* — quinon] ⋆ ⋆ *F* — 3 genti suae] gent ⋆ ⋆ *F* — 4 fa ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ tencior *F* — subdamus illos] suada ⋆ ⋆ *F* — 5 contigerit] con ⋆ rint *F* — 6 hi] hic *F* — eis et expugnent] ei ⋆ ⋆ ⋆ pugnabunt *F* — eiciant] eicient *F* — nos] *om. F* — 8 est] *add.* legis F^2 *in ras.* — 10 admodum] amodo *F* — 12 intelleg.] *F* intellig. *B* — 13 disseram] *F* edisseram *B* — quod f. veritatis] ⋆ ⋆ ⋆ s *F* — 14 cum n. s. in divinis sacrisque] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ is divinisque *F* — 15 praecipuam] ⋆ *F* — intellegentiae] *scripsi*, ⋆ encie *F* intelligigentiamque *B* — 16 demonstrant vel] ⋆ ⋆ *F* — 17 commendant. Aegyptus] cō ⋆ ⋆ ptus *F*

figura saeculi fuit, Pharao diaboli : filii Israel protoplasti imaginem induerant ex cuius origine censebantur : Moyses autem qui eos missus est liberare typum Xpisti gerebat.

Mortuus est, inquit, *Ioseph*[1], et coepit populus iugum durissimae servitutis accipere : id est peccavit Adam et corrupta sunt omnia. Nam et ut Israel fame facta de terra repromissionis descendit in Aegyptum, ita et Adam escae causa descendit in saeculo : manducavit enim de interdicto ligno, et extra paradisum factus est. Denique quid subiungat audite : *Imperavit*, inquit, *Pharao*[2], id est diabolus : illis utique imperavit quibus iam imposuerat iugum gravissimae servitutis. Et quid imperavit? Ut ex luto et paleis lateres facerent. Quid mollius aut sordidius luto, quid vero levius aut abiectius paleis esse potest? Hoc ergo indicant paleae cum luto commixtae, quod, inanes et irrationales cogitationes, palearum scilicet similes, cum lutulentis et coenosis corporum vitiis permiscentes, gravissima et sordidissima crimina impulsu diabolicae tyrannidis exercere haberent : erant enim tunc carni et sanguini dediti et inlecebrarum turpitudinibus addicti. Faciebant itaque lateres, ut aut domicilia instruerent aut civitates munirent : id est comprimebant consilia terrena cum actibus vitiorum, ut aut pectora muro infidelitatis instruerent aut habitationes terreni corporis sordido opere ampliarent. Putabat enim Pharao, id est

1. Ex. I, 6.
2. Ex. I, 11.

---

1 Pharao] farao *F et subinde* — diaboli f. I. protoplasti] ⋆⋆⋆⋆ topla////ste *F* (sti F^2) prothoplausti *B* — 2 ex c. origine] ⋆⋆⋆ e *F* — 3 qui eos missus] ⋆⋆⋆ *F* — 4 Mortuus est] ⋆⋆ *F* — iug. dur.] ⋆⋆ *F* — 5 pec ⋆⋆⋆⋆ rrupta *F* — et] *eras.* F^2 — 6 Israel fame] ⋆⋆ *F* — de] a *F* — 7 descendit in A.] discen ⋆⋆⋆ *F* — descendit] discendit *F* — 8 in saeculo. Manducavit] ⋆⋆⋆ anducabit *F* (...vit F^2) — et] *add.* ideo F^2 — 9 extra paradisum] ⋆ similis F^2 *in ras.* — factus est] est factus *F* — subiungat] *B* F^2 ...git *F* — 10 audite] ⋆ *F* — Imper] *F* inper *B et subinde* — diabolus] BF^2 diabulus *F et subinde* — illis utique] ⋆⋆ tique *F* — 11 imposuerat] *B* F^2 ...rant *F* — iugum] ⋆ am *F* — 12 imperavit] *B* F^2 ...bit *F et subinde* — 13 sordidius] *B* F^2 surdius *F* — 15 commixt.] promixt. *F* permixt. F^2 — irrationales] F^2 rationales *B F* — 16 lutulentis] F^2 lutolentis *F* luculentis *B* — 17 permisc.] *B* F^2 promisc. *F* — 18 crimina] BF^2, crima *F* — impulsu] *scripsi*, inpulsu *B F* — 19 carni et sanguini] ⋆⋆⋆ *F* — inlec] *F* illec. *B* — 20 tu ⋆⋆ dicti *F* — Faciebant] Fingebant *F* — lateres] *F om. B* — ut aut domicilia] ⋆⋆⋆ lia *F* — 21 civ. mun.] civita ⋆⋆ *F* — 22 terrena c. act.] ⋆⋆⋆ — 23 mu⋆⋆tis *F* — habitati ⋆⋆⋆ poris *F* — 24 Putabat] *ex*.... bant *B* — ampl. p. enim] ampliar ⋆⋆⋆ *F*

diabolus, ita omnem populum de his operibus praegravari, et ita corda eorum muro incredulitatis obcludi, ut nemo esset qui regnum eius aut debilitaret aut vinceret, nemo qui eum quasi virum fortem victum ligaret et vasa eius diriperet. Sed bene tu, rex noster, qui adamantina claustra fregisti et seras indomiti ferri minuisti, omnesque munitiones illas diabolica, ut dixi, arte constructas ab omnium corde destruere dignatus es, regnumque eiusdem tyranni immitis passionis superasti virtute, captivam ducens captivitatem et dans dona hominibus secundum davidicam[1] prophetiam, ut omnes tuos de eius potestate liberares!

Sed *praecepit*, inquit, *Pharao obstetricibus dicens ut, cum mulieres hebraeae parere coepissent, masculos occiderent, feminas vivificarent*[2]. O crudelem et hebetem tyrannum ut masculos iuberet interfici et feminas vivificare! Hoc quidem et Herodes fecit dum Xpistum requirit in pueris. Sed quid est hoc quod iubet immanissimus hostis ut masculi occidantur, feminae vivant? Qui si gentem Hebraeorum extinguere volebat, et feminas pariter cum masculis interfici praecepisset, quia possent iterum feminae quae servabantur masculos procreare, qui hostes eius existerent. Quid te itaque decipis? Quid te circumvenit caeca crudelitas? Saevis et parcis, interficis et indulges. Ingens causa et magna quaedam ratio versatur, dilectissimi fratres. Sed videa-

1. Ps. LXVII, 19.
2. Ex. I, 16.

---

1 populum de his] ⋆⋆⋆ *F* — 2 corda] pectora *F* — eorum muro] ⋆⋆ *F* — esset q. r. eius] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 3 nemo q. e. quasi] ⋆⋆⋆⋆ si *F* — 4 victum] *F om.* B — vasa eius diriperet] ⋆⋆⋆ pere posset *F* — 5 noster q. ad.] ⋆⋆⋆ tina *F* — claustra] *B F*^{2} clustra *F* — 6 indomi ⋆⋆⋆ nuisti *F* — 7 diabo ⋆⋆ dixi *F* — arte] *B F*^{2} arche *F* — destruere] ⋆ ere *F* — 8 immitis] *scripsi*, inmitis *B* in ⋆ tis *F* — 10 dona] data *F* — davidi.] *scripsi*, daviti. *B F* — 12 Sed] et *F*^{2} — obstetr.] obsetricibus *F et add.* ebreorum — 15 et f. v.] ⋆⋆⋆ re *F* — 16 dum X. r.] ⋆⋆⋆ *F* — pueris] pueros *F* — quid est] *B F*^{2} quidem *F* — 17 imman. h.] ⋆⋆ is *F* — 18 feminae v. q. si] fe ⋆⋆⋆ ut *F* — gentem] *add.* totam *F*^{2} — extinguere volebat] extingue ⋆⋆ te *F* — 19 et] *erasit F*^{2} — feminas] ...na *F*^{2} — mas ⋆⋆⋆ pisset *F* — 20 iterum] rursus *F* — fem. q. servabantur] ⋆⋆⋆ aretur *F*^{2} *in ras.* — 21 masculos] *B F*^{2} ...us *F* — eius exist.] ⋆⋆ *F* — Quid] *B F*^{2} qui *F* — 22 itaque] ita *F*^{2} — decipis] decibis *F* decidis *F*^{2} — Quid] *B F*^{2} Qui *F* — circumvenit] *scripsi*, ...nis *B* ⋆ *F* — crudelitas] credulitas *F* — 23 Saevis et] Te si *F*^{2} *in ras.* — et indulges. Ingens] ⋆⋆ pena. Sed quia ingens hic *F*^{2} *in ras.* — 24 quaedam ratio] ⋆⋆ *F* — Sed videamus] ⋆⋆ *F*

mus quid sibi velit arcani istius scena composita quae masculos iubet occidi, feminas vivere. Hoc ergo laborabat diabolus ut fortissimos et viriles animi sensus, unde caelestia sapimus et divina, id est rationem, prudentiam, constantiam, innocentiam et fidem, in homine occideret, et illud in eo viveret quod femineum et imbecillum et fragile et pronum ad vitia habebatur, id est cupiditas, libido, avaritia, luxuria, insania et cetera his similia quae in feminarum figura vivere volebat in populo, id est ut interfectis virtutibus vitia remanerent.

Sed obstetrices Hebraeorum non oboedierunt Pharaoni. *Bene autem faciebat Deus obstetricibus et multiplicabatur populus*[1]. Quantum ad spiritalem sensum pertinet, obstetrices istae, quae non oboedierunt Pharaoni, animae sunt mentesque sanctorum quae Pharaoni diabolo non solum non obtemperare volebant, verum masculos, id est virtutes bonorum operum, quasi quemdam divini seminis partum de cordis utero obstetricantes, in lucem cogitationis producebant, ut robur fidei praevaleret. Et ob hoc benefaciebat Deus huiusmodi animis, quae non Pharaoni diabolo, sed iussis caelestibus serviebant.

Sed ut complerentur divina mysteria, quemadmodum Moyses, qui typum Xpisti gerebat, funestum illud Pharaonis edictum evaserit videamus. *Sumpsit*, inquit, *mater sua tibin, et linivit eam pice et bitumine, et misit infantem in ea, et posuit eam ad ripam fluminis. Observabat autem soror eius*

1. Ex. I, 20.

---

1 istius] ipsius *F* — sce ** ta *F* — quae] quam *F* qua F^2 — 2 fe ** re *F* — diabolus] diabulos *F* (diabulus F^2) — 3 ut fort.] * * issimus *F* — viriles animi] virili animo *F* virilis animi F^2 — caeles ** imus *F* — 4 pruden * *F* — 6 imb.] *F* inb *B* — 7 habebatur] debebatur *F* — luxuria] *B* F^2 luxoria *F et add.* vel — 9 ut] *F om. B* — 11 obste.] obse. *F et subinde* — oboedierunt] obed. *B et subinde* — 12 autem] *F* ideo F^2 *in ras. ante* bene — multip. p. quantum] multiplicaba * * * *F* — 13 spiritalem] *B* F^2 ...li *F* — obst. istae] sci * *F* — 14 quae] *B* F^2 qui *F* — animae s. mentesque] * * * tesque *F* — 15 diab ***** perare *F* — 16 volebant] F^2 *supplevit* — virtutes bonorum] * * *F* — 17 quemdam] F^2 quendam *B* quodam *F* — seminis partum] * * *F* — obstetrica **** tacionis *F* — 18 robur f. p. et] robo * * * et *F* — 19 huiusmodi animis] hu * * *F* — quae] qui *F* — 20 iu * * * viebant *F* — 21 compler.] *F* conpler. *B* — divina m.] di * * *F* — 22 Xpisti g. funestum] * * * nestum *F* — 23 evas. vid.] ev * * *F* — tibin] *F* tybin *B et subinde* — 24 et linivit eam] e * * * *F* — in ea et posuit] **** suit *F* — 25 eam] *F om. B* — Observaba * * * ror *F* — eius] *F om. B*

a longe, ut videret quid ei futurum esset. Descendit autem filia Pharaonis lavari ad flumen, et cum vidisset tibin iuxta ripam, mittens puellam sustulit eam. Aperiens autem vidit puerum plorantem in tibin, et pepercit ei, et dixit : De infantibus Hebraeorum est hic [1]. Mater itaque Moysi figura erat Synagogae patrum ac prophetarum, ex quorum origine Xpistus secundum carnem est natus, cuius typum Moyses tunc temporis indicabat. Qui cum natus esset speciosus infans tribus mensibus occultabatur a matre : mirifice dicit [2] speciosum infantem, quia ipse omni pulchritudine pulchrior est, omni formositate formosior, sicut de eo scriptum est : *Speciosus forma nimis prae filiis hominum* [3]. Sed quid isti tres menses significent videamus. Tres, inquam, menses divinae trinitatis sacramenta portendunt, quia trinitas a Synagoga patrum occultabatur in Xpisto, sicut apostolus ait : *Mysterium absconditum a saeculis antiquis, quod nemo principum agnovit, quod nunc manifestatum est gentibus* [4]. Sed et ipse Salvator : *Simile est*, inquit, *regnum caelorum thesauro abscondito in agro* [5]. Thesaurus hic Xpistus est, qui in agro saeculi ab scripturis veteris testamenti habebatur absconsus, quia illic antiquae legis sacramenta in veteribus monumentis quibusdam imaginibus obvoluta erant, et allegoricae aenigmatis typica mysteria inter ipsas figurarum umbras adhuc abstrusa atque recondita latitabant. Nam et

1. Ex. II, 3-6.
2. Ex. II, 2.
3. Ps. XLIV, 3.
4. Col. I, 26.
5. Mat. XIII, 44.

---

1 futur ⋆⋆ discendit *F* (desc... F^2) — 2 flumen] ⋆ *F* — et] *F* sed *B* — iuxta] *scripsi*, iusta *B F* — 3 puellam] p ⋆ lam *F* — 4 ei] *add. F* filia pharaonis — 8 esset s. infans] ⋆⋆⋆ ns *F* — 9 occultabatur] *B* F^2 ocultatur *F* — a m. mirifice] ⋆⋆⋆ *F* — 10 ipse ⋆⋆ udine *F* — 11 for ⋆⋆ sior *F* — 12 Speciosus] *supplevi, om. B* ⋆ *F* — forma n. prae] ⋆⋆⋆ *F* — 13 menses significent] ⋆⋆ *F* — 14 div. trinitatis] ⋆⋆ atis *F* — port.] *corr.* prot. *B* procedunt *F* prodeunt F^2 — tri ⋆⋆⋆ ga *F* — 15 sicut a. ait] ⋆⋆⋆ *F* — 16 absconditum] absconsum *F* — ant. quod nemo] anti ⋆⋆⋆ *F* — 17 principum] *praemisit* umquam *F* — nunc m.] nu ⋆⋆ atum *F* — 18 sal ⋆⋆ le *F* — inquit] *F solus* — tesau ⋆⋆ dito *F* — 19 Thesaurus] *add.* inquid *F* inquam F^2 — hic X est q. in.] ⋆⋆⋆⋆⋆ n *F* — 20 vete ⋆⋆ ti *F* — 21 antiquae] ⋆ *F* — sacramenta] F^2 ...tum *B F et add.* erat *B* quasi F^2 *in ras.* — 22 monumentis] ⋆ tis *F* — imaginibus] *add. F* in tegu ⋆ is *et delevit* F^2 — obvoluta] *F* ...tum *B* — erant] *F om. B* — 23 aenigmatis] dic ⋆ s F^2 *in ras.* — typica] *add.* F^2 que — figurarum] *B* F^2 figuliarum *F* — 24 abstrusa] *F* obstrusa *B* — recondita] *F* vere condita *B*

tres isti menses nonaginta dies faciunt, ex quibus quadraginta ante passionem quibus a diabolo tentatur Dominus, et quinquaginta post resurrectionem quibus suppletis Spiritum Sanctum credentibus misit. Denique post haec temporis spatia percepto, ut dixi, Sancto Spiritu, universis gentibus innotuit qui erat apud Israel in lege et prophetis absconsus.

Tibin autem in quo missus est infans et ad ripam fluminis est positus, typum sanctae plebis perspicue indicabat. Tibin enim genus est vasculi in modum scrinii ex virgultis agrestibus contextum. Denique hoc vasculum ex hebraea lingua alii capsam, alii cistolam interpretati sunt, quod nos expressius, ut iam dixi, scrinium appellamus, quia illic omnia legis arcana in Xpisto erant reposita. Nam et sicut hoc vas tibin dicitur [....] duo sunt enim genera ignium, unum ex tentatione maligni quo virtus patientiae nostrae persecutionis aestu probatur, quia *Oportet vos*, inquit, *per multas tribulationes introire in regnum Dei*[1]; et alterum ex divini, ut saepe dixi, Spiritus gratia quo fidelium mentes et usque ad finem perseverantium inlustrantur.

Sed age nunc videamus cur ad ripam fluminis Moyses infans fuerit expositus. Mirifice sane dictum est hoc, quia non alibi Dominus, cuius Moyses typum induerat, quam ad flumen lavacri et ad aquam baptismatis a credentibus invenitur. Quod autem plorabat infans significabat quia Xpistus veteris hominis peccata deflebat. Unde et ad resuscitandum

1. Act. XIV, 22.

---

1 menses] *B* F^2 mensis *F* — 2 quibus] iniuncti *F* seiunctus F^2 — tentatur] *scripsi*, temptatus *B et subinde* temtatur *F* — 3 quibus] *eras. F* — 5 percepto] praemisso *F* — gentibus innotuit] gen ⋆ ⋆ *F* — 6 prophetis a. Tibin] prop ⋆⋆⋆ *F* — 8 ad r. fluminis] ⋆⋆⋆ *F* — 9 est] *eras.* F^2 — perspicue ind.] ⋆⋆ *F* — 10 in m ⋆⋆⋆⋆ gultis *F* — 11 contextum] textum *F* — Deni ⋆⋆⋆ ex *F* — 12 alii cistolam] ⋆⋆ *F* — 13 expres ⋆⋆⋆⋆ scr. *F* — illic] *add.* erant *B* — 14 omnia legis] ⋆⋆ *F* — arcana] decreta *F* — erant] *om. F* — et sicut hoc] ⋆⋆⋆ *F* — 15 dicitur] *Cave lacunam!* — sunt ⋆⋆⋆ nium *F* — 16 maligni q. virtus] ma ⋆⋆⋆ *F* — 17 aestu pr.] es ⋆⋆ *F* — vos inquit] inquid vos *F* — 18 mult ⋆⋆ nis (*pro* nes) *F* — et a ⋆⋆⋆ vini *F* — 19 quo] *B* F^2 quod *F* — mentes et usque] mente ⋆⋆⋆ *F* — 20 inlustr.] *F* illustr. *B* — 21 Sed age] ⋆⋆ *F* — flumin ⋆⋆ ses *F* — 22 sane] sa ⋆ *F* — 24 lavacri] *B* F^2 lavari *F* — 25 significabat] *om. F* indicat F^2 — 26 hominis] *B* F^2 ...es *F et add.* quem induerat.

Lazarum flevit, Iudaeorum perfidiam deplorans, quia tanta Dei mirabilia crediturі non essent.

Et adiecit scriptura dicens : *Tunc soror ipsius speculabatur a longe ut videret quid ei futurum esset.* Quae haec soror ipsius, nisi plebs illa quae in novissimis temporibus sub Elia ex Israel creditura est? Haec enim a longe, id est a fine saeculi, sollicite in spiritu prospicit et observat qui sint qui per lavacrum aquae salutaris Xpistum Dei filium recipere habebunt. Denique adiunxit : *Tunc*, inquit, *descendit filia Pharaonis ut lavaretur ad flumen, et vidit tibin, et collegit, et aperuit, et vidit infantem, et dixit : Hic ex filiis Hebraeorum est.* Sed quid haec filia Pharaonis indicet, vel cur collegerit infantem, diligentius advertamus. Filiam ergo Pharaonis non aliam intellego quam ex gentibus Ecclesiam lavacri vitalis sanctificatione purgatam, quae Xpistum a Synagoga matre carnali expulsum atque expositum quasi infantem, quia tunc parvulus videbatur quando in homine cernebatur, in semetipsa collegit et servat, futurum utique iam non illius matris quae eum expulit et exponit, sed illius quae eum collegit et servat. Denique cum diceretur ei : *Ecce mater tua et fratres tui,* ille respondit : *Quae est mater mea aut qui sunt fratres mei? Et respexit ad discipulos suos et ait : Ecce mater mea et fratres mei. Omnes enim qui faciunt praecepta patris mei, hi sunt mihi mater et frater et soror*[1]. Itaque Xpisti mater iam non est Synagoga,

1. MAT. XII, 47-50.

---

1 flevit] *B F*^{2} flebit *F* — tanta ⋆⋆⋆ edituri *F* — 3 scriptura dicens] ⋆⋆ *F* — tunc] *add. F* inquid — ipsi ⋆⋆ ur *F* — 4 quid] qui *F* — futurum e. Quae] fu ⋆⋆⋆ *F* — 5 nisi] *om. F* ne *F*^{2} — in nov. temp.] ⋆⋆⋆ oribus *F* — 6 Elia] *F* helya *B* — ex Israel] *F om. B* — creditura e. H. enim] credi ⋆⋆⋆⋆ *F* — 7 a] *F om. B* — in sp. prospicit] ⋆⋆⋆ *F* — 8 lava ⋆⋆⋆utaris *F* — 9 habebunt. Denique] h ⋆⋆ que *F* — 10 dis ⋆⋆⋆ raonis *F* — vidit tibin] vi ⋆⋆ n *F* — 11 collegit et aperuit] et aperuit et collegit *F*^{2} — et vidit] *om. F* — infan ⋆⋆⋆ hic *F* — 12 haec f. Pharaonis] ⋆⋆⋆ onis *F* — 13 diligentius] ⋆ *F* — adverta-mus] *B F*^{2} ...tam *F* — 14 aliam intellego] ⋆⋆ ego — 15 lava ⋆⋆ is *F* — a Syn.] ⋆⋆ goga *F* — 16 ex ⋆ itum *F* — 17 tunc] tam *F* — parvulus] *B F*^{2} ...lis — videbatur] credet ⋆ ur *F*^{2} *in ras.* — quando in homine] qualis deforis *F*^{2} *in ras. ex* quam in ////e — 18 collegit] *F* colligit *B et subinde* — futurum] futurus *F* — utique] *add. F*^{2} erat — 19 illius] 1^e *an* « filium »?— eum] *B F*^{2} *om. F* — exponit] exposuit *F*^{2} — illius] *F*^{2} illi *B F* — 20 quae] *B F*^{2} qui *F* — 22 mea] *F* meater *B* — qui] *BF*^{2} que *F* — sunt] *F om. B.* — 24 hi] *scripsi*, hii *B F* — 25 Itaque X.m. i. non est] ⋆⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — Synagoga] ...ge *F*

quae eum in semetipsa servare non potuit, sed Ecclesia ex gentibus veniens, quae eum ab ipso tentationis tempore credendo collegit, et regalibus institutis ut dignum erat Dei filium in mentis suae domicilio educavit, ubi et usque ad mensuram perfecti viri perductus, et rex et iudex vivorum et mortuorum inventus est. Non quod Dei filius aliquando parvulus fuerit, sed tunc parvulus visus est cum semetipsum exinanivit formam servi suscipiendo, et se faciendo ut granum sinapis, quod minus omnibus oleribus in horto pectoris seminatur, sed nihilominus maius omnibus efficitur, cum in futuri aevi regno dinoscitur.

Sed cum vellet, inquit, filia Pharaonis eum nutrire, dixit soror ipsius filiae Pharaonis : *Vis ut vocem tibi mulierem nutrientem de Hebraeis, et nutriet tibi infantem? Et dixit ei filia Pharaonis : Vade. Et vocavit*, inquit, *matrem pueri. Et dixit ei filia Pharaonis : Conserva mihi infantem hunc, et nutri mihi eum*[2]. Vide quid dicat : *Conserva mihi et nutri mihi*, inquit, *infantem hunc*. Mihi, inquit, non tibi[1]. Ecclesiae enim ex gentibus iam erat necessarius, non Synagogae. Sed interim pro tempore est redditus Synagogae, ex qua per legem et prophetas secundum carnem fuerat procreatus, sicut apostolus dicit : *Quorum patres, ex quibus Xpistus qui est benedictus in saecula*[2]. Et quia hoc divinitus statutum erat ut non statim gentibus Xpistus traderetur, sed prius

1. Ex. II. 7-9.
2. Rom. IX, 5.

---

1 in semetipsa] *om. F* — non potuit s. e.] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 2 ipso tentationis] ⋆ ⋆ *F* — 3 credendo] *F om. B* — et regalibus] ⋆ ⋆ ⋆ tutis *F*, *unde supplevi* institutis — 4 in ⋆ ⋆ ⋆ lio *F* — educavit] *B F*^{2} edocabit *F* — ad] *F om. B* — 5 mensuram p. viri] m ⋆ ⋆ ⋆ *F* — perductus] *F*^{2} productus *B F add.* est *F*^{2} — viv. et mort.] viv ⋆ ⋆ ⋆ rum *F* — est] *om. F* — 6 filiu ⋆ ⋆ ⋆ vulus *F* — 7 parvulus v. c. cum] par ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 8 servi s. e. s. faciendo] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 9 minus] *om. F* — oler ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ oris *F* — 10 maius omnibus] ⋆ ⋆ *F* — 11 futuri] futuro *F*^{2} — aevo] eius *F* — dinosc.] ⋆ *F* — 12 Sed] Et *F*^{2} — Pharaonis eum] fa ⋆ ⋆ *F* — dixit] *B F*^{2} dixi *F et add.* inquid *quod del. F*^{2} — 13 ipsiu ⋆ ⋆ ⋆ raonis *F* — ut] *om. F* — 14 nutrientem] ⋆ *F* — nutriet] *B F*^{2} nutriit *F* — Et dixit] ⋆ ⋆ *F* — 15 et] *add.* veniens *F* — inquit] *om. F* — 16 dixit] *B F*^{2} dixi *F* — fil ⋆ ⋆ raonis *F* — 17 nutri] *B F*^{2} nutre *F et subinde* — quid] *B F*^{2} et qui *F* — 19 necessarius erat] erat nec. *F* — 20 Synagogae] matre *F* matri *F*^{2} — 22 sicut a. dicit] *F*^{2} *supplevit* — patres e. q. Xpistus] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 23 est] *add. F* deus — Et q. h. divinitus] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ us *F* — statutum] *B F*^{2} statum *F* — 24 erat] *F* est *B* — gentibus X. trad.] ⋆ ⋆ ⋆ eretur *F*

populo suo redderetur ut eis regnum Dei praedicaret, sicut ipse dixit : *Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel* [1], et *Non expedit tollere panem filiorum et dare canibus* [2], proinde non statim eum suscepit filia Pharaonis, id est Ecclesia ex gentibus, sed redditus est matri, quia necesse erat ut prius secundum priscam legem nutriretur et lac eiusdem legis velut potum acciperet, sicut ipse ait : *Non veni legem evacuare sed adimplere* [3]. Quod et fecit, dum omnem legalem munificentiam et implet et servat. Denique cum et leprosum mundasset in sabbato, iussit ei ut ostenderet se sacerdoti et secundum legem offerret ei aut par turturum aut duos pullos columbinos. Hoc est ergo quod redditus est infans matri suae ut eum lactaret, quia Xpistus a nativitate usque ad passionem in Synagoga iuxta observationem legis erat futurus, et sic filiae Pharaonis, id est Ecclesiae ex gentibus, iam adultus, hoc est post resurrectionem, reddendus. *Necdum enim*, ut euangelista ait, *magnificatus fuerat Xpistus, quia necdum fuerat passus* [4]. Denique et post ipsam venerabilem resurrectionem statim ad gentes misit apostolos dicens : *Ite ad omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti* [5]. Cum ergo Xpistus ad nationes gentium apostolos misit, tunc eum mater sua secundum carnem Synagoga reddidit filiae Pharaonis, id est Ecclesiae ex gentibus.

1. Mat. XV, 24.
2. Marc. VII, 27.
3. Mat. V, 17.
4. Luc. XXIV, 26.
5. Mat. XXVIII, 19.

---

1 redd. ut eis] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — praedicaret] praedicare deberet *F* — sicut i. d. non] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ on *F* — 2 quae perierunt d. Israel] perdi ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 3 filiorum et] ⋆ ⋆ *F* — 4 eum s. filia] ⋆ ⋆ ⋆ lia *F* — 5 gentibus sed redditus] gen ⋆ ⋆ ⋆ s *F* — 6 ut p. s. priscam] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ iscam — 7 eiusdem leg.] ⋆ ⋆ *F* — ait Non] ⋆ ⋆ *F* — 8 adim ⋆ ⋆ ⋆ fecit *F* — 9 munifi ⋆ ⋆ ⋆ nplet *F* — 10 lepro ⋆ ⋆ sset *F* — sabbato] sabato *F* — ei] *om. F* — 11 se sacerdoti] ⋆ ⋆ ti *F* — offerret] offeret *F* — turturum] ⋆ *F* — 12 est ergo quod] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 13 eum] eam F^2 *in ras.* — lactaret] ⋆ taret *F* — 14 iuxta] iuxsta *F* — 15 Pharaonis] *F om. B* — 16 ex gentibus] *F om. B* — 20 apostolos] *supplevi* — Ite] Ita *F* — 21 in no ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ lii *F* — 22 ad n. gentium] ⋆ ⋆ ⋆ cium *F* — misit] F^2 *in ras.* mittit *B* — 23 mater s. secundum] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — filiae Phar.] ⋆ ⋆ *F* — 24 ecclesiae] *B* F^2 ...sia *F*

Sed fortassis aliquis dicat : Si Pharao diaboli figura erat, quomodo filia eius in typum Ecclesiae deputatur et Dominum collegisse perhibetur ? Accipite rationem. Omnes enim gentes, antequam credant et antequam ex aqua et superna virtute renascantur, filii diaboli et filii irae dicuntur et viperarum natio appellantur, sicuti apostolus ait : *Et nos fuimus aliquando filii irae, nunc autem filii Dei* [1], et Ioannes Baptista : *Natio viperarum* [2]. Videtis itaque per paenitentiam praeteritorum delictorum et lavacri vitalis sanctificationem filios diaboli et filios irae et viperarum posse filios Dei effici et in Ecclesiae corpore deputari. Et proinde omnes gentes saeculi, quarum typum in se filia Pharaonis gerebat, licet filii diaboli quasi Pharaonis ante fidem nuncupentur, tamen cum Deo credunt et templum ipsius efficiuntur, tunc membra Xpisti et corpus Ecclesiae nuncupantur.

Haec interim de multis pauca dixisse sufficiat. Praestabit Deus pater omnipotens et mihi gratiam in adapertionem oris ac sensus mei ad intellegenda divina mysteria, et vobis spiritalium charismatum dona concedat, ut omnia quae in thesauris caelestibus habentur scripta, et ego ratione congrua disseram, et vos possitis, quia lex spiritalis est, spiritaliter assequi quae spiritaliter disputantur.

1. Eph. II, 3.
2. Mat. III, 7.

---

1 for ⋆⋆⋆ cat *F* — diab ⋆⋆⋆⋆ lia *F* — 2 depu ⋆⋆⋆⋆ legisse *F* — 3 perhibetur] *B* F^2 prohibetur *F* — rationem Omnes] ⋆⋆ *F* — 4 credant et ant.] creda ⋆⋆⋆ *F* — 5 renascantur] ⋆ tur *F* — irae d. et] ir ⋆⋆⋆ *F*— 6 appellan ⋆⋆⋆ ait *F* — 7 filii i. nunc] ⋆⋆⋆ *F* — 8 Ioannes] ...nis *F* — natio] ⋆ *F* — viperarum] *add.* F^2 et cetera — paen. praet.] pe ⋆⋆ ritorum *F* — 9 v ⋆⋆ tificationem *F* — 10 filios irae] filio ⋆⋆ *F* — 11 in ecclesiae] ⋆⋆ *F* — corpore] corpora *F* corpus F^2 — 12 quarum] quorum *F* — 13 nuncupentur] nuccupantur *F* — 14 Deo credunt] *scripsi*, credu ⋆ deo *F* deum credunt *B* — 15 tunc] et *F* — nuncu.] nuccu *F* — 16 Praestabit] praestet F^2 — 17 in adapertionem] ⋆ ⋆ *F* — 18 ac sensus mei] ascensus et *F* (*expulit* F^2) — intel ⋆⋆ ria divina *F* — 19 spiri ⋆⋆ atum *F* — ut o. q. in] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 20 haben ⋆⋆ et *F* — 21 disseram] *scripsi*, disse ⋆ *F* edisseram *B* — et vos poss.] ⋆⋆⋆ *F* — lex] *add.* Xpisti *F* — 22 spiritaliter assequi] ⋆⋆ sequi *F* — quae spirit.] *B* F^2 quis pirit. *F* — *Explicit sine doxologia.*

[VIII]

Locutus est Dominus ad Moysen dicens : Loquere filiis Israel et dices ad eos : In mente habetote diem sabbatorum sanctificare eum. Sex dies operaberis et facies omnia tua, septima autem dies sabbatum est Domini Dei tui. Non facies in illo die ullum opus, tu et filius tuus et filia tua et puella tua, bos tuus et subiunctorium tuum et omne pecus tuum[1]. Et reliqua.

Multa quidem praecepta sunt divinae legis in hac lectione congesta, quae omnia in uno tractatu disserere non tam difficile quam enorme est, nec arduum sed prolixum. Et proinde cetera differentes, de sola interim sabbati observatione tractemus, sine qua Iudaei omnem hominem fore ab spe vitae aeternae alienum putant. Quod quidem vere et merito dicerent, si prius quid sit sabbatum nossent. Sed homines, in solum ventrem profusi et nihil aliud quam caro, totum quidquid scripturis divinis relatum est et spiritaliter intellegendum, quia lex spiritalis est, in solo corporis intellectu traducunt, dum circa officinam ventris addicti

1. Ex. XX, 8-10.

---

2 Locutus] ocutus *B*, *initiali littera praetermissa ut supra* — Locutus est Dominus] ⋆⋆⋆ *F* — 3 Israel et d. ad] ⋆⋆⋆⋆ *F* — mente habetote] mentem habete *F* — sabato ⋆⋆ e *F* — 4 omnia tua] ⋆⋆ a *F* — 5 dies] die *F* — sabbatum] *B* F^2 sabbata *F* — est domini] domini est *F* — Dei t. n. facies] ⋆⋆⋆⋆ es *F* — 6 illo die] die illo *F* — filius tuus et filia] fili ⋆⋆⋆⋆ a *F* — 7 bos] *praemisit* et *F* — subiunctorium] ⋆ um *F* — 8-9 Et reliqua. Multa quidem] ⋆⋆⋆⋆ dem *F* — 9 lec ⋆⋆ gesta *F* — 10 disserere] disse ⋆ *F* — 11 enorme] F^2 inorme *B F* — nec] *add.* F^2 tam — sed] ⋆ am *F* — 12 Et] *B* F^2 Sed *F* — differentes] diffidentes *F* — interim] *F* interni *B* — 13 qua] quod *F* quo F^2 — 14 quid] *B* F^2 quod *F* — sabbatum] *B* F^2 sabbata *F* — 16 Sed] set et *F* — 17 quidquid] *scripsi*, quicquid *B* quicquic *F* — est] *eras.* F^2 — 18 intellegendum] *add. B* est — corporis int.] ⋆⋆ tu *F* — 19 circa o ⋆⋆⋆ dicti *F*

nihil nisi carnem colere noverunt. Denique et cum pecoribus hanc legem sabbati acceperunt, ut, dum pari forma utriusque lex datur tam hominum quam pecudum, procul dubio eos homines pecora esse monstraret quibus testamentum cum pecoribus dedit, cum dicit : *Non facies in illo die ullum opus, neque bos tuus, neque subiunctorium tuum, neque omne pecus tuum.* Unde si in sabbato salus hominis esset, cur et pecoribus par legis forma daretur, nisi forte aeternae vitae gloriam et regnum caelorum pecoribus repromissum existimant? Hanc legem quidem pecoribus comparatam verius credendum est, quia in sabbato otiosis ceteris membris solus pascitur venter. Si autem bonum hominis differt a pecude, ut bonum hominis in sola sit mente, pecudis in carne, et pecudis sit carnem saginare, hominis sit animam divina ratione nutrire, utquid sabbatum quasi pro sacramento divinae religionis attendunt epulis tantum et mensae servientes, nec sic otiosi sunt, quos in percipiendis cibis videas esse occupatos?

Sed respondere potest Iudaeus : Si sabbatum observandum non erat, cur scriptum est dicente Moyse : *In mente hábete diem sabbati sanctificare eum*? Quid ergo? Moyses ipse in mente non habuit diem sabbati, qui quadraginta diebus ieiunans frequenter dies sabbatorum transmisit, quos utique profanabat impastus, si sabbato ieiunare non licet :

---

1 colere noverunt. D.] cole ⋆⋆⋆ *F* — 2 sabbati a. ut] ⋆⋆⋆ *F* — 3 lex d. t. hominum] ⋆⋆⋆⋆ minum *F* — pecudum] pecorum *F ex* pecodum — 4 eos h. pecora] ⋆⋆⋆ ra *F* — testam. cum pec.] ⋆⋆⋆ coribus *F* — 5 dedit] *B F*^{2} dedi *F* — facies in i. d. ullum] fa ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 6 subiunc ⋆⋆⋆⋆ pecus *F* — 7 sabbat ⋆⋆⋆⋆ cur *F* — 8 legis] *F om. B* — form ⋆⋆⋆ forte *F* — 9 aeternae vitae] vit. et. *F* — gloriam] *om. F* praemium *F*^{2} — caelo ⋆⋆⋆ promissum *F* — 10 ex istimant] *B F*^{2} extimant *F* — quidem] *ex* quidam *B* — Hanc-comparatam] Hac (At *F*^{2}) quod e ⋆⋆ nes ut dixi (*add.* ideo *F*^{2}) pecoribus comparantu ⋆ *F* — 11 verius credendum] ⋆⋆ *F* — sabbato] *B F*^{2} sabatum *F* — 12 membris solus] ⋆⋆ *F* — venter] *add. F* qui bonum suum in ⋆⋆ nentes ingluviei ventris sunt pocius ⋆⋆ quam saluti — Si autem] aut si *F* — 13 a pecude] ⋆⋆ re *F* — 14 pecudis] pecod ⋆ *F* — saginare] *conieci*, sanguin ⋆ *F* sanare *B* — 15 animam] *B F*^{2} anima *F* — sabbatum] *add. F* cum pecoribus — 16 religionis *F* — 17 et mensae] *B F*^{2} emense *F* — sic] *add. F* tamen — sunt] *add. F* in sabbato — 18 cibis] dapibus *F* — occupatos] *B F*^{2} ...tus *F* — 19 potest] poterit *F* — si s. observandum] ⋆⋆⋆ andum *F* — 20 dicente Moyse : In] ⋆⋆⋆ *F* — 21 sancti ⋆⋆⋆ d ergo *F* — 22 non h. d. sabbati] ⋆⋆⋆⋆ ti *F* — 23 ieiunans fre quenter] ⋆⋆ enter *F* — dies s.] sabbatarum dies *F* — quos u. profanabat] ⋆⋆⋆ ante *F* — 24 impastus] *scripsi*, inpastus *B F et subinde* — si] *om. F* — ieiunare n. l. Nam] ieiu ⋆⋆⋆⋆ am *F*

nam si solemnitas huius sic celebranda est ut solummodo serviatur ventri, Moyses ipse legislator, ut iam dixi, in crimine est, qui quadraginta diebus ieiunans sabbatum non servavit. Elias quoque quadraginta diebus et noctibus similiter impastus ventrem tot diebus sabbatorum inopia ciborum exhausit, fatigavit et exercuit : contra legem ergo utique fecit, si sabbati sacramentum est copia ciborum et cruditas ventris. Par accusatio etiam Danielem tenet, non quidem tantos dies sabbatorum secundum istos profanantem, sed et tamen profanantem : hic etenim tribus septimanis ieiunavit. Item Zacharias non tantum quartis et quintis et decimis, sed ipsis quoque septimis ieiunavit, id est sabbato. Et quomodo isti caelestes tot visiones videre digni fuerunt, si profanatorum sabbatorum rei esse meruerunt? Aut si crimen summum est sabbatis aliquid agere, quomodo Iesus Nave successor Moysi octo diebus contextis atque continuis, inter quos erat utique et sabbati dies, exercitum armatum produxit, et castra et arcam Dei cum sacerdotibus et omnibus regionibus movit? Circa muros etiam Hiericho circumduxit agmen, et octavo die ut tubis sacris canerent sacerdotibus imperavit. Et si possit denotari, fortassis dies sabbati fuit quo muri Hiericho ad tubarum murmurantium strepitum sine bello ruerunt, et ad clamorem armati populi

---

1 huius] diei *praemisit* *F* — sic c. est] ⋆⋆ es *F* — solummodo] sanguine *F* — 2 ventri Moyses] ⋆⋆ ses *F* — dixi in c. est] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 3 ieiunans] ie ⋆ *F* — sabbatum] ⋆ autem *F* — 4 quadraginta] ⋆ *F* — 5 impastus] in ⋆ *F* — ventrem] ⋆ *F* — tot diebus] toto (totos F^2) dies *F* — inopia ciborum] *B in marg.* — ciborum] ⋆ *F* — 6 exhausit] et ausit *F* — fatigavit] fatigatus F^2 *ex* ...abit — exercuit] *praemisit* F^2 quid ergo istam legem *et erasit* et — legem] *B sup. lin.* — Contra legem ergo] con ⋆⋆⋆ o *F* — 7 est copia] ⋆⋆ li *F* — 8 cruditas] crudelitas *F* — Par accusatio] ⋆⋆ cusacio *F* — etiam] *add.* et *F* — Danielem] *B* F^2 ...lum *F* — non quidem] ⋆⋆ dem *F* — 9 tantos dies] *B* F^2 ...tis... ebus *F* — sabbatorum] sabbati *F* — profanantem] ⋆ fanantem *F* — et] sic *F* — 10 etenim] et ⋆ *F* — septimanis] *B* F^2 septimannas *F* — 11 Item] *om.* *F* — et] *F om.* *B* — 12 sed] *add.* etiam *F* — septimis] *add.* id est sabbatis *F* — 13 Et quomodo-meruerunt] *om.* *B* — isti] F^2 uti *F* — caelestes vis. videre] F^2 *in ras.* — 14 fuerunt] *correxi*, fuerint *F* ...rant F^2 — meruerunt] ...rant F^2 — 15 Aut] *om.* *B* — 16 Iesus] F^2 ...su *B F* — successor M. octo] succes ⋆⋆⋆ *F* — 17 continuis i. quos] cont ⋆⋆⋆ *F* — dies exercitum] di ⋆⋆ tus *F* — 18 et castra] ex astris *F* — et a ⋆⋆⋆⋆ dotibus *F* — 19 movit circa] ⋆⋆ *F* — 20 circumduxit] *scripsi*, circunduxit *B* circ ⋆ *F* — agmen et] ⋆⋆ *F* — sagri ⋆⋆⋆ dotibus *F* — 21 imperavit] inp. *F* — 21 possit d. fortassis] p ⋆⋆⋆ *F* — 22 quo m. Hiericho] ⋆⋆⋆ richo *F* — murmur. strep.] murmor ⋆⋆ *F* — 23 clamorem a. populi] clamor ⋆⋆⋆ *F*

civitas tota terrore deposita in ditionem cecidit victoris exercitus, et sanguis fusus est, et spolia capta et praeda ex hostibus reportata est. Unde, inquam, tanta et tam insignis contra hostes victoria, si sabbato nihil agere licebat? Aut si ex praecepto legis hoc factum est, sciant Iudaei otium sabbati sui, quod longe olim fuerat iussum, postea sine crimine fuisse solutum.

Aliud exemplum simile connectam. Mulier quaedam fuit in regione Sunamitis, quae quia Elisaeum prophetam hospitio suscepit et fovit, cum sine liberis esset, hospitalitatis mercede filium meruit habere. Hunc iam puerum calentibus maternis affectibus infirmitas inimica subtraxerat et adhuc immaturis legibus festinatae mortis addixerat : repente inter media gaudia insperatae felicitatis mater exultans, dum sibi de filio plura promittit, inopinatum vulnus orbitatis excepit; et ut fere plus amabantur quae insperata venerant, aggerebat luctum eius ereptus filius quo illum dederat inexspectata felicitas. Sed dolor in muliere prudente nequaquam potuit turbare consilium : exanimem puerum in thoro prophetae absentis hospitis collocat. Quibus actis ad ipsum prophetam ire festinat, ut inde contra mortem filii auxilium peteret, unde filium cum non postularet accepit. Consternit itaque asinum, et quae ad usus itineris erant necessaria instanti velocitate molitur : moras omnes odit et rumpit,

---

1 deposita] solo prostrata F^2 *in ras.* — in d. cecidit] ⋆⋆⋆ cidit *F* — dicionem] *scripsi*, dit. *B* — victoris] victor est *F* — 2 sanguis f. est] san ⋆⋆⋆ *F* — praeda] praedia *F* — 3 hostibus r. est] h ⋆⋆⋆ *F* — insign ⋆⋆⋆⋆ toria *F* — 5 Aut si] ⋆⋆ *F* — praecepto] *B* F^2 ...ta *F* — Iudaei otium] ⋆⋆ um *F* — 6 quod] *B* F^2 quo *F* — longe] longo *F* — iussum] ⋆ *F* — 8 exemplum] ⋆.plum *F* — connectam] proponamus F^2 *in ras.* — fuit] *om. F* — 9 Sunamitis] F^2 ...tes *B* ...ten *F* — quae] *eras.* F^2 — 10 suscepit] excepit *F* — 11 puerum] *add.* F^2 cum — 12 inimica] inimm. *F* — subt.] subst. *F* — 13 immaturis] *scripsi*, inmaturis *B* in maturis *F* — addixerat. Repente] ⋆⋆ te *F* — 14 inspe ⋆⋆⋆ ter *F* — 15 plura promittit] ⋆⋆ *F* — 16 excepit et ut fere] ⋆⋆⋆⋆ *F* — amabantur] F^2 ammantur *F* amantur *B* — quae] F^2 qui *F* cui *B et add.* ei F^2 — insp. venerant] in pe (spe F^2) ⋆⋆ *F* — 17 filius q. i. dederat] ⋆⋆⋆⋆ ederat *F* — 18 Sed d. in muliere] ⋆⋆⋆⋆ lliere *F* — 19 potuit] ⋆ *F* turbare *praemisit* inter luctus *F* — Exan. puerum] ex ⋆⋆ *F* — 20 absentis] *add.* F^2 proiecit — hospitis] ospi ⋆ *F* — collocat] ⋆ *F et add.* ⋆ ciens (et vere *add.* F^2) hominis dei qui illum promise ⋆⋆ um sibi ipse ob hospitalitatis munus (ipse ob h. munus F^2 *in ras.*) dedis ⋆ — quibus] ⋆ *F* — ipsum] istum *F* — 21 ut inde contra] ⋆⋆⋆ tra *F* — 22 unde filium] ⋆⋆ *F*— Consternit itaque] Cons ⋆⋆ *F* — 23 necessaria] ⋆ a *F* — 24 moras] ⋆ *F*

cuncta praecipitat, iterum mater esse festinat. Quam cum maritus et propter neomeniam et propter sabbatum retinere gestaret, mulier prudens et totam se votis pietatis impendens, ipsi quoque retinenti profutura, sabbatum illud credebat futurum si doloris in quo solo laborabat otium recepisset recepto filio. Proficiscitur ergo, sabbato venit ad prophetam, rogavit eum ut veniret. Qui cum venisset resuscitavit filium eius a mortuis. Unde si sabbatum itinere profanatum fuisset, nec propheta puerum excitare potuisset, quia contra legem sabbatum violasset.

Adnectam adhuc male ab hoste tractatum exercitum Iudaeorum propter otium sabbati, superatum sequendo sabbatum. Iudas Machabaeus, contra hostem cum agmen produxisset, et prostravit inimicum, et populum de victoria non solum tutum sed et gloriosum reddidit. Libet exclamare : si commissum est in religione crimen sabbato aliquid faciendo, unde, rogo, ista tanta victoria, cum bello sabbatum fuerit profanatum ?

Sed nec credendum erit [...] Deum omnipotentem, qui in curam hominis sui semper operatur : ad cuius quippe utilitatem, sollicitudinem prospiciendam gerens, dimensis per orbem partibus elementorum munia temperavit, candorem gratissimae lucis infudit, noctem in gratiam quietis aptavit, usus pecorum, opera animalium, quadrupedum officia sustinuit, fecunditates terrae, ubera fontium in alimoniam et

---

1 praecipi ⋆⋆ terum *F* — 2 maritus] ⋆ ritus *F* — neomeniam] ...ia *F* — 4 profutura] *BF* ...rum F^2 — 5 futurum] *delevit* F^2 — quo solo] aequo solo *F* quo sola F^2 — recepisset] *B* F^2 recipisset *F* — 6 recepto] reddito *F* — 7 rogavit] *conieci*, rogabit *F* (*et eras.* F^2. *tantum* roga *relinquens*) rogabat *B* — Qui cum venisset] *F om. B* — resuscitavit filium] *conieci*, ⋆⋆ *F* et resuscitaret *B* — 8 sabb. i. profanatum] sabbat ⋆⋆⋆ *F* — 9 pueru ⋆⋆ ⋆set *F* — 10 violasset] ⋆ *F* — 11 Adnectam] ⋆ tam *F* — tractatum exerc.] t ⋆⋆ *F* — 12 superatum sequendo sabbatum] su ⋆⋆ tis sabbato *F* — 13 contra h. cum] ⋆⋆⋆ *F* — 14 inim. et pop.] i⋆⋆⋆ *F* — solum] modo *F* — 15 glor. reddidit] ⋆⋆ dit *F* — comm ⋆⋆⋆⋆ one *F* — 16 sabbato] *scripsi*, sabbati *F om. B* — 17 unde rogo] ⋆⋆ *F* — sa ⋆⋆⋆ fanatum *F* — 19 credendum] *correxi*, credencium *B F* credendus F^2 — erit D. omnip.] cre ⋆⋆⋆ *F*. *Supple v. g.* « sabbati legem observare » — 20 sui] omnia F^2 *in ras.* — operatur] oper ⋆ *F* — ad cuius] ⋆⋆ ius *F* — 21 sollicitudinem] *correxi*, ..nu ⋆ *F* ...nis *B* — prospiciendam] ⋆ *F* — 22 elementorum] ⋆ *F* — 23 lucis] ⋆ *F* — infudit] *B* F^2 infundit *F* — aptavit] *conieci*, optavit *B* op ⋆ — 24 quadruped ⋆ *F* — sustinuit] substituit *F* — 25 uber ⋆ *F* — et] in *F*

refrigerium humanae carnis impressit : ut et homini, in cuius curam tanta prospexerat, in observantiam legis talia praecepta daret ut commoda valetudinis et necessaria humanae condicionis rursus lege prohiberet ! Sed cur, inquis, scriptum est : *Septima dies sabbatum est Domini Dei tui, non facies in illa die ullum opus* ? Dico quod sentio : si scelus est sabbato aliquid agere, ergo et creatura omnis in crimine est. Cur enim et sabbato oritur dies, si per omnia omnibus quiescendum est? Cur lux? Cur astra in sabbato consurgunt? Cur mare ipso sabbato suos commovet fluctus? Cur venti perflant, diem nubes obscurant, omnia a turbinibus suis et tempestatibus rotant? Cur fontes exaestuant, amnes commeant, terra fetus suos explicat? Et ne longum faciam per singula discurrendo, cur Iudaeus ipso sabbato plerumque nascitur, nisi quod naturae opera sua exercere permittitur et die sabbati aliquid agere homini divina lege non prohibetur?

Sed qui non intellegunt quid sit sabbatum nec quid sit otium sabbati, legem ipsam inludunt. Nam constat duo genera esse sabbatorum, unum temporarium, aliud aeternum : unum figuratum, aliud verum : unum pro tentatione, aliud pro salute : unum quod Dominus odisse se dicit, aliud quod profanari vetat. Hoc ergo temporarium sabbatum non pro salute, sed pro tentatione populo fuisse iniunctum probat scriptura divina, dicente ad Moysen Domino : *Dic*, inquit, *eis*

---

1 et] ei *F* — 2 curam] *F* cura *B* — 3 praecepta] *F om. B* — daret] *praemisit* pro tempore F^2 — ut] quae post quia non essent F^2 *in ras.* — commoda] *F* ...das *B* — valetudinis] *F* (...dini F^2) volit. *B* — et] vel F^2 *in ras.* — 5 inquis] *scripsi*, inquit *B F* — Septima d. sabbatum] ⋆⋆⋆ bati *F* — 6 facies] facias *F* — illa] illum *F* — die ul. op. D. quod] ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 7 sabbato] ...ti *F* — ali ⋆⋆⋆ et *F* — omnis] *B* F^2 omnes *F* — 8 crimine e. C. e. et sabbato] crimi ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — dies] sabbati die *F* (sol *praemisit* F^2) — si] *add.* tunc F^2 — 9 omnibus q.] omn ⋆⋆dum *F* — 10 consurgunt Cur] ⋆⋆ ur *F* — comm. fl. Cur] commo⋆⋆⋆ *F* — 11 nubes] *B* F^2 nubis *F* — obs ⋆⋆⋆⋆ urbinibus *F* — 12 rotant Cur] ⋆⋆ur *F* — 13 amnes] omnes *F* (*add.* et F^2) — comme ⋆⋆ fetos *F* — explicat] *B* F^2 explicant *F* — 14 faciam p. singula] ⋆⋆⋆ gula *F* — ipso sabbato] ip ⋆⋆ *F* — 15 opera sua] ⋆⋆ *F* — 16 permittitur] *B* F^2 promittitur *F* — die] *B* F^2 diem *F* — aliquid agere] ⋆⋆ ere *F* — homini] *delevit* F^2 — 17 non] *supplevi* — 18 Sed qui] ⋆⋆ *F* — quid sit] 2° ⋆⋆ *F* — 19 inludunt] *F* illud. *B* F^2 — constat] ⋆ nt *F* — 20 temporarium] *scripsi*, temporium *B* tem ⋆ rale *F* — 21 tentatione] *scripsi*, tempt. *B F et subinde* — 22 se] *om. F* — 23 temporarium] temporalium *F* temporale F^2 — 24 populo fuisse] *F om. B* — 25 ad Moysen] *post* Domino *F*

ut tentem eos utrum in viis meis ambulent : sex diebus manna colligant, septimo autem die requiescant[1]. Illi contra haec contemnentes praeceptum septima die processerunt manna colligere, sed et sabbatis ligna, ut scriptum est[2], colligebant, ut sciatis pro tentatione populi sabbati istius otium, non pro salute praeceptum. Deus etenim qui mentes obliviosi populi noverat, et quod ingrati caelestium beneficiorum memoriam divini timoris intrinsecus non haberent, imperavit eis otium sabbati, non quia nihil agendum sit, sed ut populus ab sceleribus eius vel uno die sabbati saltem requiesceret. Et ideo religio illi praetenditur, ut frequentatione sabbati legis quoque possit Domini recordari, et recordatione legis ab flagitio coerceri. Alioquin necessarius illis hic dies non fuit, si exemplo veterum patriarcharum vivere voluissent, ut nunquam ab eorum sensibus timor Dei discederet.

Denique religiosus hic dies esset, si etiam et superioribus patribus de sabbato praeceptum fuisset iniunctum. Nihil enim de sabbato praecipitur Adae, nihil iusto Abel, nihil Seth, nihil ipsi translato Enoc, nihil Noe qui solus ad conservationem humani generis est reservatus. Unde si causa salutis, ut isti putant, in sabbati observatione consistit, exciderunt ergo a salute superiores qui sabbata non egerunt; aut si salvi sunt sine sabbato, quid prodest sabbatum custodire, sine cuius observatione apud Deum sancti et inlustres viri habentur?

1. Ex. XVI, 4 *et* 26.
2. Num. XV, 32.

---

2 colligant] *B* F^2 collegant *F et subinde* — 3 contemn.] *scripsi*, contempn· *B F* — praeceptum septima] ⋆ ⋆ *F* — 4 colligere] colle ⋆ *F* — sed et sabbatis] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 5 sabbati] *F* sabbatum *B* — istius o. n. p. salute] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ lute *F* — 6 mentes o. populi] mente ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 7 cae ⋆ ⋆ orum *F* — 8 intrinsecus non] ⋆ ⋆ *F* — 9 sabbati n. q. nihil] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 10 ab sceleribus suis] tale g ⋆ F^2 *in ras.* — saltem] *scripsi*, saltim *B F* — saltim sabbati die *F* — 11 requies ⋆ ⋆ ⋆ relegio *F* — freque ⋆ ⋆ bati *F* — 12 legis] *ex* legem *F* legem *B* — possit] *F om. B* — record ⋆ ⋆ ⋆ cordacione *F* — 13 legis] *B* F^2 legi *F* — ab] sub *F* super suo F^2 — coer ⋆ ⋆ quin *F* — necessarius] *B* F^2 ...rium *F* — illis] *praemisit* enim *F* — 14 dies ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ plo *F* — 14 voluissent] ⋆ *F* — Dei discederet] ⋆ ⋆ ret *F* — 16 etiam et] et ⋆ ⋆ *F* — 17 de sabbato patribus *F* — praeceptum] *om. F* — iniunctum] in ⋆ us *F* — 18 iusto] iu ⋆ *F* — 19 ipsi] ipso *F* — 20 conservationem] *B* F^2 convers. *F* — 24 apud D. sancti et] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 25 inlustres] *scripsi*, illustres *B* ⋆ tres *F*

Sed dices mihi : Beatus est a Deo hic dies. At ego respondebo : Si ideo benedictus est hic dies quia in eo nihil sit Deus operatus, multo magis illi benedicti sunt in quibus opera sua divina monstravit. Quis enim nesciat plus esse honoris, non ubi nihil agitur, sed ubi humanis commodis aliquid providetur? Quis, inquam, nesciat plus esse gratiae ubi confertur aliquid ex beneficio, quam ubi dies sterilis est ex otio, cui merito collocata est a Deo benedictio? Neque enim qui benedictus in opere non fuerat sine causa institutus esset, si et sine fructu benedictionis solus et otiosus remansisset. Nam et ipsi superiores dies acceperunt benedictionem habentes opera divina, dicente scriptura : *Et vidit Deus omnia quae fecit, et benedixit ea*[1]; multo magis et dies ipsos benedicit in quibus quae facta sunt valde bona dicta sunt et benedictionem ab ipso Deo consecuta sunt.

Sed iam nunc de vero sabbato breviter disserendum est, ut et partem eius et plenitudinem prosequamur. Sabbatum ergo otium vel feriae in latino vocabulo interpretatur. Hoc est autem otium sabbati a malis et pessimis operibus, non a bonis et inlustribus abstinere, non a beneficiis dandis aut commodis conferendis, sed ab sceleribus omnibus detestandisque criminibus abstinendis. Innocentia itaque cotidianum sabbatum est, abstinentia cotidiana religio est... Nam quando singuli dies per continuatum ordinem otiosos

1. Gen. I, 31.

---

1 dices] dicis F^2 — mihi B. e. a. D. hic] ⋆⋆⋆⋆⋆⋆ c F — At] Ad haec F^2 *in ras.* — respondebo] ...deo F^2 *in ras.* — 2 Si i. benedictus est] ⋆⋆⋆⋆ F — in eo nihil sit Deus] nihil deus in ip ⋆⋆ F — 3 operatus] ⋆ F — quibus o. s. divina] ⋆⋆⋆⋆vinet F (⋆ vina F^2) — 4 nesciat plus esse honoris] nesci ⋆⋆⋆ esse F — 5 humanis com.] hu ⋆⋆is F — 6 in ⋆⋆ plus F — 7 ali ⋆⋆⋆cio F — sterilis] B F^2 sterelis F — 8 cui m. c. est] ⋆⋆⋆ llocata est F — neque ⋆⋆⋆tus F — 9 in ⋆⋆⋆⋆ si et F — 10 et otiosus] ⋆⋆ F — 11 ipsi] F^2 ipse B F — superiores] B F^2 ...ris F — dies acc.] ⋆⋆ unt F — 12 divi ⋆⋆ scriptura F — 13 fecit] *add.* F ⋆⋆na valde — multo] multa F — ma ⋆⋆ dies F — 15 consecuta sunt] sunt c. F — 18 ergo] enim F — vel feriae] *eras.* F^2 — interpretatur] B F^2 ...tantur F — 20 inlustribus] F ill. B F^2 — 21 commodis] conmodis F — 22 abstin. cotidiana] ⋆⋆na F — 24 religio est] *add.* B F sitis quoque (quo F quod F^2) verum otium est (ve ⋆⋆⋆ F), *glossema manifestum* — 25 Nam quando] ve ⋆⋆⋆⋆do F — per] *eras.* F^2 — continuatum] B F ...to F^2 — or ⋆⋆⋆⋆⋆lere F

nos ab scelere suscipiunt, nihilominus omnes dies illos unum facimus. Alioquin inludit diem sabbati qui ceterorum dierum crimina unius diei otio se putat [...] : innocentes enim otium non facit ad scelera redituros. Quapropter non secundum carnem computandus iste nobis est dies, sed intellegendus spiritu et veritate de vita..., ut dum tota vita nostra sine opere malo usque ad finem producitur, sabbatum quoque tota vita nostra reddatur. Huc accedit quod beatus David ait : *Mille anni tamquam una dies ante oculos tuos, Domine, quae praeteriit*[1]. Ac proinde septimum millesimum annum septimum diem Domini, id est verum sabbatum, esse nulla dubitatio est. Et hoc erit sabbatum sanctum quod Dominus custodiri iubet, profanari vetat, id est septimus millesimus annus, in quo nullum opus servile, id est nullum peccatum, homo in regno Dei facturus est, quia *qui peccatum*, inquit, *facit servus est peccati*[2] : hoc est sabbatorum sabbatum in quo omnia sancta, pia, pacifica, quieta, secura erunt. Haec sunt sabbata tenera, delicata, ubi non dolor aut labor, non infirmitas, non malitia, non peccatum erit, sed gloria immortalis et aeterna praestabitur. Diabolus enim tunc in abyssis religabitur, ne habeat potestatem ullum seducere; et ibi tunc malitia non erit, mancipe malitiae, id est diabolo, sublato. Nunc ergo veri sabbati otium in fide et sanctitate

1. Ps. LXXXIX, 4.
2. Ioa. VIII, 34.

---

1 nihilhom ⋆⋆⋆⋆ unum *F* — 2 lu ⋆⋆⋆⋆⋆ terorum *F* — inludit] *conieci*, ludit *B* lu ⋆ *F* — diem] *conieci*, die *B* ⋆ *F* — crimina] *F om. B* — 3 diei otio se] di ⋆⋆⋆ *F* — 4 non f. ad scelera] n ⋆⋆⋆⋆ *F* — Quapropter] ex quo *F* ergo *add. F*^{2} — 5 carnem computandus] carn ⋆ ⋆ *F* — intelleg.] *F* intellig. *B* — 6 spiritu et veritate] s ⋆⋆⋆ *F* — de vita] devitaemus *F*^{2} *in ras.*, *add. B* sinon dissimili — 7 sine o. malo] ⋆⋆⋆ *F* — sabbatum] *B F* ...to F^2 — 8 tota v. nostra] to ⋆⋆⋆ *F* — Huc] *B F*^{2} Hunc *F* — beatus D. ait : Mille] ap ⋆⋆⋆ unam diem domini esse testatur : mille inquit *F* (*omisso* David ait) — 9 anni t. una] ⋆⋆⋆ *F* — 10 Ac] *B F*^{2} Hac *F* — proin ⋆⋆ mill. *F* — septimum] septimam *F* — 11 verum sabbatum] ⋆⋆ *F* — 12 dubitatio est] est dub. *F* — sanctum quod] ⋆⋆ *F* — 13 custodiri] *B F*^{2} ...re *F* — iubet] *B F*^{2} iuberet *F* — id est] ⋆⋆ *F* — septimus millesimus annus] *F*^{2} septimum ...mum ...num *B F* — 14 servile] ser⋆ *F* — 15 est] *conieci*, esset *B* ⋆ *F* — 16 peccati] *B F*^{2} *om. F* — est] *conieci*, ut *B* ⋆ *F* — sabbatorum s.] s. sabbatorum *F* — 20 et] *B F*^{2} *om. F* — 21 abyssis] abisis *F* abissis *F*^{2} — ullum seducere] ⋆⋆ cere *F* — 22 ibi] *B F*^{2} ubi *F* — erit m. malitiae] ⋆⋆⋆ ie *F* — diabolo] diabulo *F* — 23 sublato] ablato *F* — ergo v. s. otium] ⋆⋆⋆⋆ ium *F*

iustorum colitur, dum a malis operibus abstinetur : perfectio vero sabbati sabbatorum septimo millesimo anno, qui septimus dies est Domini, in resurrectione sanctorum et in regno Dei repraesentabitur nobis.

Quid ergo, Iudaee, adhuc umbram futurorum ex lege sectaris, cum iam finis legis Xpistus advenerit, in quo non umbra sed veritas, non figura sed plenitudo religionis est reddita? Tunc enim omnia in imagine quasi per aenigmata gerebantur, nunc veritas inlustrata successit. Et ideo tunc figura futuri sabbati per legem in honore esse iubebatur, ut cum veri sabbati dies, id est malorum operum feria, per euangelicam fidem advenisset, tunc sublata imagine inlustrior veri sabbati honor haberetur.

---

1 colitur d. a malis] ⋆ ⋆⋆⋆ *F* — 2 vero] ⋆⋆⋆ do *F* — sabbatorum] *add. F*^{2} est — millesimo anno qui] ⋆ ⋆⋆ ui *F* — 3 est] *om. F* — resurrec ⋆⋆⋆ in *F* — 5 Quid ergo Iudaeę] ⋆⋆⋆ ę *F* — umbram] *B F*^{2} umbra *F* — lege sectaris] ⋆⋆ *F* — in q. n. umbra] ⋆⋆⋆⋆ bra *F* — 7 plenitudo relig.] ⋆⋆ leg. *F* — 8 reddita] redita *F*^{2} — imagine quasi] ⋆⋆ uasi *F* — aenigmata] inigmate *F* enigma *F*^{2} — 9 veritas inlustrata] ve ⋆⋆ rata *F* — 10 figura futuri] figu ⋆⋆ *F* — per legem] *F om. B* — iubebatur] *scripsi*, iubeba ⋆ *F* videbatur *B* — ut] ⋆ *F* — 11 feria per] ⋆⋆ *F* — 12 advenisset] *add. F* Hinc (id est *F*^{2}) sep ⋆ milesimus annus qui septimus dies est quo regnum sanctorum erit. — 13 inlustrior] *F* ill. *B* — haberetur.] *Sequitur doxologia* : Quod quidem praestabit nobis deus pater omnipotens per dominum nostrum Iesum Xpistum *B F*

[IX]

Locutus est Dominus ad Moysen dicens : Loquere filiis Israel et dices ad eos : Mensis hic vobis sit initium mensium, primus in mensibus anni [1].

Omnia quae divino consilio et iudicio statuta sunt habent sua principia quibus orta et inchoata sunt, habent causas propter quod significari eas necesse fuit, nec expertes sunt rationis, sed certos habent ordines temporum, ne indiscreta permixtione turbentur. Paschae itaque sacramentum, dilectissimi fratres, quod nunc in dominici corporis passione celebratur, non derepente nec improvisum fuit. Quodcumque enim novum atque praeclarum atque magnificum est, hoc ante tempus per legem priscam in similitudine monstrabatur, ut facti fides de praeterita significatione commendabilior haberetur. Unde si Domini nostri passionem per imaginem retro olim demonstratae similitudinis velitis attendere, tunc invenietis agnum hunc, qui immolabatur in pascha, Xpisti fuisse figuram, qui percussit Aegyptum et liberavit Israel. Denique et Hieremias receptissimus prophetarum agnum hunc Deum et Salvatorem nostrum appellat, cum dicit : *Ego quasi agnus immaculatus sine*

1. Ex. XII, 2.

---

2 Locutus] ocutus *B*, *initiali littera praetermissa ut sup.* — 6 principia] *B F*^{2} prinpia *F* — 7 neces ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ones *F* — expertes] *scripsi*, experte *B* — 8 ordin ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ta *F* — 9 turbentur] *B F*^{2} turbent *F* — Pasc ⋆ ⋆ ⋆ dn̄mi *F* — 10 dominici c. passione] dominic ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 11 inpro ⋆ ⋆ ⋆ que *F* — 12 atque] *1°* aque *F* vel *F*^{2} — magn. est hoc] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 13 in ⋆ ⋆ trabatur *F* — 14 significatione] ⋆ *F* — 15 haberetur] *B F*^{2} haberet *F* — nostri passionem] ⋆ ⋆ *F* — 16 similitudinis] ⋆ *F* — 17 velitis] *B F*^{2} velletis *F* — inveniet ⋆ ⋆ ⋆ qui *F* — immolabatur] inmol. *F* — 18 figuram q. percussit] ⋆ ⋆ ⋆ cussit *F* — 19 Den ⋆ ⋆ ⋆ mias *F* — 20 hunc Deum] h ⋆ ⋆ *F* — 21 appellat] apellat *F* — Ego] ⋆ *F* — immaculatus] *F* inmac. *B*

malitia adductus sum ad mortem[1], et consors ipsius Isaias : *Velut ovis*, inquit, *ad occisionem adductus et velut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum : in humilitate iudicium eius sublatum est, generationem eius quis enarrabit ?*[2] O qualis est hic agnus cuius nativitatem dicit scriptura enarrari non posse ?

Ovis, inquit, *masculus anniculus maturus erit, ab ovibus et haedis sumetis eum. Et erit vobis reservatus in quartam et decimam mensis huius diem, et occidet eum omnis multitudo synagogae filiorum Israel ad vesperam*[3]. Ecce magna nimis et paene inextricabilis quaestio, ut talis agnus quaeratur qui ab ovibus et haedis fuerit generatus, cum discorditorum animalium in coniunctione communis fetus minime congruat. Unde si talis agnus qualis scribitur in pascha non potest inveniri, quomodo pascha geri potest cum desit talis agnus qui immoletur in pascha ? Et quia iam probavimus agnum istum Dei et Salvatoris nostri habuisse imaginem, qui, non solum propter innocentiam, sed et propter laniciem, eo quod humani generis corpora de transgressione[...] veste immortalitatis indueret, agnus est dictus. *Ab ovibus*, inquit, *et haedis sumetis eum* : ab ovibus et haedis sic debemus accipere quomodo ipse Salvator in euangelio

1. Ier. XI, 19.
2. Is. LIII, 7-8.
3. Ex. XII, 5-6.

---

1 malitia] *F* macula *B* — adductus] ⋆ tus *F* — Isaias] esaias *F* — 2 ve ⋆⋆ vis *F* — agnus] ag ⋆ *F* — 3 coram] *F om. B* — os suum] /// os̄ *F* — humilitate] *add. F* sua *et trans. pen. delevit* F^2 — 4 eius] 2° autem *praemisit F* — enarrabit] *add. F* quia tolletur a terra vita eius — 6 enarrari] ...re *F* — posse] *addunt B F* Denique et de quaestione incipit ut haec lectio indicat *quod glosae speciem portat.* — 7 anniculus] *F* agniculus *B et subinde* — ab] *B* F^2 ad *F* — 8 haedis] edibus *F* hedibus F^2 — vobis] *praemisit* a *F* — reservatus] ///serv ⋆ *F* — in quartam] ⋆⋆ *F* — 9 diem et o. e. o. multitudo] ⋆⋆⋆⋆⋆⋆ ultitudo *F* — 10 synagogae] *F om. B* — ad vesperam] *in marg. B* ⋆⋆ *F* — Ecce] ⋆ ce *F* — 11 inex ⋆⋆ ut *F* — quaeratur] *F om. B* — qui ab] ⋆⋆ b *F* — 12 cum discorditorum] ⋆⋆ *F* — 13 animalium] ...lia F^2 — coniunctione] *B* F^2 conguncione *F* — communis f. m. congruat] ⋆⋆⋆⋆ us *F* — 14 si] sit *F* — scri ⋆⋆⋆ a *F* — 15 quomo ⋆⋆ geri *F* — 16 qui immoletur] ⋆⋆ etur *F* — pascha] *add. F* id est ad ovibus et ⋆⋆ — Et] ⋆ *F* — 17 Salvatoris] ⋆ s *F* — 18 propter innocentiam] ⋆⋆ ocenciam *F* — et] etiam *F* — 19 humani] h ⋆ *F* — [...] ⋆ *F an* « corrupta » ? — 20 immortalitatis] inmort. *F* — agnus est] ag ⋆⋆ *F* — 21 haedis] 2° ⋆ *F* — 22 debemus] debetis *F* — salva ⋆⋆ n *F*

docuit : *Statuam*, inquit, *iustos ut oves ad dexteram, peccatores autem ut haedos ad sinistram*[1]. Et quia breve spatium horarum non sinet nos multa exempla proferre, compendio assignanda est ratio quemadmodum ab ovibus et haedis agnus iste nascatur.

Ruth itaque Moabita fuit de gente peccatrice, quam beatus Moyses abdicaverat dicens : *Moabitae et Amanitae non intrabunt in ecclesiam Dei usque ad decimam generationem*[2]; Booz autem Israelita homo iustus ex generatione patriarcharum de tribu Iuda. Hic ergo, ut scriptura testatur, Moabitam nomine Ruth post decimam generationem duxit uxorem, de quo nascitur Obeth, de Obeth Iesse, de Iesse David, de David autem secundum ordinem generationum nascitur sancta Maria, unde Xpistus carnem adsumpsit, habens scilicet eiusdem carnis bifariam originem, id est de haedis peccatorum gentis Moabitarum unde Ruth matrem Obeth fuisse docuimus, et ab ovibus patriarcharum ex quibus Booz pater ipsius homo iustus erat, ex genere scilicet Abraham de tribu Iuda, unde hic agnus immaculatus, id est Xpistus Dominus noster, leo de tribu Iuda est appellatus : *Vicit enim*, inquit, *leo de tribu Iuda, radix David*[3]. Et Isaias : *Prodiet*, inquit, *virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet*[4] : hic est Iesse pater David ex cuius radice, id est genere, virga, id est Maria

1. Mat. XXV, 33.
2. Deut. XXIII, 3.
3. Apoc. V, 5.
4. Is. XI, 1.

---

1 Statuam] *scripsi*, Sstatuam *B* Statuit *F* (....et F^2) — iustos] *B* F^2 iustus *F* — 3 sinet] sinit F^2 — compendio] *B* F^2 ...um *F* — 4 assignanda] adsign. *F* — 6 moabita] moabitica *F* moabitis F^2 — 9 Israelita h. iustus] ⋆⋆⋆ tus *F add.* F^2 fuit — 10 patriar⋆⋆⋆⋆ Hic *F* — 11 testatu ⋆ *F* — Moabitam] ⋆ it *F* (*delevit* F^2) — generationem] gen ⋆ *F et add.* ⋆ Moyses praeceperat — 12 de quo nascitur] ⋆⋆⋆ *F* — 13 de David autem] ⋆⋆⋆ *F* — generationum] ieneracionem *F* generacionis F^2 — 14 na⋆⋆⋆ ria *F* — 15 adsumpsit] *F* assumpsit *B* — habens scilicet] ⋆⋆ *F* — bifariam] bibariam *F* — 16 de h. peccatorum] ⋆⋆⋆ torum *F* — 17 matrem Obeth] ⋆⋆ *F* — patriarcharum] patria ⋆ *F* — 18 iustus erat ex] ius ⋆⋆⋆ *F* — 19 Abraham] *B* F^2 Habraham *F* — unde hic] ⋆⋆ *F* — 20 leo] ⋆ *F* — 21 enim] ⋆ *F* — Iuda] 2° iudae *F* — 22 da ⋆⋆⋆ ias *F* — Prodiet] *B* F^2 prodiit *F* — inquit] *F om.* *B* — 23 flos] f⋆ *F* — ascendet] *B* F^2 ...it *F* — est] *add.* *F* inquam — pater] ⋆ ter *F* — 24 id est] 2° ⋆ *F*.

orta est, unde flos Xpistus ascendit. Denique et beatus Moyses, sciens hoc sacramentum nativitatis Xpisti, hunc agnum ab ovibus et haedis immolandum esse dicebat, quia si tantummodo ex Israel, quod lex oves appellat, corpus hominis Dominus induisset, et non ex gentibus peccatorum, quos haedis comparat, nec credere gentes in Xpisto nec salvari meruissent, quia arrham carnis suae in Xpisti corpore non haberent. Nunc vero ideo gentes salvantur in Xpisto, quia pignus redemptionis suae ex origine Ruth in Xpisti corpore habere meruerunt. Et ideo talis agnus qualis quaerebatur in pascha de ovibus et haedis, solus Xpistus inventus est, qui non amplius quam semel occiditur ut verum pascha Domini celebretur : *Pascha*, inquit, *Domini est*[1] : non dixit populi, ut quia pascha ex passione nomen accepit, ideo pascha Domini dicatur, quia non plebs sed Dominus in figura agni est immolatus. Denique et beatus Paulus apostolus : *Pascha*, inquit, *nostrum immolatus est Xpistus*[2].

Sed illud mirari me fateor, dilectissimi fratres, ut cum ovem diceret, masculum nominaverit. Nemo enim ovem masculum appellat : hic vero sic ait : *Ovis autem maturus masculus anniculus erit vobis ab agnis et haedis*. Cum enim ovem nominat carnem Xpisti indicat, quam Ecclesiam esse apostolus definivit dicens : *Caro*, inquit, *Xpisti quod est ecclesia*[3], ex qua omnes credentes in Xpisto generati sumus,

1. Ex. XII, 11.
2. I Cor. V, 7.
3. Eph. V, 29.

---

1 orta est] virgo processit *F* — 2 hunc] *B F²* huic *F* — 3 immolandum] inmol. *F* — esse] in pascha *praemisit F* — quia si] *B F²* quasi *F* — 4 quod] *F* quos *F²* *om. B* — lex] *om. B* — 5 peccatorum] peccatricibus *F²* *in ras.* — 6 quos] quas *F²* — comparat nec] ⋆ ⋆ *F* — 7 salvari meruissent] ⋆ ⋆ sent *F* — arrham] *scripsi*, arram *B F* — in X. corpore] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 8 gentes salvantur] ⋆ ⋆ *F* — 9 redemp ⋆ ⋆ ⋆ origine *F* — 10 habere] ⋆ re *F* — qualis quaerebatur] ⋆ ⋆ atur *F* — 11 solus X. inventus] ⋆ ⋆ ⋆ entus *F* — 12 amplius] *F* solum *B* — semel occiditur] ⋆ ⋆ itur *F* — 13 celebre ⋆ ⋆ cha *F* — 14 ut quia pascha] ⋆ ⋆ ⋆ scha *F* — 15 pascha Domini] ⋆ ⋆ ni *F* — dicatur] dicitur *F* — plebs] populus *F* — sed] et *F* set *F²* — 16 in figura] ⋆ ⋆ *F* — Denique] ⋆ *F* — 17 inquit] ⋆ *F* — 19 mirari] mi ⋆ *F* — dilectissimi fratres] *F om. B* — ut] et *F* — 20 nominaverit] *scripsi*, nominavit *B F* — 21 ⋆ asculum *F* — Ovis] *B F²* oves *F* — 22 masculus] *B F²* maculus *F* — 23 quam] *B F²* cum *F* — 24 definivit] dif. *F* — 25 qua] quo *F* — sumus] *B F²* summus *F*

cuius fetus sancti appellantur. Masculum autem ideo dicit, ut carnem ipsam non femineam sed virilem, id est perfecti viri, esse ostenderet, quia non est masculus et femina, sed omnes unum sumus in Xpisto Iesu. Et ideo hic talis agnus immaculatus eligitur, ut simplicitas et innocentia Xpisti sub agni istius figura monstretur : masculus quaeritur, ut invicta virtus ipsius comprobetur : anniculus dicitur, quia ex quo in Iordane baptizatus est a Ioanne, quando dixit : *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*[1], expleto et exacto praedicationis tempore, passus est Xpistus, sicut David de hoc praedixit : *Benedices*, inquit, *coronam anni benignitatis tuae*[2]. Perfectus est quoque quia, ut apostolus ait, *Omnis plenitudo divinitatis corporaliter in illo inhabitat*[3] : mense primo, quia necesse erat ut qui peccata mundi auferre venerat eo tempore pateretur quo mundi fuere principia, finem ad originem revocans, ut omnia quae in Adam perierant restaurarentur in Xpisto. Qui enim eversurus est aliquid ortum naturae ipsius insequitur, et spem redivivi vigoris interfecta penitus radice praecidit. Et ideo in ipso ortus sui tempore passione Domini mundus oppressus est, ut cum omnium malorum semine frangeretur, sicut ipse Dominus apostolis suis in euangelio ait : *Gaudete et exultate, quia ego vici mundum*[4].

Sed *azyma*, inquit, *cum amaritudinibus edetis*[5], quia

1. Ioa. I, 29.
2. Ps. LXIV, 12.
3. Col. II, 9.
4. Ioa. XVI, 33.
5. Exod. XII, 8.

---

1 sancti] sanctos F^2 *in ras.* — appellantur] appellat F — 2 perfecti] B F^2 prof. F — 3 ost $\star\star\star$ est — sed o. u. sumus] $\star\star\star\star$ mus F — 4 hic talis agnus im.] $\star\star\star\star\star$ maculatus F *et add.* in pascha imm $\star$ — 5 eligitur] $\star$ F — Xpisti sub agni] $\star\star\star$ F — 6 Masculus quaeritur] $\star\star$ ritur F — 7 ipsius comprobetur] ip $\star\star$ F — 8 in Iordane] $\star\star$ F — baptizatus] *praemiserunt* agniculus B anniculus et F (*delevit* F^2) — 9 qui tollit] $\star\star$ F — 10 exact $\star\star$ cionis F — si $\star\star\star$ hoc F — 11 Benedices] *correxi*, Benedicens B Benedictus F — coronam] $\star$ F — 12 e~t quoque] $\star\star$ F — 13 ait] dixit F — plenit $\star\star$ tatis F — 14 Mense primo] $\star\star$ mo F — mundi] $\star$ di F — 15 paterętur] pater $\star$ F — 16 or $\star$ nem F — revocans] F *om.* B — perier $\star$ F — 18 redivivi] B F^2 rediviva F — 19 praecidit] *conieci*, praecidet B praedicet F praedicit F^2 — 21 semine frangeretur] $\star\star$ retur F — 22 apostolis s. in euangelio] $\star\star\star\star$ F — exultate q. e. v. mundum] exulta $\star\star\star\star\star$ F — 24 Sed] *praemisit* $\star$ addit F (*add.* et F^2) — inquid $\star\star$ dinibus F — edetis] B F^2 detis — quia] eo quod F^2 *in ras.*

ipsis Iudaeis amarum esset futurum quod Dominum suum et vitae principem occisuri erant, cuius, ut ita dixerim, viva mors excitavit mortuos : amarum utique eis quod quasi ad latronem nocte venerunt : amari clavi, quibus eum confixerunt : amara azyma ab ipsis semper edenda, amara verba quibus clamabant : *Sanguis eius super nos et super filios nostros*[1] : amarus Iudas Iscariotes, quem mercede conduxerunt : amarae spinae, quibus caput eius ad deludendum coronarunt : amarae manus quibus Domini sanguinem effuderunt. Ideo cum amaritudinibus hoc edendum esse praecepit, quia omnia amara eis futura essent quae in agni, id est Xpisti, passione, facturi essent. Et quia, ut apostolus ait, *crux Xpisti pereuntibus stultitia est, salvis autem futuris virtus Dei est*[2], et odor Xpisti aliis odor vitae in vitam, aliis odor mortis in mortem, proinde ut illis amarum fuit filium Dei persequi, sic peccatorum nostrorum amaritudines fellis et aceti potio expiavit.

Limina quoque domus ut agni sanguine liniuntur, ut posset Aegypti vastator angelus assignatis agni sanguine domibus prohiberi, sic et nos non possumus aliter saeculi istius clades evadere et Dei regnum intrare, nisi per signum sanguinis dominicae passionis. Sanguis enim Xpisti credentibus salus est, non credentibus paena. Aegyptus enim in similitudine istius saeculi fuit, Pharao diaboli. Populus

1. Mat. XXVII, 25.
2. I Cor. I, 18.

---

1 iu ⋆ ⋆ ⋆ set *F* — 2 vitae principem] ⋆ ⋆ pem *F* — ut ita dixerim] ⋆ ⋆ ⋆ m *F* — 3 mortuos amarum] ⋆⋆ mari *F* (*ex* marum) — eis] erant ipsi F^2 *in ras.* — quod] qui *F*, *add.* ad eum F^2 — 4 ad latronem] ⋆ ⋆ *F* — nocte] noctu *F* — eum confixerunt] ⋆ ⋆ erunt *F* — 5 edenda] ⋆ *F* — 6 clammaba ⋆ ⋆ uis *F* — 7 Amarus] ⋆ *F* — Iudas] iuda *F* — Iscariotes] *scripsi*, scariothes *B* schariotihs *F* — mer ⋆ ⋆ duxerunt *F* — 8 ca ⋆ ⋆ ad *F* — 9 ama ⋆ ⋆ nus *F* — 10 Ideo cum] ⋆ ⋆ um *F* — 11 praecepit] ⋆ *F* — quia] eo quod F^2 *in ras.* — futura essent] essent fu ⋆ *F* — 12 Xpisti] *praemisit* in *B* — passione] *B* F^2 passionem *F* — 13 ait] dixit *F* — salvis autem futuris] *scripsi*, futuris *F* salus autem credentibus *B* salvandis autem F^2 — 14 odor] 2° *om. F, item subinde.* — 16 persequi] *B* F^2 prosequi *F* — 17 amaritudines] *B* F^2 ...nis *F* — fellis] felle *F* — 18 s. liniuntur] *corr.*, s. linirentur *B* sanguin ⋆ ⋆ *F* — ut] F^2 quia *B F* — 19 posset vastato ⋆ ⋆ ⋆ signatis *F* — 20 domibus prohiberi] ⋆ ⋆ *F* — aliter s. i. clades] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ des *F* — 21 intrare n. p. signum] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ gnum *F* — 22 passionis sanguis] ⋆ ⋆ guis *F* — sa ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ tibus *F* — 24 similitudine] ⋆ *F* — diaboli Populus] diabo ⋆ ⋆ *F*

Israel typum nostrum gerebat. Proinde sicut ille populus de Aegypto per agni immolationem, per sacramentum paschae est liberatus, ita et nos credentes in ipso de captivitate saeculi istius et Pharaonis, id est diaboli, tyrannide liberamur. Et ut Pharao qui persequebatur filios Israelitarum in aqua oppressus interiit in qua est populus liberatus, ita et nunc in eadem aqua baptismatis in qua nos liberamur, Pharao, id est diabolus, ... naufragio perit.

Sed *igne*, inquit, *assum comedetis*[1]. Dei enim sermo semper ignitus est. Et nihil praetermittatur de eo, quia nihil est quod reprobari possit in Xpisto : ossa non confringentur, quia Xpisti virtus invicta est : si quid autem superfuerit igne consumetur, id est si quid de Xpisto homo capere non potest Sancto Spiritui reservetur, quia Spiritum Sanctum sicut ignem super credentes advenisse scriptura testatur. *Sic*, inquit, *manducabitis caput et pedes et quae sunt interiora eius*. Triplex hic ratio, sed pro celeritate subtile disserendum est : caput initium, interiora media, pedesque sunt futura : docti haec et eruditi intellegunt. Caput enim Xpisti Pater est; interiora vero ipse sermo divinus qui sinum Patris enarravit; Spiritus autem paraclitus pedes habuit apostolos, per quos cucurrit adnuntians veritatem. *Sic autem*, inquit, *manducabitis : lumbos vestros succinctos habebitis, et calciamenta in pedibus vestris sint*, ut firmo gressu et stabili devotione in fide gradiamur. *Baculus sit in manibus vestris*, ut firmissimum stylum crucis

1. Ex. XII, 8 *et sq.*

---

1 Proinde sicut ille] proind ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 2 immo ⋆ ⋆ cramentum *F* — 3 ita et nos] ⋆⋆⋆ *F* — 3-7 credentes nunc] *om. F* — 7 in] 2° *om. F* — nos liberamur] ⋆ ⋆ mus *F* (mur F^2) — 8 diabolus] *add.* a salvatoris *B* a sa ⋆ *F* — naufragio] ⋆ fragio *F* — 9 assum c. Dei] a ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 10 nihil praeterm.] n ⋆ ⋆ tur *F* — 11 possit in] ⋆ ⋆ *F* — confringentur] *F* ...tes *B* — 12 Xpisti virtus] ⋆ ⋆ tus *F* — 13 igne] ⋆ *F* — 14 capere] ⋆ pere *F* — 15 advenisse] venisse *F* — 17 interiora eius] eius int. *F* — hic] *add.* F^2 est — 18 subtile disserendum] ⋆ ⋆ dum *F* — inte ⋆ ⋆ ⋆ desque *F* — 19 et eruditi intellegunt] ⋆ ⋆ ⋆ egent *F* (egunt F^2) — 20 interiora vero] ⋆ ⋆ *F* — 21 sinum] in sinu F^2 — Patris enarravit] pa ⋆ ⋆ *F* — 22 pedes] *add.* ut *F* vel F^2 — habuit ap. per q. cucurrit] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ currit *F* — adnuntians] *F* annuntians *B* — 23 Sic autem inquit] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 24 suc ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ciamenta *F* — 25 firmo gressu] ⋆ ⋆ ssu *F* — stabili] casto stabilique F^2 — gradiamur] ⋆ *F* — 26 sit] *om. F* — firmissimum stylum] firmissi ⋆ ⋆ *F*

quo fulciamur ostenderet. Et *azymam*, inquit, *edetis, et quicumque manducaverit fermentatum morte morietur.* Numquid iustum videbatur ut si quis fermentatum manducasset morte moreretur, quippe quia, si fermentum hominem polluebat, non solum in pascha sed et omni tempore prohibendum erat, quia Deus servos suos non solum in die paschae sed et omni tempore mundos et expurgatos permanere iubet? Sed quia diximus pascha ex passione nomen accepisse, hoc ergo indicabat quod quicumque in passione Domini credidisset et pascha sacri corporis accipere meruisset, is iam fermentum malitiae et nequitiae a sensu suo abicere deberet, sicut beatus apostolus ait : *Abicite vetus fermentum, ut sitis nova conspersio in azymis sinceritatis et veritatis*[1].

Qua de re, dilectissimi fratres, hoc pascha Domini per legem praefiguratum, per comminationem admonitum quod qui non egisset morte moreretur, praedictum prophetica voce, exspectatum per antiquorum spem, impletum per apostolicam praedicationem, receptum per euangelicam fidem, consecratum per Xpisti sanguinem, ordinatum ad futuram resurrectionem, quis non cum omni religione et votivo pavore suscipiat, quippe cum scriptura dicat : *Pascha Domini est*, hoc est passio Domini ? Qua passione redemptus est mundus, prostratus est diabolus, clarificatus est Xpisti

1. I Cor. V, 7.

---

1 ostenderet] teneamus F^2 *in ras.* — Et azymam] $\star\star$ *F* — 2 manducaverit] *restitui,* manduca $\star$ *F, om. B* — fermentatum] $\star$ irmentatum *F* — morietur] $\star$ r *F* — 3 si quis fermentatum] $\star\star\star$ irmentatum *F* — 4 moreretur] mori $\star$ *F* (more F^2) — quia] *F ex* cum *fortasse*, cum *B* — fermentum] *B* F^2 firmentum *F* — 5 polluebat] pollue $\star$ *F* — et] *om. F* — proihben $\star\star$ at *F* — 7 paschae] $\star$ asche *F* — sed et] *B* F^2 set *F* — mundos] *B* F^2 ...us *F* — expurgatos] *B* F^2 ...us *F* — 8 passione] *add. F* domini — 9 quod] ut *F* — 11 fermentum] *B* F^2 firmentum *F et subinde* — a] *B* F^2 *om. F* — 12 deberet] haberet *F* — 13 nova c. in] $\star\star\star$ *F* — 14-15 veritatis. Q. de re] v $\star\star\star\star$ *F* — pascha D. per l. praef.] pasch $\star\star\star\star\star$ *F* — 16 comminat.] *F* commonit. *B* — admon.] *F* ammon. *B* — quod qui non egisset] *F* — 17 moreretur] *B* F^2 mori... *F* — praedictu $\star\star\star$ cem *F* — 18 exspectatum] expec. *F* — spem impletum per] $\star\star\star$ *F* — 19 $\star$ postolicam *F* — euangelicam] $\star$ *F* — 20 ordinatum] $\star$ *F* — 21 futuram] *B* F^2 ...rum *F* — cum omni religione] $\star\star\star$ legione *F* — 22 quippe cum] $\star\star$ *F* — dicat] ducat *F* — 23 Domini est] est domini *F* — est passio Domini] $\star\star\star$ *F* — 24 prostratus est] p $\star\star$ *F*

triumphus. Hoc est, inquam, venerabile ac salutiferum sacramentum paschae, quo sol iustitiae Xpistus mortis quidem legem occidit, sed novum nobis diem solis aestu clariorem resurgendo monstravit, quo immitis inferus horruit, quo resurgente Xpisto caelum patuit. Hoc ergo tanti muneris sacramentum qui legitima observatione celebrat consors est apostolorum, socius prophetarum, implet legem, custodit euangelicam fidem, honorat Xpistum, magnificat Patrem Deum, spem sibi propagat ad perpetuam salutem, gloriosam sibi adquirit rationem. Servat enim depositam ordinationem ab ipso Deo Patre, quam in Xpisto et custodiri voluit et iussit.

---

1 triumphus hoc] trium ⋆⋆ *F* — inquam] *B F*^{2} inqua *F* — ac] *F*^{2} hac *F* hoc *B* — 2 sacramentum] ⋆ *F* — 3 qu ⋆⋆⋆ cidit *F* — sed] et *F*^{2} — solis aestu cl. resurgendo] sole ////// clari ⋆⋆ do *F* — 5 horruit quo] ⋆⋆ *F* — Xpisto] *add.* nobis *F*^{2} — 6 tanti] ⋆ *F* — observa ⋆⋆ lebrat *F* — 9 propag ⋆ *F* — perpetuam] ...um *F* — 11 ordinationem] observationem *F*^{2} — 12 custodiri] ...re *F* — iussit] *Sequitur doxologia* : Ipsi honor et gloria in saecula saeculorum. Amen. *B F*

[X]

Et locutus est Dominus ad Moysen dicens : Loquere ad Aaron et dices ad eum : Homo quicumque offert, secundum omnem promissionem suam et secundum omnem electionem suam, sacrificium salutare Domino[1].

Scio quidem, dilectissimi fratres, saepenumero de hoc Leviticorum libro me tractasse, et arduas pene et inextricabiles quaestiones, ut potui et, puto, ut debui, caritati vestrae disseruisse. Sed et nunc lectio quae recitata est tam multas habet quaestiones, tam implicitas obscuritates ut vix acies mentis in rerum secreta dimergi queat, et vix intueri et prospicere verborum altitudines possit cavillationesque dictorum advertere : ita enim singula quaeque allegoriae integumentis obvoluta sunt, ita aenigmatum nubilo obscurata ut intellegi explicarique vix queant. Attamen ego non ingenii mei, sed divinae pollicitationis fiducia fretus, qua dicit : *Petite et accipietis, omni enim petenti*

1. Lev. XXII, 17-21.

---

2 Et] t *B*, *initiali littera praetermissa ut sup. Praemittit* F ⋆ ⋆ IBRO LEVITICVM *uncial. rubr.* — Et l. est Dominus] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ nus F — ad A. et dices] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ es F — 4 secundum o. promissionem] ⋆ ⋆ ⋆ issionem F — electionem suam] ⋆ ⋆ F — 5 Domino] B F^2 dominum F — 6 quidem d. fratres] ⋆ ⋆ ⋆ F — saepenumero] sepe me F^2 *in ras.* — 7 libro m. tr.] ⋆ ⋆ ⋆ F — pene et] pene F peneque F^2 — inextricabiles] B F^2 ...lis F — 8 ques ⋆ ⋆ ⋆ et F — 9 disseruisse] dis ⋆ F — lectio] *add.* ista F — tam multas] ⋆ ⋆ F — 10 obscuritates] obs ⋆ F — 11 acies] acias F (aciaes F^2) — in] *om.* F — dimergi q. et vix] dime ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ F — 12 prospicere] praespicere F perspicere F^2 — alti ⋆ ⋆ sset F — cavillationes] F^2 cabill. B capill. F — 13 advertere Ita] ad ⋆ ⋆ F quaeque] B F^2 quoque F — 14 allegoriae] allig. F — integu ⋆ ⋆ voluta F — aenigmatum] engnim. F — 15 obscurata] obs ⋆ F — queant] possint F — Attamen ego non] At ⋆ ⋆ ⋆ F — 16 divinae] ...ni F — pollici ⋆ nis F — 17 accipietis] acci ⋆ F *et addit* pulsate et aperietur vobis : querite et in ⋆ ietis

dabitur et pulsanti aperietur, et qui quaerit inveniet[1], et *Nihil obscurum quod non manifestetur et tectum quod non reveletur*[2], audeo per Dominum de hac ipsa lectione facere sermonem, ut quod in aditu secretiori videtur esse reconditum, in lucem cognitionis possit aperiri palamque proferri.

Ait enim : *Homo quicumque offert hostiam voti sui Domino, secundum omnem promissionem suam et secundum omnem electionem suam, sacrificium salutare Domino in diebus sollemnibus vestris, de armentis aut de ovibus vestris sine macula erit acceptum. Non caecum, aut conlisum, aut abscisa lingua, aut vermigerantem, aut scabiosum, aut impetigines habentem, aut curtum aure aut cauda, aut castratum, aut extractum de manu alienigenae, non offeretis Deo vestro ab omnibus. Quoniam vulnera sunt in eis, non erunt accepta a vobis.*

Primo in loco quaerendum est, dilectissimi fratres, quid sit hostia, ut cum de qualitate vocabuli constiterit, tunc etiam significationes praeceptorum possimus ostendere. Hostia itaque oblatio est sacrificii, cum Deo munus offertur ut propitiata divinitate hostis diabolus avertatur... Obstare autem non cessat diabolus, et conservari anima non potest

1. Mat. VII, 7-8.
2. Mat. X, 26.

---

1 et pulsanti] ⋆ pulsate et *F* — aperietur] *add.* vobis *F* — et qui q. inveniet] querite et invenietis *F* — inveniet] *B F* invenit F^2 — 3 per] *B* F^2 pro *F* — 4 quod] inq̄d *F* — aditu] adito *F* abdito F^2 — 7 Ait enim] ⋆ ⋆ *F* — offert] *B* F^2 offret *F* — vo ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ omnem *F* — 8 et ⋆ ⋆ ⋆ cionem *F* — 9 salutare D. in diebus] salu ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 10 sollemnibus] *B* F^2 sollemnis *F* — ovibus vestris sine] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 11 caecum, aut conlisum] ce ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 12 abscisa] abas ///cisa *F* — ver ⋆ ⋆ ⋆ biosum *F* — 13 impetigines] *F* inpetig. *B et ita subinde* — aut curtum aure aut cauda] ne ⋆ ⋆ aut curtum *F* — aut] ve ⋆ et *F* (et *eras.* F^2) — 14 alienigenae non] alienige ⋆ ⋆ *F* — offeretis ⋆ ras *F* — 15 vulnera] vita *F* — 16 erunt] ⋆ *F* — a] *supplevi* — vobis] *F* Domino *B* ; Nobis F^2 — 17 quaerendum est] quer ⋆ ⋆ *F* — 18 qualita ⋆ ⋆ li *F* — 19 significationes] sign ⋆ *F* — possimus] *B* F^2 possumus *F* — 20 Hostia] ⋆ *F* — cum] quod *F* — offertur] ⋆ tur *F* — 21 propitiata] *conieci,* pro pacata *B* propagata *F* pacata F^2 — hostis] *F, om. B. Praemisit* F^2 super peccatis vestris — diabolus] di ⋆ *F* — avertatur] *add. B F* Hostia enim ab hostando (*B* F^2 ostando *F*) diabolo et (⋆ *F*) propitiando (⋆ piciando *F*) deo (*B F* deum F^2) nomen accepit — obstare] hostari *F* — 22 non c. d.] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — conservari anima] *B F* exacerbare animam F^2 *in ras.*

nisi hostia laudis Deo fuerit oblata. Unusquisque enim, prout habet aut potest, prout mens credentium sufficit, debet devotionis suae munus offerre. Et ideo ait : *Homo quicumque offert hostiam voti sui Domino.* Non quod Deus huiusmodi sacrificiis indigeat, cum omnia sua sint et totus sit plenus atque perfectus, sicut scriptum est : *Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus? plenus sum, holocausta arietum et adipem taurorum et hircorum nolo*[1] : sed ut homo per obsequium legis Deum sibi propitium faciat et favore Dei ab hoste liberetur. Denique et Iob secundum numerum filiorum suorum, ut a peccato mundarentur, hostias Domino offerebat. Sed nunc non eas hostias Deus quaerit quales tunc ex inlationibus pecudum cruente praebebantur, sed mentem et conversationem nostram, et cor circa Dei timorem humiliatum desiderat, sicut scriptum est : *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum Deus non spernit*[2]. Est enim sacrificium quod in martyrii devotione immolatur, sicut scriptum est : *Et erit cum vos interfecerint, hostiam Deo offerent*[3]. Est sacrificium virginitatis, cum quis totum se corpore et spiritu Deo servire devoverit. Est et sacrificium eleemosynae, cum unusquisque prona animi voluntate prout habet pauperibus tribuit, sicut scriptum est : *Date eleemosynam, et ecce sunt omnia munda vobis*[4]. Est et sacrificium continen-

1. Is. I, 11.
2. Ps. L, 19.
3. Ioa. XVI, 2.
4. Luc. XI, 41.

---

1 laudis] ⋆ *F* — oblata] inlata *F* illata F^2 — 3 offerre] *B* F^2 offerrere *F* — 4 offert] *B* F^2 *om. F* — voti] votis *F* — 5 omnia s. sint] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 6 atque] *B* F^2 aque *F* — perfec ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ Quo *F* — 7 sacr. vestrorum] ⋆ ⋆ rorum *F* — 8 hol. arietum] ⋆ ⋆ etum *F* — adipem] *B* F^2 adipe *F* — hyr ⋆ ⋆ ⋆ ut *F* — 9 per] *B* F^2 pro *F* — sibi pr. faciat] ⋆ ⋆ ⋆ ciat *F* — 10 hoste] *add.* diabo ⋆ *F* — liberetur] ⋆ *F* — 11 fil. suorum] ⋆ ⋆ rum *F* — 12 hostias domino] ⋆ ⋆ *F* — 13 hos ⋆ ⋆ ⋆ erit *F* — inlationibus] *F* illa. *B* F^2 — pecudum] ⋆ *F* — 14 cruente] *F* cruentis *in ras.* F^2 — praebebantur] offerebantur F^2 *in ras.* — men ⋆ ⋆ ⋆ versacionem *F* — nostram] vestram *F* veram F^2 — 15 Dei timorem] ⋆ ⋆ orem *F* — 16 scriptum] ⋆ *F* — cor contritum] ⋆ ⋆ utritum *F* — 17-19 Est enim-offeretis] *F om. B* — enim] *restitui* e ⋆ *F* — interfecerint] *scripsi*, interficerint *F* — 19 offerent] *conieci*, offeretis F^2 *in ras.* — 20 quis] *om. F* — 21 eleemosynae] *scripsi*, elemosi. *B* elimosi. *F et subinde* — 22 voluntate] *B* F^2 volumptate *F* — 23 sicut] *om. F*

tiae, quia castos diligit Deus. Est et sacrificium salutare..., quia *Felices*, inquit, *puro corde, ipsi enim Deum videbunt*[1]. Est et sacrificium timoris Dei et bonae credulitatis. Denique et beatus apostolus Paulus conversationem sanctorum hostiam vivam Deo placentem appellavit dicens : *Exhibete corpora vestra hostiam vivam placentem Deo, rationabile obsequium vestrum*[2]. Sed et sanctissimus Barnabas : *Per ipsum offerimus*, inquit, *Deo laudis hostiam labiorum confitentium nomini eius*[3]. Sic ergo corpora nostra hostiam Deo placentem offerimus, cum in omni sanctitate et pudicitia, innocentia, fide et religione Deo servimus. Denique et templum Dei dicimur, sicut apostolus ait : *Templum Dei vos estis, et spiritus Dei in vobis inhabitat*[4]. In hoc etenim templo sacrificia pura, munda libamina bonae conversationis, hostiam Deo placentem in odorem suavitatis Deo exhibemus, sicut apostolus ait : *Bonus odor Xpisti sumus*[5]. Diximus martyrium hostiam vivam esse placentem Deo, sed et virginitatem sacrificium mundum esse. Continentia vero rationabile ministerium est, et oratio de corde puro accepta est Deo. Denique orationes sanctorum velut thymiamata per manum angeli Domino offeruntur, sicut in Apocalypsi[6] est recognoscere. Et de viva hostia dicitur, quia bona conversatio sanctorum speciem mortis, id est

1. Mat. V, 8.
2. Rom. XII, 1.
3. Heb. XIII, 15.
4. I Cor. III, 16.
5. II Cor. II, 15.
6. Ap. VIII, 3.

---

1 salutare] *add. B F glossema* habentes (*praemisit* ut F^2) uxores (*add.* sint F^2) tamquam non habentes (tamq ⋆ ⋆ ⋆ *F*) — quia] *B* F^2 que *F* — 2 corde i. e. Deum] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 3 sacri ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ bona (*pro* bonae) *F* — et b. apost.] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 4 sanctorum h. v. Deo] sco ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 5 dicens Exhibete] dice ⋆⋆ *F et add.* inquid — 6 vivam placentem] ⋆ ⋆ centem *F* — obsequium vestrum Sed] mist ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 7 offerimus inquit] of ⋆ ⋆ quid — 9 corpora nostra] corpo ⋆ ⋆ *F* — placentem] viventem et benepla ⋆ ⋆ ferimus *F* — cum] *add.* Deo F^2 — 10 pudicitia] *scripsi*, pudicia *B* p ⋆ *F* — Deo servimus] se ⋆ ⋆ *F* — 11 apostolus] ⋆ *F* — 12 in vobis] ⋆ ⋆ *F* — 13 pura] ⋆ *F* — 14 h ⋆ tiam *F* — Deo] ⋆ *F* — 16 sumus] nos *praemisit F* — Diximus] *add.* enim *F* — vivam] vivivam *F* — 17 et] *om. F* — 18 rationabile] F^2 ratione *F* rationis *B* — ministerium] F^2 mysterium *B* misterium *F* — est] *ante* mysterium *B* — et] *supplevit* F^2 — 19 Deo] domino *F* — Denique orationes] ⋆ ⋆ *F* — 20 thymiamata] *scripsi*, thymiamatha *B* time ⋆ *F* thimi ⋆ F^2 — per manum] ⋆ ⋆ *F* — angeli] ⋆ eli *F om. B* — in A. est] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 21 recogonscere *F* — viva hostia] hostia ⋆ *F* — dicitur] ⋆ *F* — 22 speciem mortis] ⋆ ⋆ *F*

signum peccati, in se non habet, dicente apostolo *Aculeus mortis peccatum*[1], et *Per peccatum mors venit*[2]. Per hoc enim ille hostiam vivam Deo exhibet, qui sine peccato vitam agens speciem mortis amisit. Ceterum si quis dicat se virginitatem Deo hostiam obtulisse et virgo non sit, Deum fallere non potest, vel si quis continentiam professus incontinenter vivat, aut eleemosynas faciens aliena fraudetur, ut in aliorum gaudium vertat unde alios videtur fecisse lugere, hoc subdoli est potius quam fidelis non propria sed aliena conferre : istae sunt species mortis. Et ideo conversatio talis hostia viva dici non potest, quae in se opera mortis male vivendo suscepit. Hostia ergo viva caritas est de corde puro et conscientia non ficta. Hostia viva est fides sine maculatione. Hostia viva est lingua sine dolo. Hostia viva est eleemosyna sine fraude. Hostia viva est oculus sine scandalo. Hostia viva est religiosa vita, fides pura, anima sincera. Et ideo rationabile ministerium nostrum, id est conversationem sanctam, hostiam vivam placentem Deo scriptura nominavit.

Sed quia lex imaginaria quae spiritaliter gerenda erant prius pro tempore carnaliter observari praecepit, ut pro carnalibus spiritalia, pro terrenis caelestia, pro visibilibus invisibilia monstrarentur, proinde pecorum species quas nominavi retractare debemus. *Non offeres*, inquit, *hostiam caecam* : verum est hoc, dilectissimi fratres, quia caecus animus, cum nec Deum videt nec opera eius facit, sacrifi-

1. I Cor. XV, 56.
2. Rom. V, 12.

---

1 signum] *B F*^{2} signi *F* — in * * * * icente *F* — 2 Per hoc enim] * * * *F* — 3 vivam] *F om. B* — qui sine peccato] * * * cato *F* — vitam] *om. F, supplevit* legem *F*^{2} — 4 amisit] * *F* — virg. Deo] virginita * * *F* — 5 obtulisse] optullisse *F* — Deum fallere] * * lare *F* — 6 conti * * fessus *F* — 8 alio * * dia *F* — fe * * gere *F* — 9 fidelis] * is *F* — 10 Istae sunt] * * unt *F* — 12 suscepit] receperit *F* recepit *F*^{2} — 15 sine scandalo] * * *F* — 16 vita f. p. anima] * * * ma *F* — 17 ratio. minis.] racion * * *F* — est] *add.* minis *B* — 18 sanctam hostiam] * * *F* — 19 scriptura nominavit] scriptu * * *F* — 20 quae sp. gerenda] q * * * da *F* — 21 carnaliter observari] c * * ri *F* — pro] per *F*^{2} — 22 carnalibus] ...lia *F* — spiritalia pro terrenis] spirita * * * *F* — pro] per *F*^{2} — visibilibus] ...lia *F* — 23 monstrarentur] mon * *F* — 24 nomi * * tare *F* — offeres] ...ras *F* — inquit] in *F* — hostiam caecam] hos * * *F* — 26 animus c. nec] an * * * *F* — videt] iudex *F* — sacrifi * * * potest *F*

cium Domino non potest offerre. Multi etenim sunt qui volunt ad praesens hominibus placere : execrantur quidem opera peccati, et nihilominus eadem agunt quae in aliis reprehendunt, obcaecatum habentes cor, nescientes quia in quo alium iudicant semetipsos condemnant eadem faciendo. Et ideo isti caeci dicuntur et merito a sacrificio Dei reprobantur.

Sed adhuc adiecit : *Abstractum*, inquit, *aut linguam habens amputatam*. Abstractus ille est qui quamvis credi- derit Xpisto et per sacramentum baptismatis dominico adhaeserit corpori, sicut apostolus ait : *Quotquot in Xpisto baptizati estis Xpistum induistis*[1], nihilominus si appetitor sit avaritiae, quae radix est omnium malorum, appetitor saecularium administrationum, appetitor vitiorum et publi- carum potestatum, vivens luxuriose sine respectu religio- nis, hic abstractus a Xpisto per malam conversationem merito dicitur; et non solum abstractus, verum etiam, sicut in hoc loco scriptum est, et conlisus nuncupatur : sic enim ait : *Neque abstractum, neque conlisum*. Revolutus etenim de religione ad saeculum conlisus in terra est, dum terrena sapit et terrenis actibus incubat; de caelo in terram ruit, ac proinde conlisus atque vexatus est. Et ideo sicut pecus aut per vim aut per furtum abstractum et conlisum et vexatum sacrificio tunc offerri non poterat, ita et eorum conversatio, si aut vitio saeculi aut iniquitate diaboli a

1. Gal. III, 27.

---

1 offerre] dici *F* — 2 volunt ad praesens] v ⋆⋆⋆ *F* — hominibus] omnibus *F* — quidem] *F* quaedam *B* — 3 op ⋆ ⋆ ti *F* — quae ⋆ ⋆ ⋆ praehendunt *F* — 4 obcaecatum] obsecratum *F* — nescientes] ⋆ tes *F* — quia] *B F*^{2} que *F* — 5 condemnant] *scripsi*, condempnant *B* ⋆ nant *F* — 6 dicuntur] ⋆ tur *F* — 7 Dei] domini *F* — 8 linguam h. a.] lingua amputata *F*^{2} (*ex* quam ...tam) — 9 quamvis] ⋆ vis *F* — 11 corpori] *om. F* — Quotquot] *B F*^{2} Quocquod *F* — 12 nih. si app.] ⋆ ⋆ ⋆ itor *F* — 13 est o. malorum] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 14 saecularium] *B F*^{2} saeculari *F* — adminis ⋆ ⋆ tor *F* — 15 potestatum vivens] ⋆ ⋆ ns *F* — religionis h. abstractus] re ⋆ ⋆ ⋆ ctus *F* — 16 conversacio ⋆ ⋆ ⋆ tur *F* — 17 et] sed *F* — verum etiam] ⋆ ⋆ *F* — 18 conlisus nuncupatur] ⋆ ⋆ upatur *F* — 19 abstractum neque] abs ⋆ ⋆ *F* — etenim] *B F* enim *F*^{2} — 20 religione ad] re ⋆ ⋆ *F* — conlisus] *B F*^{2} ...sum *F* — terrena sapit] ter ⋆ ⋆ *F* — 21 actibus] *B F*^{2} accibus *F* — in terram] ⋆ ⋆ *F* — 22 atque] et *F* — 23 fur ⋆ ⋆ actum *F* — 24 tunc offerri] ⋆ ⋆ ferri *F* — 25 conver ⋆ ⋆ aut *F* — vitio] vitium *F*^{2} — iniquitate] iniquitas *F*

Xpisto abstracta et in terra conlisa et vitiis carnalibus convexata fuerit, in sacrificio Dei deputari non potest.

Sed adhuc adiecit : *Et linguam habens amputatam.* Amputatam linguam habet is qui Deum suum non confitetur et praedicat, qui divinam legem non meditatur, sicut scriptum est de beato viro : *Et in lege eius meditabitur die ac nocte*[1]. Certe ille vel maxime amputatam linguam habet, qui tempore persecutionis, dum aut fetorem carceris aut supplicia aut postremo ipsam mortem timet, Deum suum non confitetur et laudat. Et ideo huiusmodi qui amputatam linguam habere dicuntur, dum Deum suum non confitentur, a divino sacrificio reprobantur.

Sed *neque vermigerans.* Vermigerans dicitur cuius per membra corporis culpa pruriginis cursus habet. Hi ergo vermes immundi sunt spiritus, qui se plerumque in corporibus hominum inserunt et pruriginem libidinis atque variarum concupiscentiarum excitant; et immittunt pruriginem quoque avaritiae, pruriginem impudicitiae et pruriginem omnium carnalium cupiditatum, nec sinunt corpus vel animam quietam in sanctitate et bonitate durare, sed corrumpunt omnia et usque ad putredinem adulterii producunt. Et ideo hi vermes, id est immundi spiritus, sollicitatores et corruptores animarum et corporum, primum sale verbi caelestis eiecti sunt, ut corpus, divinae sapientiae sale salitum, ad sanctitatem debitam revocarent, sicut discipulis suis

1. Ps. I, 2.

---

1 abstracta] ⋆ *F* — conlisa] conlisit *F* — 2 convexata] ⋆ *F* — 3 adiecit] *B F*^{2} abiecit *F* — Et] Set *F* Non *F*^{2} — habens] *om. F* — amputatam] *add.* non offerre *F et transv. pen. delevit F*^{2} — 4 habet is] *B F*^{2} habetis *F* — 7 ille] *F om. B* — 8 carceris a. suppl.] carcer ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 9 ipsam] dum *F* — mortem timet] mor ⋆ ⋆ *F* — Deum] dominum *F* — 10 et laudat et ideo] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — amputat ⋆ ⋆ ⋆ re *F* — 11 confitentur] ⋆ *F* — 12 reprobantur. Sed] repr ⋆ ⋆ *F* — 13 vermigerans] *B F*^{2} vermigerantem *F* — Vermigerans] ⋆ *F* — 14 corporis culpa] cor ⋆ ⋆ *F* — prurig.] *F* prorig, *B et ita deinde* — Hi] Hii *F* — ergo vermes] ⋆⋆ *F* — 15 immundi] *scripsi*, inmundi *B* in mundi *F* — plerumq ⋆ ⋆ ⋆ ribus *F* — 16 pruri ⋆ ⋆ nis *F* — 17 concupiscencia ⋆ ⋆ et *F* — pruriginem] pruritum *F*^{2} *in ras.* — 18 quoque] *B F expunxit F*^{2} — pruriginem] *1° supplevi* — impud.] ⋆ pudiciciae *F* — pruriginem] 2° proritum *F* (pru... *F*^{2}) — 19 carnal ⋆ ⋆ ditatum *F* — nec] qui *praemisit F*^{2} — sinunt] sinit *F* — 20 animam quietam] anim ⋆ ⋆ *F* — corrumpunt] car ⋆ ⋆ pit *F* — 21 adulterii producit] ad alt ⋆ ⋆ ducit *F* — 23 ani ⋆ rum *F* — 24 caelestis] ⋆ tis *F* — eiecti] *B F*^{2} electi *F* — sapientiae] sapi ⋆ *F* — 25 revocarent] revoc ⋆ *F*

Dominus ait : *Vos estis sal terrae*[1], ut caro hominis iam non esset terra vermigerans, sed sapiens sal peccati vermem occidens.

Sed *neque scabiem*, inquit, *agrestem habentem*. Quae sit autem agrestis scabies diligentius debemus advertere. Agrum etenim saeculum esse Dominus in parabolis suis posuit dicens : *Domine, tu bonum semen seminasti in agro tuo, unde hic zizania*[2] ? et postea in exsolutione parabolae : *Ager*, inquit, *saeculum est*[3], et rursum : *Simile est*, inquit, *regnum caelorum thesauro in agro absconso*[4], ut per agrum saeculum indicaret, per thesaurum legem in qua Xpistus absconsus est. Cum igitur iam probatum sit agrum saeculum intellegi oportere, videndum est quae sit ista scabies agrestis. Nulli dubium, dilectissimi fratres, scabiem pro peccato nominari solere, sicut et lolium quod in eodem agro inimicus seminavit. Sed quare agrestem dixerit videamus : *Neque*, inquit, *scabiem agrestem habentem*. Peccatum etenim carnis in saeculo generatur. Proinde cum scabiem agrestem nominat, gentilium peccata denotat, id est idololatriam, incestum, adulterium, homicidium, concubitum masculorum ac molles viros qui omnem modum delinquendi excedunt, et non partem corporis sed totum corpus inficiunt. Qua de re, dilectissimi, saecularia ista et turpissima

1. Mat. V, 13.
2. Mat. XIII, 27.
3. *Id.* 38.
4. *Id.* 44.

---

1 sal] ⋆ *F* — 2 vermem occidens] ⋆ ⋆ *F et add.* ac proinde vermigerantem ⋆ ⋆ ⋆ continencia (...am F^2) carnis que inmun ⋆ ⋆ ⋆ uc avida semper efficitur (uc-efficitur F^2 *in ras.*) — 4 scabiem inquit] ⋆ ⋆ *F* — 5 sit] *B* F^2 si *F* — agrestis scabies] ⋆ ⋆ *F* — 6 Agrum e. saeculum] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — parabolis suis] ... a sua *F* — 7 posuit d. Domine] po ⋆ ⋆ ⋆ ne *F* — 8 tuo unde hic] ⋆ ⋆ sic tanta *F* — exsolutione] ⋆ *F* — 9 saeculum] mundus F^2 *in ras.* — rursum] ⋆ *F* — inquit] *om. F* — 10 thesauro] tes. *F* — in a. absconso] ⋆ ⋆ bscondito *F* — 11 saeculum] scm *F* — per thesaurum] ⋆ ⋆ *F* — 12 igitur iam] ⋆ ⋆ m *F* — 13 intellegi] *F* intelli. *B* — opor ⋆ ⋆ endum *F* — 14 dubium] ⋆ *F* — scabiem] scabia *F* scabiaem F^2 — 15 solere sicut] ⋆ ⋆ *F* — 16 semi ⋆ t *F* — 17 Neque] ⋆ *F* — 18 etenim] ⋆ im *F* — scabiem] ⋆ iem *F* — 19 nominat gentilium] nomina gentilicia *F* nominat gentilia F^2 — pecca ⋆ ⋆ enotat *F* — idololatriam] *scripsi*, idolatriam *B F* — 20 incestum] *B* F^2 incertum *F* — homicidium] ⋆ cidium *F* — 21 viros qui] ⋆ osque *F* — omnem] omnia *F* — 23 Qua de re] Quare *F*

vitia carnis scabiem agrestem nominavit, id est saecularem, ut sicut pecus scabidum a sacrificio prohibetur, ita et quicumque homo ex corpore ecclesiastico, si haec crimina habuerit, a sacrificio Dei reprobetur. Plerumque etenim huiusmodi contagia Xpistianorum se corporibus interserunt. Et ideo a sacrificio, ut iam dixi, Domini reprobantur.

Sed adhuc adiecit : *Neque impetiginem*, inquit, *habentem*. Aliud est impetigo, aliud scabies agrestis. Sed iam scabiem agrestem diximus gentilium esse peccata, qui peccandi modum excedunt. Impetigo autem haereticorum collectio est, quae frequenter se in Ecclesiae corpus immergit. Ut enim impetigo circulum rotundum et liquidum facit, ita et haeretici collectiones simul et inlicitas et rotundas faciunt, hoc est, semper discentes et numquam ad scientiam veritatis pervenientes, infinitis quaestionibus volvuntur. Unde et beatus apostolus Paulus[1] infinitas quaestiones et genealogias quae sine fine sunt prohibet. Haec est ergo rotunda collectio haereticorum quam impetiginem vocat, quae semper in quaestionibus volvitur et finem non habet resistendi. Omnis enim rotunditas ubi finem habeat nescit, quia semper volvitur et ubi finierit incipit. Quae licet de corpore sit, tamen corpus non est, sed est macula corpori. Unde beatus Ioannes apostolus de huiusmodi haereticis sic ait : *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis ; si enim*

1. Tit. III, 9.

---

1 scabiem agrestem] ⋆ ⋆ tem *F* — nominavit] *om. F nisi in lacuna praecedente posuerit* — 2 sicut p. s. a. sacrificio] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ crificio *F* — et quicumque h. ex c.] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ pore *F* — 3 crimina h. a. sacrificio] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ficio *F* — 4 Dei] domini *F* — reprobetur] *correxi*, ...atur *B F* — Plerumq. e. huiusmodi] P ⋆ ⋆ ⋆ di *F* — 5 se c. interserunt] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 6 a] *om. F* in F^2 — dixi D. r. Sed] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 7 adiecit] adicitur *F* — impetiginem] *scripsi*, inp. *B* inpe ⋆ *F et subinde* — inquit habentem] ⋆ ⋆ tem *F* — 8 aliud s. agrestis] aliu ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 9 diximus g. esse] dixi ⋆ ⋆ ⋆ *F* — qui] que *F* — 11 ex ⋆ ⋆ go *F* — 10 frequenter se] ⋆ ⋆ *F* — inmergit *F* — 12 im ⋆ ⋆ lum *F* — ita et haeretici] it ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 13 inlicitas] *F* illic. *B* F^2 — ro ⋆ ⋆ unt *F* — 14 numquam] *F* nunquam *B* — ad scientiam] ⋆ ⋆ ciam *F* — 15 infinitis] infeniti *F* — quaestionibus] qu ⋆ *F* — 17 Paulus infinitas] ⋆ ⋆ finitas *F* — 18 sine fine] ⋆ ⋆ ne *F* — Haec] *F* Hoc *B* — ergo] *B* F^2 *om. F* — 18 e ⋆ corum *F* — 19 in quaestionibus] ⋆ ⋆ tionibus *F* — volvitur] *F* uuolv. *B* — 20 nescit] nescitur F^2 — 22 corpus n. e. s. est macula] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ cula *F* — corpori] ...ris F^2 — 23 beatus I. a. de] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 24 ait E. n. exierunt] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ runt *F* — erant] fuerunt *F* — nobis si e. ex nobis fuissent] no ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ssent nobis *F*

ex nobis fuissent, nobiscum utique permansissent[1]. Proinde cum divina scriptura hostiam quae impetiginem habuerit reprobat, haereticorum utique doctrinam execratur.

Sed *nec hostiam*, inquit, *amputatam aurem habentem in sacrificio offeres*. Quid putatis, fratres, hostiam habentem aurem amputatam intellegi oportere, nisi eum hominem qui habet quidem aures ad audiendum verbum Dei, sed non facit quod iubetur? Unde et beatus apostolus[2] duo ista genera hominum accusat, unum quod euangelio non credit, alterum quod non obaudit. Ita et hic quidem aures audiendi ut credat, sed faciendi non habet voluntatem, et ideo auris amputata dicitur, non quae non fuerit, sed quae videatur abscisa. Hi sunt utique qui audiunt quidem euangelium Xpisti, sed auditum ipsum amputant dum iussa facere contemnunt. Unde et beatus Paulus[3] apostolus non auditores legis, sed factores apud Deum iustificari dicit. Ac per hoc iam planum vobis esse debet, quia, cum lex imaginaria hostiam amputatam aurem habentem sacrificio Dei reicit, non pecudis habitum, sed vitam eorum reprobat qui auditum sibi abscindunt non faciendo ea quae iussa sunt.

Sed *et hostiam*, inquit, *habentem caudam amputatam non offeres*. Cauda est tutela quaedam animalibus, unde sibi muscas et tabanos et omnia adversa abigunt. Sed in com-

1. I Ioa. II, 19.
2. Rom. X, 16.
3. Rom. II, 13.

---

1 permansissent] ⋆ *F* — 2 scrip ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ginem *F* — habuerit] *F om. B* — 3 ere (*pro* haere) ⋆ ⋆ ⋆ rainam *F et add.* adulteram — 4 Sed n. h. inquit] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ id *F* — aurem babentem] *om. F* — 5 offeres q. putatis] ⋆ ⋆ ⋆ utatis *F* — hostiam habentem] *om. F* — 6 intellegi oportere] ⋆ ⋆ re *F* — 7 quidem aures ad] ⋆ ⋆ ⋆ d *F* — 8 fa ⋆ ⋆ ⋆ ur *F* — ista genera] ⋆ ⋆ *F* — 9 non credit] ⋆ ⋆ redidit *F* — 10 alterum] aliud *F* — hic quidem] ⋆ ⋆ *F* — 11 fa ⋆ ⋆ ⋆ abet *F* — 12 auris] *B F*[2] aures *F* — amputata] am ⋆ *F* — non quae] *B F*[2] neque *F* — 13 videatur] videtur *F*[2] — abcisa] ⋆ *F* — Hi] *F*[2] Hii *B F* — quidem] quid est *F* — euangelium] ⋆ *F* — 14 amputant dum] *F* amputandum *B* — iussa] ⋆ *F* — 15 contemnunt] *F* contempnunt *B* — Paulus apostolus] ⋆ s Paulus *F* — 17 per] *F*[2] pro *B F* — vobis] *F om. B* — 18 hostiam] *om. F* — Dei] *conieci*, rei *B om. F* — 19 pecudis] peccodis *F* — 20 abscindunt] *correxi*, abscidunt *B* abscond ⋆ *F* — non f. ea q. iussa] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ sa *F* — 21-22 hostiam-offeres] cauda inqu ⋆ ⋆ ⋆ res *F* — quaedam a. unde] que ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 23 et o. a. abigunt] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — Sed] *add. F*[2] sicut alibi

paratione harum rerum, quia non de pecoribus sed de hominibus lex sacra loquebatur, sicut et beatus apostolus tractat : *Neque Deo cura est de bobus, sed pro nobis*, inquit, *hoc dixit*[1], sic et in hoc loco non de cauda animalis, sed de conversatione hominis loquebatur. Quid enim muscas et tabanos intellegere debemus qui cauda abiguntur, nisi omnes daemones et erraticos spiritus aeris huius, qui plerumque non solum corpora sed et animas credentium vexant? Unde et beatus Paulus apostolus has muscas et tabanos, id est erraticos et volatiles aeris huius spiritus, meminit cum dicit : *Non est vobis certamen adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes huius mundi tenebrarum harum*[2]. Ergo omnia daemonia quae credentium corpora vel animas vexant, cauda religionis abigi debent. Quid est enim cauda nisi gratia fidei? Sicut enim cauda in proximo corpori est, ita et postremis temporibus gratia fidei spiritalis est data. Et ut cauda muscae et tabani abiguntur, ita et spiritali gratia, quae novissimis temporibus credentibus attributa est, omnia ista erratica et per aera huius mundi volantia daemonia a fidelium corporibus atque animabus abiguntur. Non ergo immerito per comparationem pecudum conversatio hominum monstrabatur, quia sicut animal quod caudam amputatam habet non potest sibi adversantia depellere, ita et homo qui chrisma spiritale

1. I Cor. IX, 9-10.
2. Eph. VI, 12.

---

1 harum r. q. non de] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 2 hominibus l. s. loquebatur] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 3 tractat-bobus] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ bus *F* — 4 hoc dixit sic et] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — in hoc] hoc in *F* — non de] *B F*^{2} unde *F* — anim ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ sacione *F* — 5 Quid e. muscas] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 6 qui cauda] ⋆ ⋆ *F* — abiguntur] *F*^{2} abiciuntur *B F* — 7 erraticos s. aeris] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 8 corpora sed et] cor ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 9 Unde et beatus] Un ⋆ ⋆ ⋆ *F* — P. apostolus] ap. Paulus *F* — 10 id est erraticos] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — huius] *add.* mundi *B F, eras. F*^{2} — spiritus] *F om. B* — 11 meminit cum] ⋆ ⋆ *F* — carnem et sanguinem] ⋆ ⋆ ⋆ guinem *F* — 12 sed] *add.* et *F* — huius-harum] huius ⋆ eorum (harum *F*^{2}) tenebrarum milicie (miliciam *F*^{2}) sub (in *F*^{2}) caelesti ⋆ *F* — 13 Ergo omnia] ⋆ ⋆ *F* — 14 vel animas] ⋆ ⋆ *F* — cauda] *praemisit* de *F* — Quid] ⋆ *F* — 15 Sicut enim] Quia sicut *F* — cauda in] cau ⋆ ⋆ — 16 corpori] corpore *F* — 17 spiritalis] *F om. B* — data] *conieci*, dicta *B* administrata *F*^{2} *in ras.* — ut] *add.* a *B* — muscae] *B F*^{2} munce *F* — et] *add.* de *F* — 19 attributa e. o. i. erratica] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ratica *F* — 20 mundi v. d. a] mun ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — animabus a. Non] ⋆ ⋆ ⋆ on *F* — 21 immerito] *B* inm. *F* — compara ⋆ ⋆ ⋆ sacio *F* — 22 monstrabatur q. sicut] monstraba ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 23 amputatam h. n. potest] amputa ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 24 depellere i. et h. qui] depel ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — chrisma] *scripsi*, crisma *B* crismam *F*

postremis temporibus per fidem acceptum amiserit, nullo modo hostia esse potest, sed immundis et erraticis spiritibus obnoxius erit.

Et adiecit : *Neque castratum*, inquit, id est testibus amputatis, *neque evulsum*, *non offeres illa Domino*. Testes itaque amputati dicuntur hi qui, cum corpore masculi sint, vice tamen feminarum usum sui corporis praebent. Et ideo cum talem hostiam reprobat, reformatos in feminis viros damnat : eos proicit qui cum masculis coeunt. Unde apostolus huiusmodi homines a regno Dei excludit dicens : *Neque molles neque masculorum concubitores regnum Dei videbunt*[1].

Sed nec illud munus offerendum dicit quod extraneo fuerit ablatum. Extraneus est qui extra fidem est et deificae disciplinae alienus, quod est diabolus, sicut et Dominus de Antixpisto dicit : *Alius cum venerit ipsum recipietis*[2]. Et ideo alium, id est alienum, dicit. Ac proinde cum ab extraneo, id est alieno, acceptum hostiam offerri prohibet, cum hominem reprobat qui ab alienigena, id est diabolo, malitiae opera suscipiens, alienam voluntatem exercet. Qualis enim hostia huiusmodi Deo esse potest, qui non quae Dei sunt operatur? Et hoc est quod scriptura dicit de manu alienigenae acceptum Deo offerri non oportere...

Sed iam sufficit haec hucusque tractasse.

1. I Cor. VI, 10.
2. Ioa. V, 43.

---

1 temporibus p. f. acceptum] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ceptum *F* ...tam *B F*^{2} — nullo] non *F* — 2 hostia] *correxi*, ...am *B* h ⋆ *F* — esse potest] ⋆ ⋆ otest *F* — spiritibus obnoxius] ⋆ ⋆ us *F* — 4 castratum inquit] castra ⋆ ⋆ *F* — 5 evulsum non] evul ⋆ ⋆ *F* — 6 amputati] *correxi*, amputatos *B* ampu e *F* — hi] hii *F* — masculi sint] ⋆ ⋆ *F* — 7 praebent et] ⋆ ⋆ *F* — 8 reforma ⋆ ⋆ ⋆ nis *F* — 9 damnat] *F* dampnat *B*, *add. B* Avulsum autem quem alibi sublatum dicit, *eras. F* — eos] *add.* ergo *B* — coeunt] *add. B* quia sublatus cum masculis coit — Unde apostolus] ⋆ ⋆ *F* — 10 a] *B F*^{2} et *F* — dicens] ⋆ *F* — 11 regnum] ⋆ um *F* — 12 offeren ⋆ *F* — quod] *add.* ab *F* — 13 est] 1° ⋆ *F* — est] 2° *B F*^{2} *om. F* — 15 antexpisto *F* — Et ideo] *bis F* — 16 idest] *om. F* — alienum] *add.* a deo *F* — dicit] significat *F* — extraneo] extro *F* (extero *F*^{2}) — 18 alienigena id e. d.] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ bulo *F* — 19 suscipiens a. voluntatem] suscip ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 20 hostia] *F om. B* — huiusmodi-qui] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ qui *F* — 21 operatur] *praemisit* opera *F* — hoc e. q. scriptura] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ tura *F* — alienigenae a. Deo] alien ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 22 oportere] *add. B F glossema* Quoniam vitia sunt in eis non erunt (v ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F*) accepta a vobis — 23 suffici ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ se *F* — haec] *supplevi* — *Explicit sine doxologia.*

[XI]

Et locutus est Dominus ad Moysen dicens : Mitte viros qui considerent terram Chananaeorum quam ego do filiis Israel in possessionem, singulos, inquit, viros per tribus, per plebes paternas illorum[1]. Et reliqua.

Divinae leges quae non lapidibus inscriptae, sed pectoribus infixae sunt, non in robore vel aere incisae, sed in animo ac mente locatae, habent aut moralia praecepta aut naturalia decreta, ex quibus quaedam sunt aperta atque perspicua, quaedam vero aenigmatica atque figurata et in mysteriorum arcano recondita, quae tamen spiritus summo studio investigando consequitur, sicut beatus apostolus ait : *Spiritus omnia scrutatur, etiam altitudines Dei*[2]. Denique haec lectio non solum rei gestae historiam indicat, sed et quae erant futura de Xpisto iam tunc imaginali praefiguratione monstrabat. Sed quia vetera cum novis non tempore sed ratione concordant, proinde nos, eadem ratione veteribus nova et novis vetera conferentes, duorum testamento-

1. Num. XIII, 2-3.
2. I Cor. II, 10.

---

2 Et] t *B initialis littera praetermissa de more. F vero sic* : INCIPIT SEQ DE LIBRO ⋆ Et — dicens mitte] di ⋆ ⋆ *F* — qui] *B* F^2 et *F* — 3 Chan. q. ego] cana ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 4 in poss.] *F om. B* — singulos inquit] ⋆ ⋆ *F* — per 2°] *F* et *praemisit B et subinde* — 5 illorum. Et rel.] ill ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 6 leges] *B* F^2 ...is *F* — inscriptae] *scripsi*, inscrip ⋆ *F* insertae *B* — sed pectoribus] ⋆ ⋆ ribus *F* — 7 vel aere] F^2 aere *F*, *omittit utrumque B* — incisae s. in animo] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ nimo *F* — 8 moralia praec.] ⋆ ⋆ *F* — 9 quaedam sunt aperta] sunt ⋆ ⋆ *F* — atque] *B* F^2 autque *F* — 10 enigma ⋆ ⋆ ⋆ rata *F* — 11 recondita] r ⋆ *F* — 12 investigando] provestig. *F* pervestig. F^2 — conseq.] ⋆ *F* — 13 et ⋆ ⋆ tudinis *F* (...nes *B* F^2) — 14 rei gestae] nacio ⋆ *F* — 16 cum] *F om. B* — novis] F^2 nobis *B F* — 17 sed] non *F* — 18 nova et n. vetera ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — testa ⋆ ⋆ ⋆ usam *F*

rum unam causam et rationem per unum Dei Spiritum ostendimus. Unus est enim Deus et Sermo ipsius, id est Dei filius, et unus Spiritus Sanctus, qui operatur omnia in omnibus, qui et in lege typice et in apostolis locutus est manifeste, sicut ipse Dominus ait : *Simile est regnum caelorum homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera* [1], id est legem et euangelium, quia et lex testimonium est euangelii, et euangelium complementum est legis. Sed quia sunt quaedam, ut dictum est, non solum rerum species, sed et providentiae imagines, quae fiunt et apparent dispositis temporibus novae et veteres, priscae et praesentes, rudes et antiquae, quae tamen, mutatis nominibus, causa et dignitate manente aut succedente, suum finem sine interitu accipiunt, quia nos finem perfectionem rei non defectum accipimus, aut excipiunt secunda et prima conservant, omnia tamen habent causas, ordines et dispositiones suas. Denique haec lectio quid indicet, rogo, diligentius audite.

Et locutus est, inquit, *Dominus ad Moysen dicens* : *Mitte viros qui considerent terram Chananaeorum, quam ego do filiis Israel in possessionem, singulos viros per tribus, per plebes paternas illorum.* Quos cum misisset, *pervenerunt usque ad vallem Botryonis et inspexerunt illam, et abscinderunt inde palmitem et botrum uvae cum eo, et sustulerunt illum botrum in phalanga, sed et granata*, id est mala punica,

1. Mat. XIII, 52.

---

2 ostendimus U. est] $\star\star\star$ st *F* — 3 Dei f. et u. Spiritus] $\star\star\star\star\star$ *F* — 4 omnibus q. et in] $\star\star\star\star$ *F* — locu $\star\star$ sicut *F* — 5 ipse] *om. F* — regnum cael.] $\star\star$ orum *F* — 6 homini] *om. F* — pro $\star\star\star$ suo *F* — 7 et euang. q. et lex] $\star\star\star\star\star$ *F* — 8 complementum] $\star$ *F* — 9 ut d. est] $\star\star\star$ *F* — 10 provi $\star\star$ nis *F* — apparent] *B* F^2 aparent *F* — 11 disposi $\star\star$ ribus *F* — veteres] *B* F^2 vetere *F* — 12 praesentes rudes] prae $\star\star$ *F* — nomi $\star\star$ sa *F* — 13 succedente] suc $\star$ *F* — suum] *conieci*, si in *B* $\star$ in *F* — 14 sine] *F* sive *B* — interitu] *scripsi*, ...tum *B F* — quia nos] $\star\star$ *F* — perfectionem] *B* F^2 profectionem *F* — 15 accipimus] ac $\star$ *F* — conservant] con $\star$ *F* — 16 et dispositiones] $\star\star$ posiciones *F* — 17 diligentius] ...ter *F* — 20 qui] et *F* — considerent] ...ant *F* (aent F^2) — Chan.] can. *F* — 22 illorum] *F om. B* — pervenerunt] *add. F* autem, *quod transv. pen. delevit* F^2 — 23 vallem b. et i. illam] va $\star\star\star\star\star$ *F* — 24 palmitem et b. u. cum eo] p $\star\star\star\star\star\star$ *F* — 25 in p. s. et granata] $\star\star\star\star\star$ nata *F* — punic $\star\star\star\star\star$ lerunt *F*

et ficum secum attulerunt[1], ut ex qualitate fructuum ubertatem terrae monstrarent. Cum ergo attulissent nihilominus perturbaverunt omnem plebem, dicentes : *Terra quam pertransivimus considerare, terra illa comedit habitantes in se, et est omnis populus quem vidimus viri immanes. Sed et ibi gigantes vidimus, et fuimus ante illos sicut locustae. Quo audito omnis synagoga dedit vocem, et ploravit populus tota nocte illa. Sed et murmuraverunt adversus Moysen et Aaron omnes filii Israel*[2]. *Et dixerunt ad alterutrum : Faciamus nobis ducem, et revertamur in Aegyptum. Et procidit Moyses et Aaron in faciem ante conspectum omnis synagogae filiorum Israel. Iesus autem filius Nave et Chaleb, duo isti ex duodecim qui consideraverant terram, conciderunt vestimenta sua, et dixerunt ad omnem synagogam filiorum Israel : Terra quam consideravimus optima nimis est. Si elegit nos Dominus, inducet nos in terram illam, et dabit nobis terram fluentem lac et mel. Sed vos a Domino nolite desertores fieri, et nolite timere populum terrae huius, quoniam devoratio est illis. Discessit enim tempus ab illis, Dominus autem in nobis est, nolite timere illos. Et cum vellet eos populus lapidare, tunc honor Dei apparuit in nube super tabernaculum testimonii, volens percutere et conterere omnem populum filiorum Israel*[3]. Sed Moyses rogavit Dominum ut parceret eis. Cui

1. Num. XIII, 24.
2. *Id.* XIII, 33-XIV, 2.
3. *Id.* XIV, 4-10.

---

1 fructuum u. terrae] fr ⋆⋆⋆ *F* — 2 att. nihilominus] ⋆⋆ ominus *F* — 3 plebem dic.] ⋆⋆ *F* — terra] *correxi*, terram *B F* — 4 considerare] ⋆ *F* — illa] que *F* (est *praemisit F*²) — comedit] commedet *F* (...it *F*²) — habitantes in se et c. omnis] habitan ⋆⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 6 immanes s. et ibi] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 6 ante i. sicut] ⋆⋆⋆ *F* — 7 omnis] *B F*² omnes *F* — syn. d. vocem] sin ⋆⋆⋆ *F* — 8 Sed et mur.] ⋆⋆⋆ moraverunt *F* (mur. *F*²) — Aaron omnes] ⋆⋆ *F* — 9 Faciamus] ⋆ mus *F* — 10 Aegyptum] egy ⋆ *F* — 11 faciem ante] facie ⋆⋆ *F* — conspectum] *B F*² ...tu *F* — filiorum Israel] filior ⋆⋆ *F* — 12 Iesus *scripsi*, hiesus *B* ihesus *F* — Chaleb] *scripsi et subinde*, caleph *B* chaleph *F* — isti ex] i ⋆⋆ *F* — 13 qui] illis *praemisit F* — consideraverant] ...derant *F* (...derarant *F*²) — 14 synagogam] *scripsi*, sinagogam *B F*² sigogam *F* — 15 Terra] Terram *F* — optima] *scripsi*, obtima *B F* — 16 illam-lac et] ⋆⋆⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 17 a Domino n. desertores] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 18 ti ⋆⋆⋆⋆ ius *F* — est i. D. enim ⋆⋆⋆⋆ *F* — 19 autem in n. e. nolite ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 20 illos] *B F*² illis *F* — eos populus lapidare] ⋆⋆⋆ ulus *F* — 21 honor] timor *F*² — appa ⋆⋆⋆⋆ bernaculum *F* — 22 vo ⋆⋆⋆⋆ terrere *F* — filiorum I. Sed] ⋆⋆⋆ et *F* — 23 ut p. eis] ⋆⋆⋆ *F*

Dominus respondit, quod in illam terram intraturi non essent omnes qui adversus Dominum murmuraverunt; sed filiis eorum, quos dixerunt in praedam inimicorum esse futuros, qui nesciebant bonum vel malum, *ipsis*, inquit, *dabo terram illam* [1]. *Et omnes qui exacerbabant me non videbunt terram illam, praeter Iesum Nave et Chaleb filium Ieffone, et pueros quos dixerunt in direptionem futuros inducam illos, et possidebunt terram de qua vos discessistis ab ea* [2].

O gens semper incredula Iudaeorum, o natio sicut David [3] ait prava et perversa, o semen malignum et filii scelesti qui dereliquistis Dominum et ad iracundiam concitastis sanctum Israel! Itane exciderunt vobis tanta mirabilia divina quae iam saepenumero fueratis experti, ut tam cito desperaretis de potentia maiestatis Dei? Obliti enim estis tam saevos cruciatus decem plagarum, quibus propter vos Deus percusserat Pharaonem et omnem terram Aegypti, ut vos sublimi dextera et excelso brachio liberaret. Cum itaque maiora iam mirabilia et tales tantasque virtutes Dei omnipotentis aliquoties vidisses, cur interveniente perfidia desperasti, ut expavesceres Amorraeum, ut male de Deo sentires, dicens : *Faciamus nobis ducem, et revertamur in Aegyptum*, non credens Deum posse te in terram repromissionis inducere?

1. Num. XIV, 24.
2. *Id.* 30-31.
3. Ps. LXXVII, 8.

---

1 illam t. intraturi n. essent] ⋆⋆⋆ essent intraturi *F* — 2 adversus Dominum] ⋆⋆ m *F* — 3 quos dixerunt] ⋆ *F* ⋆ — 4 futuros] facturus *F* (... ros F^2) — qui nesciebant] ⋆⋆ ant *F* — 5 dabo terram] ⋆⋆ am *F* — exacerb.] *B* F^2 exarcebant *F* me *om.* *F* — 6 videbunt] ⋆ *F* — et Chaleb] ⋆⋆ *F* — 7 quos] cos *F* — dixerunt in] ⋆⋆ *F* — direptionem] ...ne *F* — futuros] *B* F^2 ...rus *F* — 8 et p.] ⋆⋆ ssidebunt *F* — discessistis] discessis ⋆ *F* — 10 O gens] *conieci*, O mens *B* Oriens *F* — Iudaeorum] *F om.* *B* — o natio] ⋆⋆ cio *F* — 11 semen malignum et] *F om.* *B* — scelesti] *conieci*, celestis *F* scelestes *B* F^2 — 12 concit.] provocastis *F* — 13 exciderunt] *B* F^2 exce... *F* — vobis] *praemisit* a F^2 — 15 desperaretis] disp. *F* — de p. m. Dei] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 16 saevos c. decem] ⋆⋆⋆ *F* — 17 Deus percusserat] ⋆⋆ *F* — Pharaonem] far. *F* — Aegypti ut v. s.] ⋆⋆⋆⋆ limi *F* — 18 brachio liberaret] ⋆⋆ *F* — 19 iam. m. et t. tantasque] ia ⋆⋆⋆⋆⋆ tasque *F* — virtutes] *B* F^2 ...tis *F* — 20 aliquoties vidisses] ⋆⋆ ses *F* — desperasti ut] ⋆⋆ *F* — 21 ut m. de Deo] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 22 nobis d. et revertamur] ⋆⋆⋆⋆ vertamus *F* — Aegyptum] ...to *F* — 23 credens D. p. te] crede ⋆⋆⋆⋆ *F* — repromissionis] ...nes *F*

Sed iam cum de perfidia Iudaeorum breviter dixerimus, superest ut prophetiae ordinem prosequamur. *Omnia enim*, inquit apostolus, *in figuram contingebant illis*; *scripta sunt autem ad correptionem nostram in quos fines saeculorum devenerunt* [1]. Igitur si omnia ista in figura fiebant, quae huius rei figura fuerit videamus.

Missi sunt, inquit, speculatores in terram repromissionis, et inde attulerunt botrum unum in phalanga, sed et mala punica, id est granata, necnon et ficum. Hi sunt magni et uberes fructus terrae illius quos pro summa admiratione populo attulerunt. Quos cum vidisset omnis Israel, adversus Dominum murmuraverunt, indignos se iudicantes bona terrae illius possidere. Sed qui sint isti speculatores, vel quorum habuerint imaginem, diligentius debemus advertere. Ego itaque, dilectissimi fratres, quantum valeo interpretis fungi munere, speculatores istos non aliorum quam Scribarum et Pharisaeorum omniumque sacerdotum populi Israel figuram habuisse intellego, quibus iussum fuerat per legem speculari et requirere adventum Xpisti, et ea quae in adventu ipsius magnalia erant futura, exinde fructus iustitiae sperare et consequi deberent. Terra autem repromissionis caro est Mariae virginis, quia caro terra scripturis divinis a Domino appellatur, sicut Dominus

1. I Cor. X, 11.

---

1 Sed iam] ⋆⋆ *F* — cum] *supplevi* — dixerimus s. ut] dixeri ⋆⋆⋆ *F* — 2 Omn ⋆⋆⋆ beatus ap. *F* — 3 c. illis] contin ⋆⋆ *F* — 4 in q. fines] ⋆⋆⋆ nes *F* — 5 ista in f.] ⋆⋆⋆ *F* — quae huius rei] cuius rei haec *F* — 6 videamus] ⋆ *F* — 7 repromissionis] ⋆ onis *F* — 8 adtullerunt *F et subinde* — 8 phalanga] fala ⋆ *F* — mala punica] ...lam ...cam *F* (...lum ...cum F^2) — 9 granata] ...tam *F* (...tum F^2) — necno ⋆⋆⋆ cum *F* — Hi] *correxi*, Hii *B F* — 10 terrae] ter ⋆ *F* — pro] *B* F^2 per *F* — admiratione] *F* ammi. *B* — 11 populorum tullerunt *F* — omnis] *B* F^2 ...es *F* — 12 indignos] *B* F^2 ...us *F* — bona] bonne *F* — 13 possidere] *add.* eam F^2 — sint] sunt *F* — speculatores vel. q.] ⋆⋆⋆ *F* — 14 diligentius deb.] ⋆⋆ *F* — 15 itaque] *delevit* F^2 — dil. f. q. valeo] ⋆⋆⋆⋆ aleo *F* — 16 speculatores i. non] ⋆⋆⋆ *F* — 16 aliorum] aliis *F* — 17 scribis *F* — phari ⋆⋆⋆ acerdotibus *F* — 18 Israel] *scripsi*, israelis *B F et subinde sed non constanter* — fig. habuisse] ⋆⋆ *F* — intellego] *F* ...igo *B* F^2 — fuerat p. l. speculari.] ⋆⋆⋆⋆ are *F* (ari F^2) — 19 adven ⋆⋆⋆ aque *F* — adventu] aventum *F* (adventum F^2) — 20 erant fut.] ⋆⋆ *F* — 21 fructus] *correxi*, ...um *F*... u *B* — spe ⋆⋆⋆ qui *F* — 22 r. caro est] repromis ⋆⋆⋆ *F* — 23 terra scripturis] ⋆⋆ turis *F* — sicut Dominus] ⋆⋆ *F*

ad Adam ait : *Terra es, et in terram ibis* [1]. De qua terra quales fructus attulerint, rogo, diligenter attendite.

Botrum, inquit, *in phalanga*, et ficum, et mala punica. Sed quis hic botrus de terra repromissionis est, nisi Xpistus de carne virginis? Dixerat enim Deus : *Ecce virgo in utero accipiet* [2]. Denique ut ille botrus in phalanga allatus medius inter duos suspensus pendebat, ita et Xpistus inter duos populos, Iudaeorum scilicet et Xpistianorum, in crucis ligno suspensus est. Et quia crux Xpisti, ut apostolus dixit, *pereuntibus stultitia*, *salvis autem futuris virtus Dei est* [3], proinde qui prior ibat iudaici populi figura erat, qui post se Xpistum propter incredulitatem suam relicturus erat : qui retro veniebat populi nostri imaginem indicabat, qui postea credens et Xpistum ante oculos habens semper eum quasi servus dominum et discipulus magistrum secuturus erat, sicut ipse Dominus in euangelio ait : *Qui meus vult esse discipulus tollat crucem suam et sequatur me* [4]. Haec itaque ratio, haec causa prophetiae fuit, dilectissimi fratres, ut in phalanga botrus afferretur : quae phalanga crucem Domini indicabat, botrus vero, ut iam dixi, Xpistum qui in cruce suspendendus erat. Duo quoque viri duorum, ut dictum est, populorum figura fuerunt. Hic ergo botrus venerabili crucis ligno compressus nobis in se credentibus vinum sui sangui-

1. Gen. III, 19.
2. Is. VII, 14.
3. I Cor. I, 18.
4. Mat. XVI, 24.

---

1 terram ibis D. q.] terra ⋆⋆⋆⋆ *F* — 2 rogo dil.] ro ⋆⋆ *F* — attendite] advertite *F* — 3 phalanga et ficum] falan ⋆⋆⋆ *F* — mala punica] *ut supra* — 4 quis] si *praemisit F* (*erasit* F^2) — de t. reprom.] ⋆⋆⋆ promissionis *F* — 5 vir ⋆ *F et add.* quam terram repromissionis scriptura ap ⋆ — Ecce] Et *praemisit F delevit* F^2 — 6 utero] u ⋆ *F* — ut] et *F* — phal.] fal. *F et subinde* — allatus] ⋆ us *F* — 7 pendebat] in ligno ⋆ ndebat *F* — 9 licgno *F et subinde* — — quia] *B* F^2 que *F* — 10 stultitia] *add.* est *F* — salvis] *correxi*, salus *B F* — 11 figura-propter] figur ⋆⋆⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 12 relicturus erat qui] ⋆⋆⋆ *F* — 13 nostri i. ind.] n ⋆⋆⋆ *F* — 14 ante o. h. semper] ⋆⋆⋆⋆ *F* — eum] *add. F* cum ipso crucis mis ⋆ — quasi s. dominum] ⋆⋆⋆ *F* — 15 sec. erat sicut] secut ⋆⋆⋆ *F* — 16 meus vult esse] ⋆⋆⋆ *F* — 17 me Haec itaque] ⋆⋆⋆ *F* — 18 causa] cause *F* — fuit d. f. ut in] fui ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 19 afferretur] *B* F^2 afferetur *F* — phalanga crucem] fa ⋆⋆ *F* — 20 ut iam dixi] ⋆⋆⋆ *F* — 21 susp. e. Duo] suspenden ⋆⋆⋆ *F* — est populorum] ⋆⋆ *F* — 22 fuerunt] fuit *F* — venerabili] ⋆ *F* — 23 compressus] conspersus *F* — in se] ⋆⋆ *F*

nis propinavit, unde beati apostoli et omnis credentium populus musto pleni sunt dicti [1].

Sed non solum botrum, verum et ficum secum attulerunt. Quid autem ficus significet breviter dico. Ficum itaque priscae legis imaginem habere ipse Dominus in euangelio manifestavit, dicens : *Quidam paterfamilias*, inquit, *plantavit vineam, et in vinea sua plantavit ficum* [2]. Quis paterfamilias, nisi Deus qui familiae suae pater est? Plantavit ergo vineam, id est populum, quia *Vineam*, inquit, *ex Aegypto transtulisti, eiecisti gentes et plantasti eam* [3]. Et utique populum, non vineam, ex Aegypto transtulerat, ut sciatis vineam populum intellegi oportere, sicut Isaias *Vinea*, inquit, *Domini sabaoth domus Israel est* [4]. Sed in vinea sua plantavit ficum, id est in populo suo posuit legem. Denique cum Adam et Eva post transgressionem succinctoria sibi de foliis ficulneis fecissent, significabant transgressorem hominem sub umbra legis esse futurum, quia *Lex*, ut apostolus dixit, *non iustis, sed peccatoribus data est* [5]. Nam et sicut ficus primitivos fructus suos aridos et inutiles deicit in terram, et sic denuo alteros renovat quos pingui dulcedine procreatos ad maturitatem debitam profert, ita lex prisca, quam diximus imaginem ficus habere, primitivum populum Iudaeorum inutilem, id est peccatorem, proiecit, et exinde eiectis, ut graeco verbo utar, sycophantis,

1. Act. II, 13.
2. Luc. XIII, 6.
3. Ps. LXXIX, 9.
4. Is. V, 7.
5. I Tim. I, 9.

---

1 omnis] ⋆ *F* — 2 musto] *B F*^{2} multo *F* — 3 verum] *delevit F*^{2} — et ficum] *om. F* — attulerunt] adtulle ⋆ *F* — 4 Ficum] ⋆ *F* — itaque] *delevit F*^{2} — 5 in] ⋆ *F* — 6 manifestavit] *B F*^{2} ...bit *F* — inquid ⋆ familias *F* — 9 id est populum] *F*^{2} ...lorum *F om. B* — ex A. t. eiecisti] ⋆⋆⋆ ecisti *F* — 10 plantas ⋆⋆⋆⋆⋆ pulum *F* — 11 transtulerat ut sciatis] ⋆⋆⋆ atis *F* — 12 intellegi oportere] in ⋆⋆ *F* (...igi *B*) — Isaias] *scripsi*, ysaias *B* esaias *F* — 13 inquit D. sab.] in ⋆⋆⋆ *F* — Israel est] est i. *F* — 14 sua plantavit] ⋆⋆ vit *F* — id] hoc *F* — suo p. legem] ⋆⋆⋆ *F* — 15 transgr.] ⋆ *F* — 16 fi ⋆⋆ ent *F* — signif.] *add. F* adque (*et delevit F*^{2}) — 17 trans ⋆⋆ nem *F* — esse] *F om. B* — futur. quia Lex] fitu ⋆⋆⋆ ex *F* — 18 ut ap. dixit] *post* iustis *F* — peccatoribus] ⋆ *F* — 19 sicut] *B F*^{2} si *F* — p. fructus] primi ⋆⋆ s *F* — 20 in t. et sic] ⋆⋆⋆⋆ c *F* — alteros] *B F*^{2} ...rus *F* — 21 pingui d.] ⋆⋆ ulcedini *F* (...ine *F*^{2}) — 23 id est] ⋆⋆ *F* — 24 proiecit] *F* proicit *B* — eiectis] aiectis *F* (aeiectis *F*^{2}) — ut gr. verbo] ⋆⋆ rbo greco *F*

id est primitivo populo Israel, postea per Xpistum pingues et uberes euangeliorum fructus dulcissimi saporis renovavit in nobis. Nam est genus ficus quod et ipsos primitivos fructus suos usque ad maturitatem adducit, quod bifera appellatur, sicut scriptum est : *Dilexit eos Dominus sicut praecursores ficus* [1]. Sed praecursores patriarchae sunt et prophetae, qui et in veteri testamento fructum iustitiae praetulerunt adventum Xpisti praedicantes, et in novo spem habentes euangeliorum dulcissimam gratiam perceperunt. Ceterum de populo Israel, sed et de nostro, Hieremias ait : *Et ostendit mihi Dominus duos cophinos ficus, unum optimarum, alterum pessimarum* [2]. Quod quidem, ut saepe dixi, duorum populorum iam tunc imaginem indicabat. Duo etenim illi cophini Synagogae Israel et Ecclesiae ex gentibus figuram habebant. Unde ille cophinus pessimarum ficorum reprobam Synagogae plebem ostendit, qui vero optimarum erat suavissimum ac pinguissimum in fide ac veritate Ecclesiae populum portendebat. Qui licet ex unius arboris id est ex unius legis radice nascantur, tamen in fidei fructibus distinguuntur. Alia est enim ficus quae prima cum folio nascitur, sed ad maturitatem non potest pervenire, quod contigit populo Iudaeorum, qui cum ipso folio ficus, id est

1. Os. IX, 10.
2. Ier. XXIV, 1-2.

---

1 primitivo] primi ⋆ *F* — populo] *B F*^{2} ...lum *F* — 2 uberes] ⋆ res *F* — 3 renovavit] *B F*^{2} ...bit *F* — est] et si *F* (*et add.* est *F*^{2} *post* genus) — 4 fructus] *B F*^{2} ...os *F* — adducit] *B F*^{2} addicit *F* — 6 ficus] *in margine* non h ⋆ *scripsit F*^{2} — praec. patriarchae sunt] ⋆⋆⋆ *F* — 7 et 2°] *delevit F*^{2} — vet ⋆⋆⋆⋆ ticiae 8 pretullerunt *F* — adv. X. pr.] adb ⋆⋆⋆ *F* — 9 euang. dulc.] ⋆⋆ *F* — 10 Ceterum de p. I. et de] Ce ⋆⋆⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 11 ostendit m. Dominus] ⋆⋆⋆ *F* — cophinos] cof. *F* — ficus] *F om. B* — optimarum] *correxi*, ...orum *B* ⋆ *F* — 12 alterum] ⋆ *F* — pessimarum] *F*^{2} ...orum *B F* — quod] qui *F*^{2} — quidem ut s. d. duorum] quide ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 13 indi ⋆⋆⋆ enim *F* — 14 cophini] *scripsi*, cof. *B* quof. *F* — Israel] *om. F* — 15 figuram habebant] figura erat *F* — unde] inde et *F* — cophinus] *B F*^{2} ...nos *F* — pessimarum] *F*^{2} ...orum *B F* — 16 reprobam] ...ba *F* — synagogae] *B F*^{2} ...ga *F* — plebem ostendit] pl ⋆⋆ *F* — optimarum] *F*^{2} ...orum *B F* — 17 suav ⋆⋆⋆ guissimum *F* — fide] fidem *F* fidei *F*^{2} — ac] *om. F* — eccl ⋆⋆⋆ tendebat *F* — qui] que *F*^{2} — 18 arboris id est ex unius] a ⋆⋆⋆⋆⋆ nius *F* — 19 legis] *B F*^{2} legem *F* — tamen in f. fructibus] t ⋆⋆⋆⋆ tibus *F* — 20 est] *om. F* — ficus quae] f ⋆⋆ *F* — folio] *B F*^{2} folia *F* — 21 maturitatem] ⋆ *F* — 22 contigit populo] cont ⋆⋆ *F* — ipso folio] *B F*^{2} ...a ...a *F* — ficus id e. cum] ficu ⋆⋆⋆⋆ *F*

cum primo ipso verbo divinae legis, est generatus, sed ad perfectionem maturitatis euangelicae pervenire non meruit; alia vero quae amissis primitivis fructibus postea reparatur, quaeque in scripturis divinis optima deputatur, quod est populus Xpistianorum, qui post offensionem Iudaeorum divinae dulcedinis gratiam consecutus est, sicut scriptum est : *In tua dulcedine praeparasti populum tuum* [1], et *Gustate et videte quia suavis est Dominus* [2]. Unde iam planum vobis esse debet, dilectissimi fratres, ficum istam imaginem legis habuisse, sicut et botrum constat Xpisti esse figuram, quia nec Xpistus sine lege, nec lex sine Xpisto esse potest. Testimonium enim euangelii lex est, et euangelium complementum est legis.

Sed adhuc addit scriptura mala punica, id est granata, simul cum botro ac ficu fuisse prolata. Sed quid haec mala punica intellegi oportet? Ego itaque, dilectissimi fratres, mala ista punica, id est granata, Ecclesiae figuram habuisse intellego. Ut enim mala punica a foris habent corticis sui solidissimum firmamentum, quod nec vento verberante deicitur nec ulla iniuria verberatur, sic Ecclesia, virtute Spiritus Sancti munita ac fidei suae soliditate in cruce Xpisti suspensa, contra omnes mundi turbines firma et stabili perse-

1. Ps. LXVII, 11.
2. Ps. XXXIII, 9.

---

1 primo ipso verbo] *B F²* ...a ...a ...a *F* — generatus] ⋆ *F* — ad] *BF²* dat *F* — 2 perfectionem] *B F²* prof. *F* — euang. pervenire] ⋆⋆ venire *F* — 3 vero] *add. F²* est — amiss ⋆⋆ mitivis *F* — 4 quaeque] ⋆ que *F* — deputatur] deput ⋆ *F* — 6 gratiam] *B F² om. F* — 7 populum] ...lo *F* — tuum G. et v. quia] ⋆⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 8 iam p. v. e. debet] ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 9 ima ⋆⋆⋆⋆ cut *F* — 10 botrum] *B F²* botrus *F* — constat] constituit *F* constitui *F²* — Xpistum e. figuram] ⋆⋆⋆ *F* — 11 nec] *B F² om. F* — sine X. e. potest] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 12 lex et e. complementum] ⋆⋆⋆⋆⋆ mentum *F* — 14 adhuc a. scriptura] ad ⋆⋆⋆ *F et add.* divina — mala punica] ...am ...am *F* ...um ...um *F²* — id est gr.] ⋆⋆⋆ — 15 botro] *B F²* botrum *F* — ac] hec *F* et *F²* — ficu] *B F²* ficum *F* — fuisse p. s. quid] fu ⋆⋆⋆⋆ *F* — haec mala punica] hanc ...am ...am *F* hoc ...um ...um *F²*, *et add. F* id est gra ⋆ — 16 intellegi] *scripsi*, ...igi *B* ⋆ *F* — 17 mala ista punica] *ut supra* — granata] ...tam *F* ... tum*F²* — Ecclesiae] *B F²* ecclesiam *F* — figuram h. intel.] ⋆⋆⋆ llego — 18 mala punica] *ut supra* — foris h. corticis] foli ⋆⋆⋆ is *F* — 19 solidissimum *F* — quod nec vento] ⋆⋆⋆ *F* — 20 iniuria verberatur] in ⋆⋆ rit locum *F² in ras.* — sic] *B F²* si *F* — 21 mu ⋆⋆⋆ dei *F* — solliditate *F* — in] *om. F* — cruce] *conieci*, se *B* radicatam *F² in ras.* — sus (*semieras.*) ⋆⋆ omnes *F* — 22 turbines] *B F²* turpidines *F* — et ⋆⋆ severancia *F*

verantia in arboris suae natura, id est in crucis ligno, perdurat. Sed quia hoc genus pomi quamquam a foris uno cortice concludatur, ab intro tamen multa grana sunt constituta quae sunt candida cum rubore, sic et Ecclesia, quamquam sit, ut iam dixi, unius Sancti Spiritus virtute munita, tamen multitudinem credentium in se conclusam continet et conservat. Multa enim grana mali punici multitudinem populi manifestant. Sed quia ipsa grana candida sunt cum rubore, procul dubio baptismi et passionis typum ostendunt : candidos enim baptisma efficit, passio rubicundos. Sed et sucos habent qui sunt suaves cum austeritate, permixti, quia simplices ut columbae, astuti ut serpentes esse iubemur[1]. Nulla est enim tam suavis bonitas, quae non habeat austeritatem severissimae disciplinae. Et quia iam diximus multa grana multitudinem populi indicare, quae cum a foris uno cortice concludantur interiore tamen velamine distinguuntur, sic et in Ecclesia quoque, licet omnes in uno Xpisti corpore velut membra redigamur, tamen intro sunt et gradus et honores et dignitatum divisiones et charismatum distinctiones, sicut apostolus ait[2] : divisa sunt singulis charismata et dona et merita et officia ab uno et eodem Spiritu in una et eadem Ecclesia.

Et ideo haec omnia quia in figura divinae legis sed et

1. Mat. X, 16.
2. I Cor. XII, 4, sqq.

---

1 id est in] ⋆⋆⋆ *F* — crucis] *B F*^{2} ⋆ uce *F* — 2 genus pomi] ⋆⋆ mi *F* — uno] *B F*^{2} una *F* — 2 con ⋆ atur *F* — constituta] ⋆ stituta *F* — 4 quae] queque grana *F* — rubore] ro ⋆ e *F* — 5 ut iam dixi] *post* unius *F* — munita] *add. F* et in se fide Xpisti stabile (...li *F*^{2}) devocione suspensa — 7 enim ⋆⋆⋆⋆⋆ titudinem *F* — 8 mani ⋆⋆⋆⋆⋆ candida *F* — 9 rubore] robore *F* — procul] praecu ⋆ *F ut videtur* — dubio b. et passionis] ⋆⋆⋆⋆ sionis *F* — 10 cand ⋆⋆⋆⋆ ficit *F* — robicum ⋆⋆⋆⋆⋆ qui *F* — 11 austeritate] autor ⋆ *F* (auster ⋆ *F*^{2}) — 12 permixti quia] ⋆⋆ *F* — ut] sicut *F* — astuti] *praemisit* et *F*^{2} — ut s. e. iubemur] ⋆⋆⋆⋆ bemus *F* — 13 est] *F om. B* — suavis b. q. non] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 14 habeat] habet *F* — austeritatem] *B F*^{2} austerelitatem *F* — sev. disciplinae] severi ⋆⋆ *F* — 15 grana m.] g. ⋆⋆ nem *F* — 16 cum ⋆⋆⋆⋆ tice *F* — int. t. velamine] interio ⋆⋆⋆ *F* — 17 distinguuntur] *scripsi*, ...guntur *B F* — quoque omnes] ⋆⋆ *F* — licet] *supplevi* — 18 membra redigamur] memb ⋆⋆ *F* — 19 et 1°] *B F*^{2} haec *F* — hono ⋆⋆⋆ tum — 20 distinctiones] distin ⋆ *F* — singulis] *correxi*, singula *B* sing ⋆ *F* — 21 charismata] ⋆ ta *F* — uno et eodem] ⋆⋆⋆ *F* — 22 spiritu] *B F*^{2} ...tum *F* — et eadem] eadem *F* eademque *F*^{2} — 23 omnia quia] ⋆⋆ *F* — divinae] *B F*^{2} ...na *F* — sed] *erasit F*^{2}

Xpisti Ecclesiae populo Israel offerebantur, et illi non solum indignos se huius gratiae accipiendae iudicarunt, verum et ad Aegyptum, id est ad saeculum, redire voluerunt, nec terram repromissionis fluentem lac et mel percipere meruerunt. Quae enim terra est de qua lac et mel fluere scriptura testatur? Si enim Iudaeam dixeris, nemo adhuc umquam aut mel de petra aut lac de terra fluere meminit. Sed terra de qua lac et mel fluere dicitur caro est Xpisti, ex qua lac priscae legis fluens ad alimenta credentibus datur, et mel, id est suavitas euangeliorum, ex redundantia Xpisti tribuitur; sicut et vinum novum ex botro qui in phalanga allatus est, et legis maturitas in ficu, et mala punica in Ecclesiae unitate. Sed et omnia bona caelestis regni quae Iudaeis repromissa erant, nos per fidem Xpisti consecuti sumus, qui veri Israelitae a Domino nuncupamur.

---

1 populo] ⋆ *F* — et] set F^2 — 2 indignos] in ⋆ *F* — iudicarunt] *B* F^2 indica runt *F* — 3 voluerunt] ⋆ luerunt *F* — 4 lac] ⋆ *F* — 5 de] a *F* — 6 Si e. i. d. nemo] ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 7 de petra-fluere] ⋆⋆⋆⋆⋆⋆⋆ ere *F* — 8 de qua-dicitur] ⋆⋆⋆⋆⋆⋆ dicit *F* — ex] et *F* — 9 priscae l. f. ad alimenta] ⋆⋆⋆⋆⋆ limenta *F* — 10 et mel-euangeliorum ex] ⋆⋆⋆ ac dulcedine (dulcedo F^2) euangeliorum fide ⋆ *F* — redundantia] *scripsi*, reduntia *B* ⋆ cia *F* — 11 vinum n. ex botro vi ⋆⋆⋆⋆ *F* — falanga *F* — 12 adlatus *F* — legis maturitas] ⋆⋆ tas *F* — ficu] *B* F^2 ficum *F* — mala punica] BF^2 ...am ...am *F* — in] 2° pro F^2 — 13 Ecclesiae unitate] ⋆⋆ *F* — quae l. repromissa] ⋆⋆⋆ missa *F* — 14 conse ⋆⋆⋆⋆ eri *F* — 15 nuncupamur] nocupamur *F* (nonc... F^2) — *Sequitur doxologia* : Praestabit nobis haec omnia (pres ⋆⋆⋆⋆ nia *F*) omnipotens (*post* pater *F*) deus pater per dominum nostrum Ihesum (nostro Ihesu *F correxit* F^2) Xpistum amen (⋆⋆ *F*)

[XII]

Et misit Iesus filius Nave ex Satten duos viros exploratores absconse[1].

Hause ergo filius Nave, qui abolito et mutato nomine Iesus meruit appellari, ut novum imperatorem inauguratum scilicet dominico nomine exercitus audiret, cum populum filiorum Israel in terram repromissionis induceret, ne quasi per legem Moysi, et non per Salvatorem magis cuius ille Iesus nomen accommodatum acceperat, idem populus videretur inductus, figuram Xpisti habens multarum virtutum praebuit documenta. Quae quia nunc longum est omnia recensere, de praesenti tantum lectione tractandum est.

Et misit, inquit, *Iesus filius Nave ex Satten duos viros exploratores absconse, dicens : Ascendite et videte terram et Hiericho. Et venientes intraverunt duo iuvenes Hiericho, et intraverunt in domum mulieris fornicariae, cui nomen erat*

1. Ios. II, 1.

---

2 Et] t *B initiali littera praetermissa de more. Praemisit F* ⋆ INCIPIT SEQ DE LIBRO IHV NAVE — Et misit Iesus filius] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ us *F* — Satten] *scripsi* (Σαττείν Ios. II, 1) acten *B* acten *F semieras.* — virosexp.] ⋆ ⋆ oratores *F* — 4 Hause] *scripsi* (Αὐσή Num. XIII, 9) auses *B* ⋆ *F. Praemisit F*^{2} *in ras.* Quis est iste rogo — ergo filius Nave] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — abolito] *F* abolite *B* — Iesus] *F om. B* — 5 meruit appellari] ⋆ ⋆ llari *F* — ut] *add. F*^{2} quasi — inauguratum] eum in figu ⋆ *F*^{2} *in ras.* — 6 dominico] *conieci*, domini quod *B* dominus (*ex* dominum) quod *F* (eo *F*^{2} *corr.*) — audiret] *conieci*, adoret *B* ado ⋆ *F* — 7 induceret] *B F*^{2} indiceret *F* — ne] *praemisit F*^{2} Sed — 8 non per] ⋆ ⋆ *F* — 9 accommodatum] *scripsi*, accomodatum *B* ad ⋆ oddatum *F* — idem] *F* idest *B* — 10 inductus] ⋆ uctus *F* — figuram] *F* formam *B* — habens] eum habuisse *F*^{2} *in ras.* — virtutum] virtu ⋆ *F* — praebuit] praebuere *F*^{2} *in ras.* — 11 quae] et *F*^{2} — nunc] *F om. B* — 13 ex Satten] *scripsi*, ex acten *B* exactis *F semieras.* — 14 expl. ab. dicens] ⋆ ⋆ ⋆ cens *F* — videte] vide *F* — terram et] ter ⋆ ⋆ *F om. B* — 15 Hiericho et v. intraverunt] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ verunt *F* — Hiericho] iericho *F et subinde* — et int. in dom. mulieris] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ lieris *F* — 16 era ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ sunt *F*

Raab, et hospitati sunt ibi[1]. Attendite dispositiones istius sacramenti, dilectissimi fratres, et requirite causas rerum, cur tanti et tales viri, pro quibus Dominus tantas virtutes tantaque mirabilia faciebat, ad mulierem meretricem fuerunt ingressi, quasi alibi hospitium habere non possent. Sed puto ego hoc eos non fortuitu sed consulte prophetica ratione fecisse. Multis enim in locis meretricem hanc, non solum hospitam sanctorum, sed et coniugem invenio. Denique Osee prophetae sanctissimo iubetur a Domino ut fornicariam acciperet uxorem : *Dixit enim*, inquit, *mihi Dominus : Accipe tibi uxorem fornicariam, et fac filios fornicationis*[2]. Ipse quoque Dominus Salvatorque noster, cum apud Samariam supra puteum resedisset, nemini illic prius quam fornicariae est collocutus. Cui cum diceret : *Quinque viros habuisti, et nunc quem habes non est tuus*[3], tunc illa credens Messiam, id est Xpistum, eum esse confessa est. Denique pedes ipsius Salvatoris mulier meretrix lacrimis suis lavit, et capillis capitis sui tersit, et osculans eosdem pedes unguento perfudit. Videamus ergo hospitam nostram cuius figuram induxerit.

Haec itaque Raab, etsi meretrix dicta est, tamen Ecclesiae virginis sacramenta umbramque futurarum in fine saeculi rerum praesaga gestabat, quae protecta sola pereuntibus

1. Ios. II, 1.
2. Os. I, 2.
3. Ioa. IV, 18.

---

1 Attendite] adtend. *F* — dispo ⋆ ⋆ ⋆ mentum *F* — 2 requir. c. r. cur] requir ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 3 tantas v. tantaque] ⋆ ⋆ ⋆ que *F* — 4 meretricem fuerunt] ⋆ ⋆ erunt *F* (erint F^2) — 5 hab. n. possent] h ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 6 puto ego] ego p. F^2 — sed c. prophetica] ⋆ ⋆ ⋆ tica *F* — 7 in l. meretricem] ⋆ ⋆ ⋆ tricem *F* — 8 sanctorum] *F om. B* — sed et coni.] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 9 sanctissimo proph ⋆ *F* — iubetur] ⋆ *F* — 10 uxorem Dixit] uxor ⋆ ⋆ *F* — uxo ⋆ ⋆ riam *F* — 12 Ipse q. Dominus] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — cum] *B* F^2 quem *F* — 13 supra p. resedisset] ⋆ ⋆ ⋆ disset *F* — nemini] *B* F^2 ...ne *F* — prius illic *F* — 14 fornica ⋆ ⋆ ⋆ qutus *F* — 15 habuisti et] hab ⋆ ⋆ *F* — est] *om. F* — tuus] *add.* vir *F* — 16 credens] ⋆ dens *F* — Messiam] *F* messyam *B* — 17 Denique] ⋆ ceps *F* — meretr ⋆ *F* — 18 et osculans] ⋆ ⋆ culans *F* — 19 perfudit] *F* profudit *B* — ergo] *F* itaque *B* — hospitam nostram] *conieci*, ad hospitam nostram *F* hospita nostra *B* — 21 tamen E. v. sacramenta] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ramenta *F* — 22 umbramque] F^2 *in ras.*, meditata *B* — fu ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ rum *F* — 23 gestabat] F^2 *in ras.*, umbra *B* — protecta sola] protec ⋆ ⋆ *F* — pereuntibus] proe. *F*

cunctis ad vitam est reservata. Nam et cum Osee diceretur prophetae : *Accipe tibi uxorem fornicariam*, iam utique tunc Ecclesiae ex gentibus venientis praefigurabatur imago, eo quod a meretricio nationum et fornicatione idolorum, quia *Fornicati sunt*, inquit, *post deos alienos* [1], populus congregandus erat unde Ecclesia nuncupatur, quia Ecclesia de graeco in latino vocabulo congregatio populi dicitur. Et sicut, dicente apostolo, *Sanctificatur mulier infidelis per virum fidelem* [2], sic et sanctificata est Ecclesia ex infidelitate gentilium et fornicatione simulacrorum veniens, et in Xpisti corpore deputata cuius nos membra esse eodem apostolo [3] auctore didicimus. Igitur quia Ecclesia ex multitudine gentium collecta tunc meretrix dicebatur, ideo in figura Ecclesiae Raab ista sanctorum hospita invenitur.

Unde factum est ut, cum litui tuba ducentium divinos spiritus sacerdotum longe aere decurrens victoriosum carmen animaret, cum septemplices Hiericho caderent muri et ruentium plebium nova strages totum gentilium vulgus operiret, sola, ut dixi, Raab inventa est digna quae incolumis servaretur. Quod quidem praefigurabatur, quia novissimis temporibus, cum saeculi clades advenerit et septemplices plagae caelestes per septem tubas vel septem

1. Ier. XI, 10.
2. I Cor. VII, 14.
3. I Cor. VI, 15.

---

1 est reservata] ⋆⋆ *F* — 2 prophetae] *F om. B* — Accipe t. uxorem] ⋆⋆⋆ *F* — 3 Ecclesiae ex. g.] ⋆⋆⋆ *F* — venientis] *B F*^{2} ...ti *F* — immago *F* — 4 eo quod a m.] ⋆⋆⋆⋆ *F* — nationum] nacione et *F*^{2} — et] *B* ex *F* — idolorum quia] ⋆⋆ *F* — 5 inquit] *eras. F*^{2} — alienos populus] ⋆⋆ *F* — congregandus] *B F*^{2} ...dos *F* — 6 Ecclesia nuncupatur] ⋆⋆ ur *F* — de graeco] *B F* graece *F*^{2} — 7 vocab. congr.] ⋆⋆ regacio *F* — 8 dicente apostolo] apostolus ⋆ *F* — sanctificatur] ⋆ ficatur *F* — per] in *F* — 9 virum] viro *F* — fidelem sic et] ⋆⋆⋆ *F* — est] *F om. B* — 10 gentilium et] ⋆⋆ *F* — veni ⋆⋆ in *F* — 11 membra esse] ⋆⋆ *F* — 12 Igitur quia] ⋆ ⋆ ia *F* — Ecclesia] *add.* ut sepe dixi *F* — 13 gentilium collecta] ⋆ ⋆ ecta *F* — in figura] ⋆⋆ *F* — 14 invenitur] inve ⋆ *F* — 15 litui] *corr.*, lituit *B* latuit *F* — tuba] tubas *F* tubis *F*^{2} — ducentium] ⋆ *F* — divinos] *B F* divinus *F*^{2} — 16 longe] longo *F*^{2} — de ⋆ rrens *F* — 17 animaret] caneret *F*^{2} *in ras.* — cum] quo *F*^{2} *in ras.* — sep ⋆ pplices *F* — Hiericho] *scripsi*, ...ontis *B F* — caderent] caderentur *F* — 18 nova] *scripsi*, novae *B F*^{2} novaes *F* — strages] *B F*^{2} traies *F* — 19 operiret] *F* periret *B* — ut dixi et] *eras. F*^{2} — 20 incolumis] *F*^{2} ...lomis *B F* — quia novissimis] qu ⋆⋆ *F* — 21 cladis *F* — adv ⋆⋆⋆ plices *F* — 22 tubas v. septem] ⋆⋆⋆ *F*

phialas angelorum omne genus hominum cum Antixpisto percusserint, nemo in hoc saeculo salvus erit nisi qui in domo Raab, id est in Ecclesia Xpisti, fuerit inclusus. Magna enim gratia, magna vis, magna indulgentia et felicitas Ecclesiae ex gentibus a Xpisto donata est, ut legitimis praeceptis redintegrata et euangelico beneficio sanctificata, quae quondam fuerat popularis fieret unius Sancti Spiritus coniux pudica. De ceteris etenim turpitudinum sordibus divino lavacro lota purificatur, et virgo fit de priore meretrice peccati, — sicut ipse Dominus Iudaeis dicebat : *Prostitutae vos praecedent in regnum caelorum*[1], — quae, dum per fidem Xpisti sancto corpori iungitur et lavacri vitalis sanctificatione mundatur, exinde in regno Dei praecedere dicitur. Unde iam planum vobis esse debet quia et Raab hospita nostra, quae duos speculatores Israel in domo sua recepit, iam tunc figuram Ecclesiae ex gentibus venientis liniabat.

Sed qui sunt isti duo speculatores nisi duo testamenta legis et euangeliorum, quorum praecepta speculantur omnem terram, id est universam carnem in legis et fidei gratia constitutam, quia caro terra imaginaliter nuncupatur, quam Dominus in haereditatem promissam credentibus est in prima resurrectione redditurus? Hos ergo speculatores, id est legem et euangelium, nulla alia domus quam Ecclesia ex gentibus veniens recipere et conser-

1. Mat. XXI, 31.

---

1 phialas] *scripsi*, fialas *B F* — genus h. cum] ge ⋆⋆⋆ *F* — 2 ne ⋆⋆⋆⋆⋆ vus *F* — 3 id e. i. Ecclesia] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 4 enim gratia magna] e ⋆⋆⋆ gna *F* — felicitas] *scripsi*, felicitatis *B* ⋆ *F* — 5 legitimis praeceptis] l ⋆⋆ tis *F* — 6 redintegrata] *F* sed integrata *B* — euangelico] *F* ...lio *B* — 7 quae] *B F*^{2} qui *F* — popu ⋆⋆ ret *F* — unius] *F* unlus *B* — 8 coniux] *B F*^{2} conius *F* — pudic ⋆⋆ ⋆⋆ enim *F* — 9 lavacro] ⋆ *F* — lota] *F* tota *B* — fi ⋆⋆⋆ re *F* — meretrice peccati] ...cis ...to *F*^{2} — 10 ipse D. Iudaeis] ⋆⋆⋆ deis *F* — 11 praecedent] *correxi*, praecedunt *B* prae ⋆ *F* — in] ⋆ *F* — regnum] regno *F* — quae] *F*^{2} qui *B F* — per] *F*^{2} pro *B F* — 12 fidem] *F* fide *B* — sancto] ⋆ *F* — corpori] *correxi*, corpore *B* ⋆ pore *F* — sanctif.] sc ⋆ one *F* — 13 exinde] *add. F*^{2} eos — praecedere] prae ⋆ *F* — dicitur] *F*^{2} ...atur *B F* — 14 esse debet] est do ⋆ *F* — 15 Israhelis *F* — 16 tunc] t ⋆ *F* — venientis] *F*^{2} ...ti *B F* — 19 id est universam] ⋆⋆⋆ sam *F* — 20 gratia] ⋆ *F* — constitutam] *conieci*, constituti *B* ⋆ tuti *F* — imagi ⋆⋆ quam *F* — 21 promissam c. est] pro ⋆⋆ *F omittens fortasse* est — 22 redditurus] re ⋆ *F* (est *praemisit F*^{2}) — Hos] ⋆ *F* — 23 et e. nulla] ⋆⋆⋆ lla *F* — et euangelium] ⋆⋆ *F* — gentibus veniens] ⋆⋆ ens *F*

vare meruit, quia qui praecepta legis servaverit ipse conservatur ad vitam. Sub hac itaque figura et in euangelio mulier meretrix, ut iam dixi, lacrimis suis pedes Domini lavit, quae, quia Ecclesiae ex gentibus venientis typum induerat, ideo per uberes paenitentiae lacrimas vetus abluit crimen, et sancta vestigia sibi profutura iam tunc soluto crine tergebat. Sed et unguentum formosis pedibus infundebat, ut, dum pedes Domini osculatur, proficeret ad oris accessum, et, dum praemissis vatibus credit, etiam viva voce Domini frueretur. Sic enim in epithalamio illo quod dicitur Canticum Salomonis, scriptum est : *Osculetur me ab osculo oris sui, quoniam bona sunt ubera tua super vinum*[1]. Quod est osculum dominici oris ut sponsus Xpistus sponsae suae Ecclesiae praesens praesenti loqueretur, et sermonem divinae pacis velut osculum daret. Quid autem vocis osculo verius? Quod dixit : *Pacem meam do vobis*[2], quia pacis melle coniuncti nec in ipsa morte divisi sunt. Ecce sic ab osculo oris sui Dominus osculatur Ecclesiam, dum depromit in se mella psalmorum, dum favum indicans legis ore colloquitur, dum id quod per prophetas ante praedixerat ipse contulit et implevit, sicut scriptum est : *Ego qui loquebar veni*[3]. Hoc est ergo osculum oris

1. Cant. I, 1.
2. Ioa. XIV, 27.
3. Is. LII, 6.

---

1 meruit quia] me ⋆⋆ *F* — qui] quid *F* — ipse conservatur] ⋆⋆ vatur *F* — 2 figu ⋆⋆⋆⋆ o *F* — in] *supplevi, om. B* — 3 lacrimis] ⋆ *F* — 4 lavit] F^2 lavavit *B* — Ecclesiae] *F* ...a *B* — ex gentibus] ⋆⋆ *F* — typum] *scripsi,* thypum *F* tiphum *B* — 5 ideo] ⋆ *F* — per] *correxi,* pro *B* ⋆ *F* — uberes] ⋆ peribus F^2 *in ras.* — lacrimas] *B F* ...is F^2 — 6 abluit] ⋆ it *F* — profutura] *conieci,* post futura *B* post modum ⋆ *F* — 7 tergebat] *B* F^2 tegebat *F* — et unguentum] ⋆⋆ tum *F* — 8 infunde ⋆⋆ dum *F* — osculatur] *F* ...antur *B* — ad oris] *conieci,* odoris *B* ⋆ s *F* (ad F^2 *praemisit*) — 9 accessum] *conieci,* accensum *B F* — credit] ⋆ dit *F* — etiam] iam F^2 — 10 epithalamio] F^2 ...ium *B F* — illo] *correxi,* illud *B F* — 11 dicitur] *supplevit* F^2 — 12 ab] *F om. B* — 13 vinum] *F* ...o *B* — 14 praesens] *F om. B* — praesenti] *F* praessenti *B* — 16 dixit] dixi *F* — Pacem m. do vobis] P ⋆⋆⋆⋆ *F* — 17 nec in ipsa morte] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 18 sunt] *supplevit* F^2 — oscu ⋆⋆⋆⋆⋆ culator (...tur F^2) *F* — 19 in se m. psalmorum] ⋆⋆⋆⋆ morum *F* — 20 indicans] *conieci,* indicum *B F* — legis] *conieci,* leonis *B* ⋆ *F* — ore colloquitur] ⋆⋆ quitur *F* — 21 contulit et] *eras. F* — scriptum est Ego] scri ⋆⋆⋆ *F* — 22 ergo osculum oris] er ⋆⋆ monis *F*.

sui, quod Dominus, ut dixi, praesens praesenti Ecclesiae tradidit, cui et annulum fidei quasi nuptiarum spiritalium pronubum consignavit. Et inde est quod praemisimus, quod Osee inclito prophetae iubetur ut fornicariam duceret uxorem [...] gentium et ex meretricio idolorum Ecclesiam magis iam dominico corpori adhaerere quam Synagogam, cui libellum repudii per eumdem vatem se dedisse testatur. Nec illam iam uxorem esse, nec se esse virum illius profitetur. Denique et filiis quos ex eadem fornicaria suscepit, uni « Non populus meus » nomen imposuit, et alterum « Non dilectam » vocavit : *Erit enim*, inquit, *ubi non populus meus populus meus, et quae non dilecta dilecta*[1]. Quia *Erit*, inquit, *ubi non populus meus ibi filii Dei vocabuntur*[2]. Hoc ideo quia nos, qui retro non populus illius eramus cum in nationibus gentium moraremur, per fidem Xpisti credentes populus ipsius efficiendi essemus et filii Dei vivi vocandi, sed et Ecclesia, quae olim non dilecta erat antequam adsumeretur a Xpisto, postmodum fieret dilecta.

Sed adhuc adiecit scriptura divina : *Et cum scisset*, inquit, *rex Hiericho quod duo viri exploratores ex Israel ad Raab meretricem intrassent, misit ad eam dicens : Exhibe viros*

1. Os. II, 24. Rom. IX, 25.
2. Os. I, 10. Rom. IX, 26.

---

1 praesenti] ⋆ *F* — 2 cui] quam F^2 *in ras.* — annulum] anulum *F* (...lo F^2 — quasi] *conieci*, qua *B* ⋆ *F* — nuptiarum spir.] ⋆ ⋆ lium *F* — 3 pronubum] *correxi*, pronubam *B* foedere F^2 *in ras.* — inde est quod] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 4 prophetae iubetur] proph ⋆ ⋆ *F* — 5 uxorem] *Supple* « per quod significabat venientem ex infidelitate » — gentium et] ⋆ ⋆ *F* — 6 Ecclesiam] *add.* F^2 enim — magis iam] m ⋆ ⋆ *F* — dominico] ⋆ luit suo F^2 *in ras.* — quam Syn.] q ⋆ ⋆ *F* — 7 per] F^2 pro *B F* — vatem se dedisse] vat ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 8 Nec] *F* (quia *praemisit.* F^2) Nam *B* — iam] *F om. B* — uxorem esse] uxor ⋆ ⋆ *F* — nec se esse] *correxi*, nec //////se *F* non esse *B* — 9 profitetur] *correxi*, ...teretur *B F* dignatus est F^2 *in ras.* — Denique et] ⋆ ⋆ *F* — filiis] F^3 ...os *B* ...us *F* — quos] *B* F^2 quod *F* — fornicaria] *B* F^2 ...e *F* — 10 suscepit uni] su ⋆ ⋆ *F* — imposuit] *scripsi*, inp. *B F* — 11 alterum Non] ⋆ ⋆ *F* — 12 inquit ubi non] inq ⋆ ⋆ ⋆ *F* — non dilecta] ⋆ ⋆ *F* — 13 quia] que *F* quid est Et F^2 — non populus] ⋆ ⋆ *F* — 14 ideo quia] *F om. B* — 15 in nationibus] ⋆ ⋆ cionibus *F* — 16 credentes pop. ipsius] ⋆ ⋆ ⋆ us *F* — 17 Dei v. v. sed et] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — Ecclesia] ...ae *F* — quae] *B* F^2 qui *F* — 18 erat a. adsumeretur] ⋆ ⋆ ⋆ umeretur *F* — 19 fieret] ⋆ *F* — 20 scriptura divina] ⋆ ⋆ ina *F* — 21 rex ⋆ ⋆ ⋆ uo *F* — ad R. meretricem] ⋆ ⋆ ⋆ retricem *F* — 22 dicens exhibe] ⋆ ⋆ xibe *F*

qui intraverunt in domo tua nocte[1]. Diximus iam duos viros istos duorum testamentorum figuram habuisse, per quos omnis terra, id est omnis caro, a Domino exploratur, regem autem Hiericho diaboli similitudinem indicasse, qui hostis est novi et veteris testamenti, et omnes sanctos semper est persecutus sed et propheticam et sapientem mulierem quae vere typum Ecclesiae per omnia portendebat. *Abscondit enim*, inquit, *hos duos viros in pergulam lini*[2]. Hoc est in secreto cordis sui abscondit legem et euangelium, quos viros appellat : abscondit utique, ne potestatem haberet diabolus eruendi verbum Dei ab his qui per euangelium Deo servituri erant. Denique et in Actibus apostolorum[3] Ecclesiae figura in vas lineum quattuor laciniis ligatum beato Petro apostolo demonstratur, eo quod in saeculo tantos labores Ecclesia passura esset quam est lini cultura multiplex et laboriosa operatio.

Sed haec alius apertior erit disputandi locus, hoc quod coepimus explicemus. Triplex est ergo ista custodia. Nam primo ingrediuntur in domum, secundo absconduntur in pergulam, tertio in superiora domus transferuntur. Sed et nocte, inquit, venerunt, quia adhuc in tenebris nationum et in nocte ignorantiae posita erat, ut postea quae meretrix dicebatur propter culturam idololatriae [...].

1. Ios. II, 3.
2. Ios. II, 6.
3. Act. X, 11.

---

1 tua nocte] ⋆ ⋆ *F* — iam] *F om. B* — 2 duorum] ⋆ *F* — 3 omnis terra] ⋆ ⋆ rra *F* — exploratur] explora ⋆ *F* — 4 Hiericho] *scripsi*, ...o *B* ...ontis *F* — similit.] simi ⋆ *F* — est] *conieci*, et *B F* — 5 vete ⋆ ⋆ menti *F* — omnes sanctos] *B F*[2] ...is ...us *F* — persecutus] persequitur *F* — 6 sed et proph. et sap.] ⋆ ⋆ ⋆ entem et proph. *F* — mulierem] *F om. B* — quae] quod *F*[2] — 7 ty ⋆ ⋆ per *F* — 8 inquit hos duos] in ⋆ ⋆ ⋆ *F* — se ⋆ ⋆ rdis *F* — 9 viros appellat] ⋆ ⋆ pellat *F* — 10 potesta ⋆ ⋆ ret *F* — 11 eruendi] *B F*[2] erudiendi *F* — qui per] ⋆ ⋆ *F* — 12 Ac ⋆ ⋆ orum *F* — 13 figura] *F*[2] figuram *B F*, *post scripserat* et *F et erasit F*[2] *ut videtur* — quattuor] ⋆ uor *F* — 14 demonstratur] ⋆ onstratur *F* — 15 Ecclesia] ⋆ *F* — esset] esse *F* — quam] quanta *F*[2] *in ras.* — est] *add.* a *B* — cultura] ...am *B* — multiplex] multi ⋆ *F* — et laboriosa operatio] *om. F* — 17 Sed haec-custodia] *Aliter F* : Sed videamus exploratorum (*F*[2] *in ras.*) custodiam (*F*[2] *ex* custodia) — haec] *correxi*, hinc *B* — disputandi] *correxi*,...ti *B* — hoc] *correxi*, hunc *B* — 19 secundo abscon.] secund ⋆ ⋆ *F* — 20 tertio] *F* ...a *B* — superiora] *correxi*, ...e *B* superio ⋆ *F* — domus transf.] ⋆ ⋆ runtur *F* — 21 in ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ huc *F* — 22 nocte ign.] ⋆ ⋆ *F* — ut postea] *semieras. F* — m. dicebatur] ⋆ ⋆ tur *F* — 23 idololatriae] *scripsi*, idolatr. *B F*. *Inde supple* « per fidem Xpisti inluminaretur »

Sic et Dominus Noe praecepit ut tricameratam arcam in figuram Ecclesiae faceret. Primum etenim catechumenum hominem quasi ad hospitium corporis sermo legis ingreditur. Deinde ad competentem in secreto animae quasi in pergulam lini mysterium sacramenti absconditur. Tertio ad fidelem in superiora domus per virtutum gradus ad culmen Sancti Spiritus pervenitur. Unde et beatus Paulus apostolus triformem hominem esse ad Thessalonicenses scribens dicit: *Ut integer spiritus vester et anima et corpus sine querela in diem Domini reservetur*[1]. Caro ergo hominis verbum Dei quasi hospitem recipit, anima vero conservat et tutat, Spiritus extollit et elevat.

Unde haec mulier Raab quae speculatores suscepit in domo, abscondit in pergulam et in superiora domus imposuit, rogans ut cum ea misericordiam facerent cum victoriam reportassent. Ita et Ecclesia rogat Deum per legem et euangelium, per quae explorat et speculatur carnem, quam terram appellat, ut a mundi perditione et ab aeterna morte liberetur, eo scilicet tempore quo iudicaturus est saeculum per ignem et venerit regnare cum sanctis.

Sed quale signum conservandae domus causa proponatur, rogo, diligentius audite. *Coccum*, inquit, *in reste ligatum de fenestra suspende, et omnes qui ad te pertinent in domo tua collige. Si quis autem foras fuerit inventus, nos absoluti*

1. I Thess. V, 23.

---

1 Sic et D. N. praecepit] ⋆⋆⋆⋆⋆ cepit *F* — ut tricame.] *B F*^{2} utrica mer. *F* — in f. Ecclesiae] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 2 catechumenum] *scripsi*, catecuminum *B* caticum ⋆ *F* — 3 hominem] ⋆ *F* — ad] *erasit F*^{2} — ser ⋆⋆⋆ ditur *F* — 4 ad competentem] apud confitentem *F*^{2} — secreto animae] ⋆⋆ mo *F* — in] *om. F* — 5 pergulam] *F* pergula *B* — sac ⋆⋆ ditur *F* (ur *semieras.*) — Tertio] *B F*^{2} ...a *F* — 6 sup. dom. per] supe ⋆⋆⋆ *F* — virtutum] ...em *F* — 7 pervenitur] ⋆ *F* — 8 trif ⋆⋆ nem *F* — ad Th.] adte salonicenses *F* — scribens] scribis *F* — dicit ut] ⋆⋆ *F* — 9 sine querela] ⋆⋆ *F* — 10 hominis verbum] ⋆⋆ *F* — 11 recipit] *F*^{2} recepit *B F* — vero conservat] v ⋆⋆ *F* — tutat] totam *F* totum eum *F*^{2} — 12 elevat] *B F*^{2} ellevat *F* — 13 U ⋆⋆⋆ lier *F*. *Hic etiam lacunam cave.* — quae] *F* quia *B* — 14 in d. abscondit] ⋆⋆⋆ condit *F* — domu ⋆⋆ it *F* — 15 ea] *B F*^{2} eam *F* — facerent] f ⋆ *F* — 17 quae] *conieci* quem *B F* — et] *add.* in *B* — et speculatur] ⋆⋆ culatur *F* — 18 appellat] apellat *F* — mundi] ⋆ *F* — 19 liberetur] liberaret *ut videtur F* — eo s. temp.] ⋆⋆⋆ *F* — 20 per i. et venerit] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 21 signum cons.] ⋆⋆ *F* — causa] *expunxit F*^{2} — proponatur] *F* praep. *B* — 22 rogo dil.] ⋆⋆ *F* — reste l. de] ⋆⋆⋆ *F* — 23 suspende] *F* ...deret *B* — te p. in d. tua] ⋆⋆⋆⋆ re tuae *F* — 24 fo ⋆⋆⋆ entus *F*

erimus ab hoc iuramento quod tecum ipsi disposuimus[1]. Sed quid hoc mysterium sit, ut coccum in reste vel sparto de fenestra suspendatur, diligentius debemus advertere. Fenestra itaque lumen domui praestat et quae sunt eius interiora inluminat. Cum itaque terram carnem hominis dixerimus, quid aliud fenestram quam credulitatem fidei debemus accipere? Per fidem enim lumen mentis infunditur, et omnia interiora cordis inluminantur. Sed *coccum*, inquit, *suspende*. Quid hic coccum indicat, nisi praeclarum sanguinem dominicae passionis? Hoc enim salvantur qui ad praemium aeternae vitae sunt destinati. Denique et in sacramento paschae quiddam tale praecesserat, ut sanguine agni qui in figura Xpisti est immolatus, postes et limina signarentur, quo viso angelus vastationis, qui totam Aegyptum percutere habebat, a signatis sanguine domibus arceretur. Hinc est quod Ecclesiae labia, quae caro est, in Canticis canticorum resti coccineae comparantur; sic enim ait : *Sponsa, labia tua ut restis coccinea*[2]. Traxerat enim aliquando restem peccati dum adhuc in nationibus gentium moraretur, sicut Salomon ait : *Restibus peccatorum suorum unusquisque constringitur*[3], et Isaias : *Qui trahunt*, inquit, *peccata sicut restem longam*[4]. Sed hanc restem peccati antequam crederet traxerat, postea cocco Xpisti san-

1. Ios. II, 18-19.
2. Cant. IV, 3.
3. Prov. V, 22.
4. Is. V, 18.

---

1 hoc iuramento] ⋆ ⋆ *F* — 2 quid h. m.] ⋆ ⋆ ⋆ erium *F* — coccum] *F* cocum *B et ita constanter.* — spar ⋆ ⋆ ⋆ a *F* — 3 advertere] ⋆ *F* — 4 praestat] ...et *F* — et quae sunt] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 5 terram] *supplevit* F^2 — carnem hom.] ⋆ ⋆ inis *F* — 6 fenes ⋆ ⋆ ⋆ edulitatem *F* — 7 Per fidem] ⋆ ⋆ *F* — 8 interiora] ⋆ *F* — inquit suspende] ⋆ ⋆ ende *F* — 9 coccum] ...us F^2 — prae ⋆ ⋆ uinem *F* (uis F^2) — 10 dominicae] *B* F^2 ...ci *F* — enim] *add. F* signo — salvantur] *F* —⋆ 11 disti (desti F^2) ⋆ ⋆ enique *F* — 12 quiddam] F^2 quidam *B F* — ta ⋆ ⋆ erat *F* — sanguine] *correxi*, ...nem *B F* — 13 est immolatus] ⋆ ⋆ latus *F* — 14 signarentur] F^2 signari *B F* — vi ⋆ ⋆ lus *F* — totam] *correxi*, ...um *B F* — 15 habebat] ⋆ bat *F* — arceretur] arcere ⋆ *F* — 16 can ⋆ s *F* — 17 resti] *scripsi*, reste *B F* — comparantur] *B F* ...entur F^2 — 18 restis c. Traxerat] res ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 19 restem] *B* F^2 testem *F* — peccat ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ bus *F* — 20 sicut S. ait Restibus] ⋆ ⋆ ⋆ tibus *F* (ti F^2) — 21 un. constringitur] ⋆ ⋆ tur *F* — Isaias] *scripsi*, esaeas *B* esaias *F* — trahunt i. p. sicut] tr ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 22 restem p. a. crederet] re ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ deret *F* — 23 cocco X. s. tinxit] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ta F^2 *in ras.*

guinis tinxit, suco dominici cruoris infecit. Inde est quod et genae eius apud eumdem[1] ut corium granatae dicuntur. Inde illic[2] candidus et rubicundus frater compunctus lancea a militibus auditur. Inde et in vino passionis amictum, id est corpus suum, lavit, quod Iudas impius vendiderat, quod Israel torcular exprimebat. Inde est quod de Edom, quod nomen aemuli fratris est, rubulentas primitias adferens triumphabat. Inde est quod de Bosor, qui locus homicidii est adsignatus, a iudaico populo quasi a Cham fratre interemptus cum rubro vestimento veniebat. Ecce sic pro nostro delicto, dum iustus sanguis effunditur, restis peccatorum coccino purpuratur. Et ideo hoc coccum fidei de fenestra, quae lumen est mentis, suspendebatur, ut vastationis tempore, quo mundus iste perdendus est, domus et familia credentium dominicae passionis signo serventur. Nam quod de sparto vel reste dicit coccum debere suspendi, non quasi aliud genus ligamenti non haberet unde hoc coccum suspendere posset, sed quia spartum figuram gentilium indicabat, qui de saeculi silva, aspera scilicet et inculta, collecti et trinitatis vinculo colligati cocco, id est dominicae passionis sanguine, ordinandi erant. Unde et Salomon : *Spartum*, inquit, *triplex non disrumpetur*[3] : hoc est quod gentiles in

1. Cant. VI, 6.
2. Cant. V, 10.
3. Eccle. IV, 12.

---

1 infecit] *correxi*, inficit *B F* — Inde e. q. e. genae] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 2 eumdem] *scripsi*, eundem *B F* — corium] turturis F^2 *in ras.* — 3 rubicundus] *F* ...gundus *B* — frater] f ⋆ *F* — compunctus lancea] ⋆ ⋆ cea *F* — 4 et in] ⋆ ⋆ *F* — vino] *conieci* uno *B* ⋆ *F* — passionis] ⋆ *F* — id est] *F* idem *B* — 5 quod] ⋆ *F* — Iudas] *scripsi*, Iudae *B* ⋆ *F* — impius] ⋆ *F* — vendiderat] F^2 vitis ediderat *B F* — quod] 2° et F^2 — 6 Israel] *scripsi*...li *B F* ...lis F^2 — torcular expr.] torcu ⋆ ⋆ *F* — quod] 2° *eras. F* — 7 aem. f. est] emul ⋆ ⋆ ⋆ *F* — rubulentas] *correxi*, rubulentis *B* ⋆ bulentis *F* — 8 triumphabat] trium ⋆ *F* — Bosor] *F* bosom *B* — homicidii est] ⋆ ⋆ *F* — 9 adsignatus] *erasit* F^2 — a] 1° *supplevit* F^2 — a Cham] *scripsi* a cam *B* ac ⋆ *F* — fratre] ⋆ *F* — 10 rubro vestimento] F^2 ...a ...ta *B F* — veniebat Ecce sic] venieb ⋆ ⋆ ⋆ *F* — nostro delicto] F^2 ...a ...ta *B F* — 11 effunditur] effun ⋆ *F* — 12 Et] *om. F* — de] *supplevi*, ad F^2 — fenestra] *B F* ...am F^2 — 13 est mentis] ⋆ ⋆ *F* — tempore quo] tempo ⋆ ⋆ *F* — 14 familia] fa ⋆ *F* — 15 serventur] ⋆ tur *F* — de sparto] desperato *F* in sparto F^2 — 16 coccum] ⋆ *F* — non] *supplevi* — 17 ligamenti] ⋆ *F* — suspender ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ artum *F* — 18 gentilinm] *conieci*, gentium *B F* — indicabat q. d. s. silva] indi ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 19 collecti et t. vinculo] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ nculo *F* — 20 colligati] conlig. *F* conligate F^2 — id. e. d. passionis] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ is *F* — 21 ordinandi] ...de F^2 — erant u. e. Salomon] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ n *F* — Spartum] *B* F^2 spratum *F* — 22 non d. hoc] ⋆ ⋆ ⋆ *F*

trinitate Patris et Filii et Spiritus Sancti credentes disrumpi non possint.

Sed forte aliquis requirat cur scriptura divina alibi albam ut nivem, alibi purpuream ut fenicium gratiam credentibus pollicetur : nam et Gedeon vellus invenit et agni lanam in signo proposuit. Sed quod ad niveum candorem lanae spectat, mysterium baptismatis indicat quo solo peccata mundantur, quo criminum maculae abluuntur, dicente Domino per Isaiam : *Si fuerint peccata vestra ut fenicium, ut nivem dealbabo*[1], et alibi : *Super nivem candidiores effecti sunt Nazareni*[2]. Purpura vero in martyres deputatur, quos propria cruoris felicitas decorat. Denique et de latere Xpisti sanguis et aqua profluxit, ut passionis sanguinem et baptismatis sacramentum ostenderet : baptisma enim candidos facit, passio rubicundos. Sed cum una sit cocci et purpurae materia, id est lana, magna tamen distantia est inter coccum et purpuram. Nec enim purpura tale lumen inluminat aut tanto splendore praevalet, licet ruborem et ipsa commodet. Sed si cocci muricem subleves relucet, et elevatus fulget. Et cum sit, ut dixi, una materia, quia et nos agni lanam accipimus, tamen ut haec pulcherrima de colore, ita et illa de nitore sublimior.

1. Is. I, 18.
2. Thre. IV, 7.

---

1 trinitate P. e. F. et] trinita ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — Spiritus] ...um *F* — 2-3 possint. Sed forte] ⋆⋆⋆e *F* — scriptura d. alibi] scrip ⋆⋆⋆ *F* — 4 purpuream ut fenicium] *conieci et supplevi*, purpure ⋆ *F* purpuram *B* — 5 et] *erasit* F^2 — Gedeon] *Add. B* lana alba baptismum significari — vellus invenit] ⋆⋆ *F* — 6 Sed q. a. niveum] ⋆⋆⋆⋆ m *F* — candorem] *B* F^2 ...re *F* — 7 spectat] *conieci*, expectat *B F* — myst. bapt.] miste ⋆⋆ *F* — quo] *B* F^2 quod *F* — solo] *correxi*, sola *B F* — 8 mundan ⋆⋆⋆ num *F* — 9 Domino p. Isaiam] ⋆⋆⋆ *F* — 10 ut n. dealbabo] ⋆⋆⋆ albabo *F* — effecti sunt] ⋆⋆ *F* — 11 Nazareni] ...raei *F* — mar ⋆⋆utatur *F* — quos] F^2 quas *B F* — 12 decorat] *correxi*, ...ratur *B* ⋆ bit *F* — 13 sanguis] *B* F^2 sangui *F* — profluxit] ⋆t *F* — 14 sacramentum] ⋆um *F* — candidos] *B* F^2 candidorum *F* — 15 facit] ⋆ *F* — rubicundos] *B* F^2 ...dus *F* — cocci] ⋆ *F* — 16 materia] *F* ...e *B* — tamen] ⋆ *F* — est] *B* F^2, *om. F* — 17 enim] ⋆ *F* — tale lumen inluminat] talem lumen inlumina *F* tali lumine inluminata F^2 — 18 aut] ad *F* — tanto] tanta *F* tantum F^2 — splendore] (⋆ ndore) *F* ...rem *B* F^2 — ruborem] *conieci*, roborem *B* robores *F* rubor F^2 — 19 commodet] resplendeat F^2 *in ras.* — 20 elevatus] *conieci*, elevat *B F* (*delevit* F^2) — fulget] *B* F^2 fuget *F* — una-agni] u ⋆⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 21 lanam] *correxi*, lana *B F* — pulch. dec. ita] p⋆⋆⋆⋆ *F*

Det ergo mihi veniam quisquis propheta a doctoribus perfidis, ut in euangelio scriptum est [1], quasi Domini praecursor occisus est; dent, inquam, veniam iam martyres gloriosi, quorum fidem propriae passionis purpureus sanguis inlustrat. Nullum, quam Domini nostri Iesu Xpisti qui pro nobis passus est, sanguinem clariorem agnosco. Omnes etenim pro actuum merito solus hic Xpisti sanguis ornavit et tinxit. Et proinde necesse est ut per fidem reluceat divini sanguinis claritas principalis, per quem ceteris ornamenta fulserunt, licet una sit suscepti corporis velut lanae materia. Et ideo in cocco Xpisti passio, in purpura martyrii sanguis ostenditur. Unde Raab, quae typum habebat Ecclesiae, coccum in signo salutis suae de fenestra suspendit, ut passionem Domini salutem esse gentium indicaret. Ut ergo destructa et incensa civitate Hiericho occisoque rege, sola domus Raab et qui in ea fuerunt per signum cocci salvati sunt, ita et succenso saeculo isto et interfecto diabolo, qui nunc regnat in saeculo, nemo alius saluti et vitae aeternae servandus est, nisi intra domum Ecclesiae, quae signo cocci, id est sanguine Xpisti, signata est, fuerit inventus, sicut et in cataclysmo nemo naufragium orbis evasit, nisi qui in arca Noe meruit reservari, quae typum Ecclesiae portendebat.

1. Mat. XXIII, 35.

---

1 Det e. m. veniam] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — quisquis] *correxi*, quique *B F* qui F^2 — a] F^2 cum *B F* — perf. ut in euang.] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 2 Domini p. o. est] dn̄s praec ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 3 martyres gl. quorum] m ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 4 propriae] *F* ...a *B* — purpureus] *correxi*, ...os *B* purpu ⋆ *F* — sanguis inlustrat] ⋆ ⋆ *F* — 5 pro n. p. est sanguinem] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ guinem *F* — 6 etenim] *conieci*, aeternum *B* ⋆ *F* — 7 actuum] *conieci*, actu pro *B* actu ⋆ *F* — solus] *B* F^2 ...os *F* — sanguis] *supplevit* F^2 — ornavit et tinxit] or ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 8 per fidem] *conieci*, pro pede *B* ⋆ ⋆ *F* — reluceat] *conieci* reliquis *B* ⋆ *F* — 9 divini] *correxi*, ...nis *B F* — clarita ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ceteris *F add.* martyrii F^2 — 10 licet u. s. suscepti] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ti *F* — velut] *add.* F^2 unius — 11 Et i. in. c. Xpisti] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — purpura] *B* F^2 ...pora *F* — 12 sanguis ostenditur] s ⋆ ⋆ *F* — quae] qui *F* — eccl. c. in signo] aec ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 13 ut passionem] ⋆ ⋆ *F* — 14 Ut ergo destructa] ⋆ ⋆ tructa *F* — 15 Hiericho] *scripsi ut supra*, ...contis *B F* — occisoque] ⋆ *F* — 16 qui in ea] *B* F^2 mea *F* — signum cocci] ⋆ ⋆ ci *F* — 17 interfecto] ⋆ fecto *F* — qui nunc] quinquo *F* qui modo F^2 — 18 nemo] nem ⋆ *F* — alius] *corr.*, alii *B F* — 19 servandus est] *corr.*, ...di sunt *B F* — intra] ⋆ tra *F* — quae] *eras. F* — 20 signata] ...us F^2 — est] *om. F* — 22 in arca] *B* F^2 marcan *F* — Noe] dn̄ *F* — reservari] *B* F^2 ...re *F* — typum] *F* et ipsum *B* — *Explicit sine doxologia*

[XIII]

Omnia quae divini homines vel praesagis mentibus cecinerunt, vel quae Iudaei decretis suis et legibus constituerunt, censorias etiam et graves animadversiones, bellorum civilium et externorum historias, dominica etiam instituta atque morum disciplinam, illi qui appellabantur Scribae diligentissime ad conservandam memoriam sempiternam sacris litteris signata condiderunt. Quorum magnum studium et incredibilem memoriam praeclarumque officium Dominus noster magnifica praedicatione laudavit dicens : *Simile est regnum caelorum* [...] *qui sapienter vetera et nova depromit*[1]. Sed vos quibus idem Dominus maioris servitutis officium quam Scribarum iniunxit dicens : *Nisi plus abundaverit iustitia vestra quam Scribarum et Pharisaeorum, non introibitis in regnum caelorum*[2], debetis utique instantius agere quam illi qui dicebantur Scribae, quomagis praestantiores iustitiae servi per Dominum esse possimus. Illi etenim iuxta

1. Mat. XIII, 52.
2. Mat. V, 20.

---

1 Incipit sequentia de libro iudicum *B* ⋆⋆ BRO IVDICVM *F* — 2 Omnia] mnia *B omissa init. litt. de more* — Omnia q. divini] ⋆⋆⋆ *F* — cecin. vel quae] ⋆⋆⋆ *F* — 3 constituerunt cens.] ⋆⋆ rias *F* — 4 an. bellorum] anima ⋆⋆ *F* — externorum] *scripsi*, ester. *B F* — 5 dom. etiam inst.] ⋆⋆⋆ statuta *F* — 6 illi qui appellabantur] ⋆⋆⋆ ur *F* — 7 ad cons.] ⋆⋆ m *F* — 8 litteris signata] ⋆⋆ *F* — studium et incr.] ⋆⋆⋆ lem *F* — 9 memoriam] *B F*^{2} ...ria *F* — off. Dom. noster] ⋆⋆⋆ *F* — 10 praedicatione] *F* praedicane *B* — laudavit] *F*^{2} ...bit *B F* — dicens simile est] ⋆⋆⋆ t *F* — 11 caelorum] *addit F*^{2} *solus* paterfamilias (*sic*) — vetera et nova] ⋆⋆⋆ *F* — depromit] *B F*^{2} ...et *F* — 12 vos] *F*^{2} nos *B F* — idem] *scripsi*, isdem *B F* — Dominus] ⋆ *F* — maioris] *correxi*, maiorem *B* ⋆ *F* — ⋆ rvitutis *F* — 13 scribarum] scriba ⋆ *F* scribis *F*^{2} — iniunxit] ⋆ xit *F* — plus] *erasit F*^{2} — habunda ⋆⋆ cia *F* — 14 quam] *praemisit* plus *F* — introibitis] intrabitis *F* — 15 debetis utique] ⋆ itaque — 16 dicebantur] dice ⋆ *F* — magis] ipsis *F*^{2} — 17 iustitiae] iusti ⋆ *F* — servi] *conieci* (Rom. VI 18) eorum *B* ⋆ *F*

carnalem actum gestarum rerum historias scripserant : nos vero vim omnium gestorum et rationem spiritalem ad novi testamenti figuram pertinuisse monstramus. Lex enim prisca, ut apostolus docet[1], umbra erat bonorum futurorum et imago veritatis. Proinde omnia quae tunc in figura et imagine gerebantur, nunc in veritate et ratione completa sunt. Audite denique lectionem, et quid indicet diligenter advertite.

Erat, inquit, *ex Sara ex tribu Dan vir clarus nimis, et nomen illi Manoe, et uxor eius sterilis et non pariebat. Et apparuit ei angelus et dixit ad illam : Ecce tu sterilis quae non peperisti concipies in utero et paries filium. Et nunc observa ne bibas vinum neque siceram, neque manduces omne immundum*[2]. Et reliqua.

Haec itaque mulier sterilis quae non pariebat Synagogam significabat, quae quidem sterilis in virtutibus erat sed fecunda in vitiis. Quae cum a Deo visitata fuisset ut in Aegypto conciperet filium, id est populum novum, cum eodem, ut dixi, Aegypti utero ex patriarcharum semine concepisset ut in terram repromissionis quasi partum aliquem deberet effundere, tunc haec praecepta accepit : *Vinum et siceram non bibat*[3]. In vinum duplicem haberi significantiam nulla est dubitatio. Alibi enim vinum ponitur ad laetificandum cor hominis, alibi ad furorem et insaniam :

1. Col. II, 17.
2. Iudic. XIII, 2-4.
3. Num. VI, 3.

---

1 carnalem] ⋆ em *F* — scripserunt] scrip ⋆ *F* — 2 spiritalem] *F* ...lium *B* — 5 quae] qua et *F* — tunc] *B F*^{2} nunc *F* — 6 nunc in v. et ratione] ⋆⋆⋆⋆⋆ cione — 7 sunt] *F* est *B* — denique l. et quid] de ⋆⋆⋆⋆ *F* — 9 Erat i. ex] ⋆⋆⋆ *F* — ex Sara] *scripsi*, exara *B* ex ⋆ *F* — 10 nomen illi Manoe] ⋆⋆⋆ *F* — sterelis *F et subinde* — pariebat Et app.] parie ⋆⋆⋆ *F* — 11 tu st. q. non] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 12 paries f. Et nunc] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 13 ne] nec *F* — neque manduces] ⋆⋆ duces *F* — 14 immund.] *scripsi*, inmund. *B F* — 15 Haec i. mulier] Ha ⋆⋆⋆ er *F* — synagogam] *scripsi et correxi*, sinagog ⋆ *F* synagoga *B* — 16 significabat] ⋆ *F* — quae] *F* quod *B* — sed fecunda] ⋆⋆ *F* — 17 in vitiis] *B F*^{2} invitus *F* — fuiss ⋆⋆⋆⋆ to *F* — 18 populum novum] populu ⋆⋆ *F* — cum eodem ut d. Aegypti] ⋆⋆⋆ dicam suo in *F*^{2} *in ras.* — 19 patr. semine] patriar ⋆⋆ *F* — concepisset] *F* ...sse *B* — 20 quasi partum] ⋆⋆ *F* — aliquem] *F*^{2} ...id *F* ...od *B* — 21 haec pr.] ⋆⋆ *F* — accepit] *add. F*^{2} ut — 22 bibat] bibet *F* — In vinum] ⋆⋆ *F* — duplicem] ⋆ plicem *F* — haberi] *F* ...re *B* — 23 est dub.] ⋆⋆ *F* — ponitur] proponitur *F* — 24 laet. cor] letifi ⋆⋆ *F* — furorem] ...re *F* — insaniam al. ad] insani ⋆⋆⋆ *F*

alibi ad Domini passionem, alibi ad iudicii severitatem. Denique David : *Vinum cor hominis laetificat*[1]. E contra apostolus : *Nolite inebriari vino in quo est luxuria*[2]. Sed bene propheta : *Vinum*, inquit, *eorum de vinea Sodomorum*[3], et *Calix*, inquit, *vini meri plenus est mixto, et inclinavit ex hoc in hoc, verumtamen fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terrae*[4]. Proinde cum iubetur ei ut vinum non bibat, admonetur utique ut ab omni se luxuria, furore atque ebrietate abstineat, ne animus insania crapulatus de potestatibus suis excedat et quasi alienatus vitae suae rationem ignoret, postremo aut peccati opere gravatus iam quasi mortuus et velut sepultus habeatur.

Sed et *siceram*, inquit, *non bibes*. Quid siceram nisi voluptatem carnis accipimus? Siceram hoc loco blandam corporis et, ut quidam putant, suavissimam animae voluptatem appellat. Sed *immundum*, inquit, *non manducabis*. Non hoc de escis dicit, sed nec de vino et sicera, de quibus se solos mundos Iudaei gloriantur et ceteros existimant inquinatos, cum scriptum sit : *Esca nos non commendat Deo, sed Dominus*[5]. *Non te coinquinat quod in os tuum ingreditur, sed quod exit*[6]. Sed illud est immundum quod

1. Ps. CIII, 15.
2. Eph. V, 18.
3. Deut. XXXII, 32.
4. Ps. LXXIV, 9.
5. I Cor. VIII, 8.
6. Mat. XV, 11.

---

1 iudicii] iudicum *F* — severitatem] seve ⋆ *F* — 2 laetificat E] aut l ⋆⋆ *F* — 3 Nolite] *add.* inquid *F* — vino in quo] ⋆⋆⋆ *F* — luxuria] *B F*^{2} luxoria *F* — *Add. B F* Et ideo in hoc loco dicit vinum (⋆ *F*) et siceram (*B F*^{2} ...re *F*] non bibat (bibet *F*) — Sed bene] vinum de quo *F*^{2} *in ras.* — 4 Vinum inquit] vin ⋆⋆ quid *F* — Sodomorum] *Add. F*^{2} E contra alibi — 5 inquit v. m. plenus] inq ⋆⋆⋆⋆ enus *F* — ex h. in h. verumtamen] ⋆⋆⋆⋆⋆ tamen *F* — 6 exinanita] *B F*^{2} ...te *F* — bibent o. peccatores] ⋆⋆⋆ ores *F* — 7 iube ⋆⋆⋆⋆⋆ ibat *F* — 8 ab o. se luxuria] ⋆⋆⋆⋆ ria *F* — 9 abs ⋆⋆⋆ us *F* — 10 potestatibus suis] po ⋆⋆ s *F* — excedat] exeat *F*^{2} — suae r. ignoret] ⋆⋆⋆ ret *F* — 11 aut] *add.* in *F*^{2} — opere] *erasit F*^{2} — gravatus] *scripsi*, grabatus *B* ⋆ *F* — iam] ⋆ *F* — 12 mortuus] *B F*^{2} ...os *F* — vellut *F* — habeatur] ⋆ *F* — 13 siceram] *B F*^{2} ...a *F* — Quid] *correxi*, Quod *B* — 14 accipimus] *om. F* — hoc in loco blandam] ⋆⋆⋆⋆ ndam *F* — 14 suavissimam] ⋆ *F* — volumptatem *F* — 16 immundum inquit] ⋆⋆ uit *F* — manducabis] *correxi*, ...bit *B F* — 17 de escis dicit] ⋆⋆⋆ *F* — de vino] *B F*^{2} divino *F* — 18 se] ⋆ *F* — solos mundos] *scripsi*, ⋆⋆ os *F* ...lus ...dus *B* — existimant] *scripsi*, exesti. *B* exesti ⋆ *F* — 19 inquinatos] ⋆ inatos *F* — non commendat] ⋆⋆ t *F* — 20 coinq.] *B F*^{2} quoinq. *F* — in os tuum] ⋆⋆⋆ *F* — 21 immundum] ⋆ *F*

manducari prohibetur, ut nihil impurum, nihil immundum, nihil pollutum agere deberet.

In agro, inquit, angelus haec nuntiavit ei. Cur in agro, et non in civitate aut in domo angelus mulierem istam adloquitur? Sed potissimum in agro, quod quidem significabat quia civitatem divinae legis et domum fidei eadem mulier Synagoga deserere habebat, id est congregationem, concilium et coetum sanctorum patriarcharum omniumque prophetarum, quod neque ius divinum neque caelestes constitutiones receptura esset. Et ideo expulsa de civitate, id est de sedibus sanctorum, in agro mundi tota desolata atque in captivitatem redacta iam tunc typica praefiguratione videbatur. Sed *venit*, inquit, *angelus Domini iterum ad mulierem sedentem in agro, et Manoe vir eius cum illa erat* [1]. Virum istum quem nominat legem dicit, quam Synagoga mulier velut virum accepit. Hoc enim beatus Paulus apostolus probat dicens : *Lex*, inquit, *dominatur homini in quantum temporis vivit, et quae sub marito est mulier vivo marito alligata est legi : si autem mortuus fuerit vir eius soluta est a lege viri* [2]. Et rursus : *Itaque*, inquit, *fratres carissimi, et vos mortificati estis legi per corpus Xpisti, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit* [3]. Per hanc itaque comparationem ostendit virum legem et mulierem Synago-

1. Iudic. XIII, 9.
2. Rom. VII, 1-2.
3. Rom. VII, 4.

---

1 impurum] ⋆ *F* — imm.] sordidum *F* — 2 poll.] prolutum *F* — debe ⋆⋆⋆ gro *F* — 3 angelus haec] hec angelos *F* (...lus F^2) — nuntiavit] *F* nont. *B* — Cur in] ⋆⋆ *F* — 4 non in civ.] *B* F^2 invitate *F* — mulierem] ⋆ *F* — 5 in agro] ⋆⋆ *F* — 6 divinae-deserere] *om. F* — divinae] *corr.*, divini *B* — 7 synagoga] *correxi*, ...gam *B* — habebat] ⋆ bat *F* — concilium] *scripsi*, consilium *B F*, *delevit* F^2 — 8 sanctorum] ⋆ orum *F* — 9 neque] *B* F^2 nec que *F* — ne ⋆⋆⋆ ciones *F* — 10 est d. s. sanctorum] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 11 mundi tota] ⋆⋆ *F* — desolata] *conieci*, dissolata *B* ⋆ solata *F* — 12 captivitatem] ...te *F* — red. iam tunc] reda ⋆⋆⋆ *F* — 13 Sed venit inquit] ⋆⋆⋆ quid *F* — mulierem sedentem] mulier ⋆⋆ *F* — Manoe] *scripsi*, manue *B F* — erat Virum] ⋆⋆ *F* — 15 quam] *correxi*, quem *B F* — synag. mulier] ⋆⋆ lier *F* — 16 beatus Paulus] ⋆⋆ *F* — 17 domin ⋆⋆ ni *F* — 18 quantum] quanto *F* — temporis] *B F* ...re F^2 — et quae sub marito] ⋆⋆⋆⋆ rito *F* — 19 alligata est legi] ad ⋆⋆⋆ *F* — vir] maritus *F* — eius soluta] ⋆⋆ luta *F* — 20 inquit] ⋆ *F* — 21 carissimi] *scripsi*, kar... *B* mei *F* — estis legi per] est ⋆⋆⋆ *F* — 22 alterius] *B* F^2 ...ios *F* — mortuis resurrexit] ⋆⋆ surrexit *F* — 23 comparationem ostendit] parac (proabag F^2) ⋆⋆ dit *F* — sinago ⋆⋆ gi *F*

gam intellegi oportere, quae usque ad resurrectionem Xpisti vivens et liberata a lege viri, id est a veteris testamenti potestate, iam exinde eius efficiatur qui resurrexit a mortuis. Et ideo hic dicit : *Vir*, inquit, *eius cum ea erat*, quia adhuc in lege constituta vivebat. Sed sedenti, inquit, locutus est angelus ipse stans. Quid igitur est quod mulier sedebat et angelus stabat? Non quia aliquid gerebat haec aut disponebat ; sed stupore et desidia languentem eam ac diffidentem de divinis promissionibus indicabat ; simul et ruinam status ipsius, quod ad terrena esset contagia revolvenda, monstrabat; adnuntiatores autem eius, patriarchas scilicet et prophetas ipsumque Dominum, semper staturos, id est in statu suo perseveraturos esse ostendebat. Et ideo stat angelus, id est legislator et nuntius veritatis : mulier sedet ut ruina eius et languor ac desidia notaretur, quippe quae pedes, apostolos et prophetas, quibus consisteret non habebat, et merito erectam et stabilem status sui formam amiserat.

Sed *obtulit*, inquit, *sacrificium haedum de capris* [1]. Non dixit agnum, non vitulum. Si enim agnum dixisset aut vitulum, innocentiam in agno et in vitulo sollertiam indicasset. Sed haedum de capris, inquit, obtulit, ut iam tunc peccatum conscientiae suae ex oblatione infructuosi sacrificii demonstraret. Retinetis etenim Moysen [2] dixisse ut qui

1. Iudic. XIII, 19.
2. Deut. V, 6.

---

1 resurr. Xpisti] resurre ⋆ ⋆ *F* — quae] *conieci*, qui *B F* — 2 vivens] F^2 *in ras.* vixerit *B* — est a veteris] ⋆⋆⋆ *F* — 3 eius ef.] ei ⋆ ⋆ tur *F* — 4 Et ideo hic] ⋆⋆⋆ *F* — inquit] *eras.* F^2 — 5 quia adhuc] ⋆ ⋆ *F* — sedenti inquit] sed ⋆ ⋆ quid *F* — 6 ipse stans] *conieci*, in se ista sunt *B* in se is ⋆⋆ *F* — Quid] ⋆ *F* — 7 stabat N. q. a. gerebat] stab ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 8 sed stupore et desidia] ⋆⋆⋆⋆ exidia *F* — ac] *scripsi*, hac *F* aut *B* — 9 diff. de divinis] ⋆⋆⋆ nis *F* — simul et ruinam] ⋆⋆⋆ *F* — 10 ad] *F* a *B* — cont. resolvenda] ⋆⋆ venda *F* — 11 ad nuuciato ⋆⋆⋆⋆ atriarchas *F* — 12 D. semper] ⋆⋆ *F* — ipsumque] *correxi*, ipsum qui *B* ipsum ⋆ *F* — 13 staturos] *B* F^2 ...rus *F* — in] F^2 *supplevit* — perseve ⋆⋆ se *F* — an ⋆⋆⋆⋆ egis *F* — 15 mulier sedet] ⋆ ⋆ det *F* — langor *F* — desidia notaretur] de ⋆ ⋆ taretur *F* — 16 quae] *correxi*, qui *B F* — apostolos et proph.] prophetas et ⋆ *F* — 17 quibus] ⋆ s *F* — consisteret] sisteret *F* staret F^2 — me ⋆⋆ tam *F* — 18 amiserat] ⋆ at *F* — 19 sacrif. haedum] sacrifi ⋆ ⋆ *F* — 20 dixit] *B* F^2 dixi *F* — Si enim agnum] ⋆⋆⋆ um *F* — 21 in agno et] ⋆⋆⋆ *F* — in] *ante* vitulo *supplevi* — 22 sollertiam] sol etiam *F* insolentiam F^2 — de c. i. obtulit] ⋆⋆⋆⋆ tullit *F* (tulit F^2) — 23 conscien ⋆⋆⋆ oblat. *F* — sacrifi ⋆ ⋆ nstraret *F* — 24 dixisse ut] ⋆ ⋆ t *F*

peccasset pro peccato suo haedum de capris offerre deberet, sed et Dominus in euangelio : *Statuam*, inquit, *iustos ut oves ad dexteram, peccatores ut haedos ad sinistram* [1], quo magis sanctae vitae meritum ex solo statu et innocentia pecudis indicaret. Sed super petram obtulit sacrificium hoc. Quid enim aliud peccata quam cordis duritiam merebantur? Petra etenim alibi pro firmamento, alibi pro duritia ponitur Synagogae. Nam et si petra Xpistus nuncupatur, dicente apostolo : *Bibebant de spiritali sequenti petra, petra autem erat Xpistus* [2], sed haec petra fundamentum est fidei ; e contra autem petram duritiam cordis esse ipse Dominus manifestat cum in euangelio dicit : *Exivit seminator seminare, et quaedam grana ceciderunt super petram* [3], quae quidem orto sole in ipsa stirpe aruerunt, quia super terram seminatam nec ubi radicem altius figerent nec humorem quo alerentur habuerunt. Et ideo ex petra super quam sacrificium obtulit duritiam cordis eiusdem Synagogae manifestat, sicut et in tabulis lapideis legem accepit. Unde et beatus Stephanus [4], primus post Xpistum martyr, duricordes eos in sua passione dicebat.

Sed post haec omnia *Concepit*, inquit, *et peperit filium et*

1. Mat. XXV, 33.
2. I Cor. X, 4.
3. Mat. XIII, 4-5.
4. Act. VII, 51.

---

1 de capris] ⋆⋆ *F* — offerre deberet] *B* F^2 offeret debere *F* — 2 Statuam inquit] ⋆⋆nquit *F* — iustos] *B* F^2 ...us *F* — 3 peccatores] ⋆ es *F* — 4 meritum] *conieci*, mentis eius *B* ⋆tis eius *F* — et] ex F^2 *in ras.* — solo] edi F^2 *in ras.* — innocentia] *conieci*, indesolentia *B* de insol. *F* — 5 pe ⋆⋆ dicaret *F* — obtulit] *bis F* — 6 Quid e. aliud] ⋆⋆⋆ *F* — peccata] *F* petra est *B* — duritiam merebantur] durici ⋆⋆ *F* — 7 firma ⋆⋆⋆⋆ ricia *F* — alibi] 2° *bis B* — 8 Nam et si petra] N⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — nuncupatur] *scripsi*, non cup. *B* noncup *F* — 9 Bibebant de] ⋆⋆ *F* — sequenti] *add.* eos F^2 — 10 autem erat Xpistus] aut ⋆⋆⋆ *F* — est] *F om. B* — 11 E contra] ⋆⋆ tra *F* — petram] F^2 ...a *B F* — esse ipse Dominus] ⋆⋆⋆ *F* — 12 Exivit seminator] ⋆⋆ minator *F* — 13 grana ceciderunt] ex ⋆⋆ runt *F* — quidem] F^2 quedam *F* quidam *B* — 14 orto sole] *conieci*, ortus sui *B*, *F vero omisit aut cum proximis verbis miscuit* in ⋆⋆ sui stirpe — terr ⋆⋆ tam *F* — 15 figerent] *conieci*, fiere *B F* figere F^2 — nec humorem] ⋆⋆ re *F* (rem F^2) — 16 alerentur] *B* F^2 ...retur *F* — id ⋆⋆⋆ tra *F* — 17 obt ⋆⋆ ciam *F* — eiusdem] ⋆ dem *F* (*eras.* F^2) — 18 manifestat sicut] mani ⋆⋆ *F* — accepit Unde] ⋆⋆ de *F* — 19 primus post] pri ⋆⋆ *F* — 20 eo ⋆⋆⋆⋆ sione *F* — 21 hec ⋆⋆ cepit *F* — et vocavit] ⋆⋆ vit *F*

vocavit nomen eius Samson [1]. Samson hebraeum nomen est, quod in latino sermone tinea interpretatur. O miserum uterum Synagogae quae enixa est tineam, id est talem populum qui totius pudoris, honestatis, verecundiae ac fidei vestem velut tinea corrumperet, scinderet, violaret, maiorum etiam instituta praesentemque Xpistum discerperet! Hic ergo Samson totius iudaici populi generalem in semetipso figuram habebat : proinde ut non nihilum mali, ita non-nihilum boni egisse monstratur. Fuit enim pars supradicti populi barbara, incredula, violenta; fuit et quaedam pars pia et religiosa, quae dignos fructus paenitentiae fecit et Xpisti fidem est consecuta; denique exinde apostoli, exinde, ut scriptum est [2], die uno tria milia et alio quinque milia in Xpisto credebant. Sed age iam videamus quid idem Samson in typum egerit Israel. Accepit, inquit [3], sibi uxorem mulierem allophylam barbaram. Sic et populus ille, in cuius similitudinem idem Samson natus est, velut mulieri allophylae, id est sacrilegae, idololatrae, coniunctus est, sicut scriptum est : *Moechati sunt*, inquit, *post deos alienos* [4]. Quid enim tam barbarum, quid tam immane, quid tam inhumanum, quam ut relicto Deo vivo simulacris et lapidibus sanguinem pecudum et nonnumquam filiorum suorum filiarumque litarent? Sed placuit, inquit, oculis

1. Iudic, XIII, 24.
2. Act. II, 41 ; IV, 4.
3. Iudic. XIV, 1 *et seq.*
4. Ier. XVI, 11.

---

1 Samson] F^2 sanson *B* semson *F et infra* — eb ⋆ ⋆ men *F* — 2 interpretatur] ⋆ tatur *F* — 5 scinderet viol.] ⋆ ⋆ aret *F* — 6 insti ⋆ ⋆ ntemque *F* — Xpistum] *conieci*, visum *B F* vissam F^2 — 7 Hic e. Samson] ⋆ ⋆ ⋆ amson *F. Add.* qui *B* que *eras. F* — pop. g.] ⋆ ⋆ em — 8 habe ⋆ ⋆ oinde *F* — non nihilum] *conieci*, novum *B* aliquid F^2 *in ras.* — 9 nihilum boni] ⋆ ⋆ *F* — enim pars] ⋆ ⋆ *F* — supradicti] ...dati *F* — 10 barba ⋆ ⋆ dula *F* — violenta] *B* F^2 ...encia *F* — quaedam] ⋆ *F* — 11 religiosa] deo obtemperans F^2 *in ras.* — dignos] ⋆ s *F* — et Xpisti] ⋆ ⋆ *F* — 12 exinde] 1° *om. F* — 13 die uno] *F* diurno et *B* — tria milia] ⋆ ⋆ *F* — alio] F^2 *supplevit* — milia] 2° *B* F^2 mia *F* — 14 Sed age] ⋆ ⋆ *F* — videamus] *F* vide *B ex* iudeorum — 15 typum egerit] ⋆ ⋆ it *F* — Israel] *scripsi*, israelis *B F et subinde* — 16 mulierem] ⋆ *F* — allophylam] *scripsi*, allofilam *B* F^2 alla fililam *F* — ille in cuius] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 17 na ⋆ ⋆ ⋆ ut *F* — 18 sacrileg ⋆ ⋆ ⋆ iunctus *F* — idololatrae] *scripsi*, idolatriae *B* — 19 moech. sunt] ⋆ ⋆ *F* — post deos] pos duos *F* — 20 Quid] Quod *F* — enim ⋆ ⋆ arbarum *F* — immane] *scripsi*, inmane *F* inane *B* — quid] *B* F^2 qui *F* — 21 inhumanum] ⋆ hum *F* — vivo] vo *semieras. F* — 22 sanguinem] *F* — pecudum] peccodum *F* peccorum F^2 — 23 filiarumque litarent] *B* F^2 filiarum qualitarent *F*

eius mulier illa [1]. Attendite sensum verbi istius, dilectissimi fratres. Placuit, inquit, oculis eius : non dixit iudicio, non examini, non rationi placuit, sed oculis fallacibus qui putant haec esse bona quae in saeculo videntur, si regnum, si opes, si pulchritudo formae, si honores, si maximum pondus auri atque argenti. Placuit ergo oculis eius voluptas lasciviae, placuit luxuria, placuit oculis eius qui saepe fallunt atque falluntur, quibus ideo tam velocem motum natura dedit ut cito inruentem cupiditatem excluderent. Non ergo placuit quod Deus probaret, nec quod parentibus placeret, sed quod fallaces oculi considerabant. Sic et Adam et Eva decepti sunt, quia pomum scientiae boni et mali oculis eorum visum est bonum aspectu et ad edendum optimum, a quo discernentes statim nuditatem suam ipsi confessi sunt, et sententiam mortis de reatu criminis exceperunt. O miserum animum, cuius cor oculis quae occultantur impia ac nociva desiderat ! [...] et ut praeteream plura, quia necessariora debeo disputare.

Hic ergo ipse qui natus est Samson, cum excessisset annos pueriles aetatis et omne robur suarum virium collegisset, quod egerit in typum Iudaeorum, rogo diligenter audite. Et factum est, ait, cum descenderet in Tamnata, *et ecce catulus leonis rugiens in obviam eius. Et declinavit*,

1. Iudic. XIV, 3.

---

1 verbi istius] ⋆ ⋆ *F* — 2 oculis e. Non] ocu ⋆⋆⋆ *F* — dixit] *B F*² dixi *F* — 3 examini] *F* ex animi *B* — no ⋆⋆⋆ it *F* — rationi] *correxi*, ...e *B* — fallacibus] *B F*² falli... *F* — qui p. h. esse] qu ⋆⋆⋆⋆ *F* — 4 si] *F* sed *B* — regnum si opes] ⋆⋆⋆ *F* — 5 si m. pondus] ⋆⋆⋆ dus *F* — 6 ergo o. eius] ⋆⋆⋆ *F* — volumptas *F* — 7 placuit] 1° *supplevi* — luxuria] *B F*² ...oria *F* — oculis] *supplevi* — qui] *F*² quae *B F* — 8 quibus ideo] ⋆ ⋆ *F* — vellocem *F* — 9 dedit ut cito] de ⋆⋆⋆ *F* — excluderent Non] exclude ⋆⋆ *F* — 10 probaret] *F* probor. *B* — quod p.] q ⋆⋆ tibus *F* — 11 o ⋆⋆ rabant *F* — 12 decepti] *F* discepti *B* — oculis eorum] ocul ⋆ ⋆ *F* — 13 aspectu] *correxi*, aspectum *B F* ad aspiciciendum *F*² — ad (*sup. lin.*) ed. opt.] op ⋆⋆ edendum *F* — a] pro *F*² — 14 discernentes] disipientes *F*² *in ras.* — nuditatem] ⋆ *F* — 15 mortis] ⋆ *F* — 16 miserum] mis ⋆ *F* — quae] *F* qui *B* — occultantur] *restitui*, occultan ⋆ *F* oocultatur *B* — 17 impia] *conieci*, pia *B* ⋆ *F* — desiderat] *correxi*, ...rant *B F*² dexiderant *F* — et] *Supple* « Sed oport(et) » — plura] ⋆ *F* — 18 quia] *B F*² quae *F* — necessariora] *F* ...ara *B* — 19 Hic] Hec *F* — ergo] ⋆ go *F* — excessisset] *correxi*, excesisset *B* ex ⋆ sisset *F* — 20 annos] *B F*² ...us *F* — robor *F* — 21 typum] tifom *F* tifum *F*² — 22 Et factum est] ⋆⋆⋆ st *F* — discenderet *F* — Tamnata] *scripsi*, cannata *B* tam ⋆ *F* — et ecce] ⋆⋆ *F* — 23 obviam] *B F*² oviam *F* — eius] *B ex* eis, ⋆ *F* — Et declinavit] ⋆⋆ bit *F*

inquit, *Samson in vinea, et occidit eum, et disrupit quasi haedum caprarum* [1]. Videte, sanctissimi fratres, videte, inquam, ordinem rei, videte rationem, videte dispositionem tantae dispensationis, quia in Xpisto habebat implere ordinem in verbis, rationem in factis, dispensationem in figuris; et advertite quanta diligentia et distinctione narrentur. Eunte, inquit, Samson per viam occurrit catulus leonis rugiens. Diximus iam saepenumero Samson imaginem populi Israel habuisse, et virtutes eius potestates principum et sacerdotum, Scribarum quoque et Pharisaeorum intellegi oportere. Proinde cum principes eiusdem populi in virtute sua carnali, quae tunc in saeculo pollebat, per viam legis ambulare se credebant, ecce catulus leonis rugiens obviatus est eis. Sed quis hic catulus leonis nisi filius Dei, qui est rex regum et dominus dominorum, de quo patriarcha Iacob dicebat : *Dormisti ut leo, resurrexisti ut catulus leonis* [2]? Qui ideo leo dicitur quia natura Patris in Filio est, et ideo catulus leonis nuncupatur ut non ipse Pater, sed Filius esse credatur. De quo in Apocalypsi Ioannes apostolus audit per angeli vocem : *Ecce vicit leo de tribu Iuda radix David* [3], eo quod ex tribu Iuda et ex genere David hic leo vel catulus leonis secundum carnem nasci habebat. Quem ideo leonem dicit, ut regnum eius et potentiam qua mortem et diabolum vicit significanter osten-

1. Iudic. XIV, 5-6.
2. Gen. XLIX, 9.
3. Apoc. V, 5.

---

1 vinea] ...am F^2 — et occidit eum] ⋆⋆ quis F — et] *2° supplevi* — disrupit] ...rumpit F ...rumpat F^2 — 2 videte] ⋆ F — sanctissimi] dilectissimi F — 3 rei v. rationem v. dispos.] ⋆⋆⋆⋆⋆ osicionem F *nisi omiserit* rationem videte — 4 dispensationis] F^2 ...nes F dispensa B — quia in Xpisto] ⋆⋆⋆ F — habebat] ...bant F — implere] *correxi*, ...ri B F — 5 verbis rationem] ⋆⋆ acionem F — in figuris] ⋆⋆ s F — 6 diligen ⋆⋆⋆ tinccione F — 7 inquit Samson] in ⋆⋆ mson F — leonis] ⋆ F — 8 sepenum ⋆⋆ amson F — 9 habuisse et] habu ⋆⋆ F — 10 sacerdotum] ⋆ um F — 11 intellegi op.] ⋆⋆ portere F — eiusdem] ⋆ m F — 12 quae] B F qua F^2 — pollebat] pollebant F^2 pollent F — 13 se credebant] ⋆⋆ ederunt F — 14 rugiens] rugi ⋆ F — oviatus F — eis] F^2 ei B F — 15 filius] B F^2 ...os F — 16 leo] *prius* catulus *scripserat* B — 17 quia] B F^2 qui F — 18 catulus] B F^2 catus F — noncupatur F — 19 apocalipsin F — Ioannes apostolus] F ...is ... li B — audit p. a. vocem] ⋆⋆⋆⋆ cem F — 21 tribu I. r. David] tri ⋆⋆⋆⋆ F — 22 genere D. h. l. vel.] ie ⋆⋆⋆⋆⋆ F — carnem n. habebat] car ⋆⋆⋆ — 23 reg ⋆⋆⋆⋆ tenciam F — 24 diabul ⋆⋆⋆ ficanter F

deret. Hunc ergo catulum leonis, id est Dominum Deum filium Dei et Salvatorem nostrum, cum in vinea populi Israel principes sacerdotum rugientem audissent, id est regnum Dei et futurum iudicium universae plebi euangelizantem, statim ira et indignatione repleti sunt. Vineam autem populum esse nulla dubitatio est. Probat enim hoc beatus David cum dicit : *Vineam ex Aegypto transtulisti* [1] ; et utique populum, non vineam ex Aegypto transtulerat. Isaias quoque manifestius indicat dicens : *Vinea enim Domini sabaoth domus Israel est* [2]. Tunc ergo declinavit a via legis et disciplinae potestas et licentia principum et Scribarum, cum catulum leonis audissent, id est Xpistum praedicantem populum. Sed quid est declinare a via, nisi a directo iustitiae tramite ad lapsum deflectere ? Declinavit ergo ad deteriorem partem et cecidit in vinea, id est in populo seditiones et factiones promiscuit. Hoc enim consilium Scribarum vel sacerdotum fuit ut leonem Xpistum occiderent. Hunc etenim leonem vel catulum leonis, id est hominem illum quem Dei filius de tribu Iuda induerat, in vinea populi Israel fuisse occisum omnibus notum est. Sed *disrupit*, inquit, *illum tamquam haedum de capris*. Quare non tamquam agnum dixit, sed haedum potissimum nominavit ? Ostendi enim caritati vestrae haedum peccatorum

1. Ps. LXXIX, 9.
2. Is. V, 7.

---

1 erg ⋆⋆⋆ nis *F* — 2 filium Dei] *ante* dominum deum *F* — salvatorem nostrum] sal ⋆⋆ *F* — cum] *B F*^{2} com *F* — in] *F*^{2} *supplevit* — 3 sacerdotum] ⋆ *F* — rugientem] *B F*^{2} reg... *F* — 4 regn ⋆⋆⋆⋆ rum *F* — euangelizantem] e ⋆ tem *F* — 5 statim] *F*^{2} statem *F* stantem *B* — repleti sunt] ⋆⋆ *F* — Vineam] *correxi*, ...a *B F* — 6 dubita ⋆⋆⋆ bat *F* — 7 Vin ⋆⋆ egipto *F* — 8 non v. ex] ⋆⋆⋆ *F* — 9 Isaias] *scripsi*, esaias *B F* — quoque m.] qu ⋆⋆ tius *F* — 10 Sabaoth domus] ⋆⋆ *F* — I. est] est israhel *F* — 11 via l. et] v ⋆⋆⋆ *F* — princ ⋆⋆⋆ cribarum *F* — 12 leonis] *addunt* et scribarum *B* et scrib ⋆ *F* — audissent] ⋆ dissent *F* — Xpistum] Xpisti *F* — 13 Sed] ⋆ *F* — quid] *B F*^{2} quod *F* — declinare] *F*^{2} ...ri *B F* — 14 iustitiae] ⋆ ticie *F* — ad lapsum] *F*^{2} alapsum *B F* — De ⋆ vit *F* — 15 deteteriorem *F* — cecidit in] cocin ⋆⋆ *F* — 16 seditiones] seduc. *F*^{2} — 17 sacerdotum fuit] ⋆⋆ *F* — 18 Hunc e. leonem] ⋆⋆⋆ *F* — 19 hominem i. q. Dei] homi ⋆⋆⋆⋆ *F* — filius] *correxi*, filium *B* ⋆ ium *F* — in vinea populi] ⋆⋆⋆ *F* — 20 Israel] *F* ...elis *B* — notum est Sed] ⋆⋆⋆ *F* — 21 disrupit] *F* ..rumpit *B* — tamquam] *scripsi*, tanquam *B F*^{2} tantam *F* — h. de capris] ⋆⋆⋆ ris *F* — 22 tamquam] *F* tanq. *B* — dixit Sed h.] ⋆⋆⋆ *F* — nominavit] *B F*^{2} ...bit *F* — 23 Ostendi] *correxi*, ...dit *B* osten ⋆ *F* — enim] ⋆ *F*

habere figuram, dicente Domino : *Statuam iustos ut oves, peccatores et iniustos ut haedos* [1]. Et ideo hunc catulum leonis velut haedum disrupit, quia inter peccatores et iniustos aestimatus est, sicut scriptum est : *Maledictus homo qui pependit in ligno* [2]. Unde et apostolus : *Factus*, inquit, *pro nobis maledictus* [3], ut benedictionem credentes acciperent. Sed ideo, inquit, maledictus aestimatus est, ut nos per crucem a maledictione liberatos benedictionis suae gratia consecraret. Proinde inter peccatores aestimatus est, ut peccata nostra purgaret. Ceterum ipse, sicut de eo scriptum est, *peccatum non fecit, neque dolus inventus est in ore eius* [4].

Sed quid post occisum leonem gestum sit, rogo, diligenter audite. Revertens, inquit, rursus venit ad corpus leonis, *et ecce*, inquit, *congregatio favorum in ore et corpore leonis, et mel redundabat, et posuit illud in ore suo, et ambulabat manducans* [5]. Sed revertens, inquit, ad corpus leonis invenit apes. Quid est revertens? Quasi corrigens se iterum ad meliora. Et postea supervenit ad sepulturam dominici corporis, id est leonis, ut crederet. Multi etenim ex illo persecutore populo, post passionem Domini conversi et paenitentiam agentes, per apostolos crediderunt. Sed cum

1. Mat. XXV, 33.
2. Deut. XXI, 23.
3. Gal. III, 13.
4. Is. LIII, 9.
5. Iudic. XIV, 8-9.

---

1 h. figuram] ⋆⋆⋆ uram *F* — iustos ut o. p. et] ius ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 2 haedos] *B F*^{2} eius *F* — catulum leonis] ⋆⋆ onis *F* — 3 disrupit] ...umpit *F* — inter pecc.] ⋆⋆ atores *F* — iniustos] *B F*^{2} ...tus *F* — 4 aestimatus] *correxi*, extimatus *F*^{2} ...tum *F* — aestimatum *B* — sicut s. est maledictus] ⋆⋆⋆⋆ tus *F* — 5 licgno *F* — Unde] ⋆ *F* — 6 m. ut] maledic ⋆⋆ *F* — benedictionem] *scripsi* ⋆ ediccionem *F* benedictiobus *B* — 7 Sed ideo inquit] ⋆⋆⋆ uit *F* — maledictus] *F* ...tos *B F*^{2} — nos per crucem] ⋆⋆⋆ cem *F* — 8 liberatos] *B F*^{2} ...tus *F* — benedictionis] ⋆ cionis *F* — 9 Pro ⋆⋆ nter *F* — extimatus *F* — 10 peccata] pec ⋆ *F* — de eo] ⋆⋆ *F* — 11 neque] ne ⋆ *F* — 14 quid] *B F*^{2} qui *F* — oc. leonem] ⋆ so leone *F* — 14 audite] audi ⋆ *F* — 15 favorum] *F*^{2} favum *F B* — 16 et ambulabat] ⋆⋆ *F* — 17 Sed] *erasit F*^{2} — reverten ⋆⋆⋆⋆⋆ nis *F* — 18 Quid est] quest *F et delevit F*^{2} — revertens] ⋆ tans *F* (tens *F*^{2}) — iterum ad m. Et] ite ⋆⋆⋆⋆ *F* — corrigens] *B F*^{2} ...gans *F* — 20 sepultur ⋆⋆⋆ poris *F* — 20 crederet] *F* ...rent *B* — Multi etenim ex] ⋆⋆⋆ *F* — 21 passio ⋆⋆⋆ si *F* — 22 apostolos] *correxi*, ...lis *B* apostu ⋆ *F* — credid.] ⋆ derunt ⋆ *F*

venisset ut crederet invenit apes in ore leonis. Sed quid apes istae significant nisi apostolos ceterosque fratres in Xpisto manentes, quos simul omnes eiusdem spei fervor animavit, per quos multa credentium populorum examina pullularunt? Sed *et mel*, inquit, *redundabat*. Mel autem quid aliud possumus intellegere quam dulcem Domini praedicationem et suavitatem euangelicae doctrinae? *Gustate et videte quoniam suavis est Dominus* [1], et *Dulciora sunt*, inquit, *verba tua super mel et favum ori meo* [2]. Hoc etenim mel dulcius est Hymettio, suavius est Hyblaeo, gratius stacte, quod ex praedicatione divini oris examina credentium populorum de multis lectionum floribus collegerunt, et omnia in Xpisti Domini nostri ore et corpore congregarunt, ut quia cuncta in se praedicata erant, per se omnia complerentur. *Favum*, inquit, *in ore leonis*. Quid est favus nisi regni caelestis imago, in quo multas habitationes apud Patrem suum esse dicebat? Sed quid in ipsis habitationibus favi miro opere constructis repositum invenerunt? *Mel*, inquit, *redundabat*. Quid aliud mel quam dulcedinem Domini suavitatemque sermonis eius accipimus? Inde alimur, inde vivimus. Hoc in ore nostro et in corde semper habeamus ut animam caelestibus saginemus.

1. Ps. XXXIII, 9.
2. Ps. XVIII, 11.

---

1 crederet invenit] ⋆ ⋆ nit *F* — leonis] *B F*^{2} reonis *F* — 2 apes i. signif.] ⋆⋆⋆ ficant *F* — in X. man.] ⋆⋆⋆ nentes *F* — 3 quos] *B F*^{2} quod *F* — omnes] *F* os *B* — fervor an.] ⋆ ⋆ mavit *F* — 4 populorum] p ⋆ *F* — examina] *correxi*, ex anima *B* ⋆ ma *F* ⋆ (lia *F*^{2}) — 5 inqui ⋆ ⋆ bat *F* — 6 po ⋆ ⋆ gere *F* — 7 suavitatem] ⋆ *F*. *Add. B* domini — 8 v. quoniam suavis] vide ⋆⋆⋆ *F* — sunt] *F om. B* — 9 verba tua super] ⋆⋆⋆ per *F* — 10 mel dulcius est] ⋆⋆⋆ *F* — hymettio] *scripsi*, ymeetio *B* ym etio *F* — suavius] *B F*^{2} suavios *F* — gratius] gracio *F* — stacte] *correxi*, starten *B* ⋆ *F* — 11 examina] *F* ex anima *B* eximina *F*^{2} — ⋆ dencium *F* — 12 lectionum] leccione *F* — ⋆ legerunt *F* — 13 praed ⋆ ta *F* — 15 Quid est] *B F*^{2} Quidem *F* — favus] *F*^{2} favum *B F* — 16 caelestis imago in quo] ⋆⋆⋆⋆ o *F* — aput ⋆⋆⋆⋆ ebat *F* — 17 ipsis] ip⁼a *F* — habitationibus] *corr.*, habi ⋆ *F* ...nes *B* — 18 constructis] ...ti *F* — reposi ⋆ ⋆ t *F* — 19 Quid aliud mel] ⋆⋆⋆ *F* — 20 que sermonis eius] ⋆⋆⋆ us *F* — alimur] *B F*^{2} ...or *F* — 21 vivimus Hoc] ⋆ ⋆ *F* — 22 habeamus] *scripsi*, habe *B F* habea *F*^{2} — ut] ⋆ *F* — animam] ⋆ *F* — caelestibus] *correxi*, caelestia *B* nostras *F*^{2} *in ras.* — *Sequitur doxologia* : Deo itaque patri omnipotenti (⋆ ⋆ *F*) maximas atque uberes gratias semper et ubique (⋆⋆⋆ *F*) agentes per dominum *B F* nostrum Iesum Xpistum *add. B*

[XIV]

Et dixit Dominus ad Gedeon : Cum trecentis viris quos aquam lambere vidisti salvos faciam vos, et tradam in manibus tuis castra Madian [1].

Non sum quidem ignarus, dilectissimi fratres, possem temeritatis culpam incurrere, qui de tanti sacramenti dispositione ausus sum facere sermonem. Etenim si sublimia humiliter, grandia tenuiter disputemus, non solum imperitia ridenda est, sed et audacia punienda. Non enim periculi discrimen evadere poterit qui ea quae prisca lex sanxit aut devotissimorum cecinerunt ora prophetarum, aliter quam spiritalis ratio expetit interpretari voluerit. Sed ego, dilectissimi fratres, non tam studii mei aut ingenii fiducia quam divinae aspirationis gratia fretus, conor hinc facere sermonem. *Et dixit*, inquit, *Dominus ad Gedeon : Cum trecentis salvos faciam vos, et tradam in manibus tuis castra Madian.* Quid hoc est, dilectissimi fratres, quod ex triginta duobus milibus armatis soli trecenti idonei et fortes probantur ?

1. Iudic. VII, 7.

---

2 Et] t *B praetermissa initiali de more. Praemisit F*: ITEM SEQ̄ DE LIBRO IVDICV̄ — Et dixit] ⋆ ⋆ t *F* — Gedeon] *B F*^{2} iedeon *F et ita subinde* — Cum trecentis] ⋆ ⋆ centis *F* — 3 vidisti] ⋆ *F* — 4 manibus] ⋆ *F* — tuis] *F* eius *B* — 5 ignarus] ⋆ *F* — possem] quia possum *F*^{2} *in ras.* — 6 culpam incurrere] ⋆ ⋆ rrere *F* — qui de tanti] *B F*^{2} quid etanti *F* — dispositione ausus sum] disposi ⋆ ⋆ dior *F* (aggredior ?) — 7 sub ⋆ ⋆ iliter *F* — 8 grandia] *scripsi*, gradia *B* gra /// ssa *ex* grandia *F* — non solum] ⋆ ⋆ *F* — imp.] *scripsi*, inp. *B F* — 9 audici ⋆ ⋆ nda *F* — 10 eva ⋆ *F* — poterit] *B F*^{2} potere *F* — qui] *ex* quid ut *F* — sanxit] *scripsi*, sancxit *B* sanc ⋆ *F* — 11 prophe ⋆ *F* — 12 ratio] *B F*^{2} ratione *F* — interpretari] *scripsi*, ⋆ terpretari *F* ...re *B* — 13 tam] ⋆ m *F* — ingenii] *B F*^{2} ...a *F* — 14 fretus] *B F*^{2} fletus *F* — 15 inquit D. ad Gedeon] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ on *F* — trecentis] tricentis *et add.* viris *F* — 16 salvus *F* — faciam v. et tradam] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ dam *F* — Madian Q. h. est] madia ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 17 triginta] *B F*^{2} trigenta *F* — 18 milibus armatis] ⋆ ⋆ *F* — trecenti] *F*^{2} tricenti *B F ac subinde plerumque* — prob ⋆ ⋆ ⋆ dem *F*

Possum quidem duobus verbis quid ista paucitas significet demonstrare : *Multi enim vocati, sed pauci electi* [1], et *Si fuerit numerus filiorum Israel ut arena maris, reliquiae salvae fient* [2]. Sed quid nunc meriti istius ratio significet debemus ostendere : cur trecenti potissimum eliguntur per quos innumeri hostes penitus vastarentur? Trecenti enim apud Graecos tau littera signantur. Quae littera, cum unum habeat apicem quasi arborem passionis erectam, alterum in capite quasi antemnam extensam, crucis utique manifestum signum ostendit. Et proinde Gedeon, qui figuram Domini nostri Iesu Xpisti induerat, hostes suos hoc numero vicit. Denique Moyses extensis manibus signum crucis ostendit ut vinceret Amalec. *Sed surge*, inquit, *et descende in castra hostium* [3]. Vere et merito hoc dixit, quia in magna virtute et potentia sua surrexit Dominus ut in cruce ascenderet et exinde omnes potestates mundi triumpharet ac vinceret, sicut apostolus de eo dicebat : *Spolians se carne potestates palam triumphavit per crucem* [4]. Et quia castra hostium in valle erant, quae vallis inferorum situm indicabat ubi omnis potestas [...] et impurissimi spiritus loca et sedes habent, proinde in hac quasi depressa valle, id est apud inferos, per crucem Dominus velut cum trecentis viris descendit, quia

1. Mat. XX, 16.
2. Rom. IX, 27.
3. Iudic. VII, 9.
4. Col. II, 15.

---

1 quid] *B F²* quod *F* — si ⋆ ⋆ trare/// *F* — 2 pauci e. e. si] pau ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 3 arena maris] a ⋆ ⋆ *F* — reliquiae salvae] *B F²* ...qui ...vi *F* — 4 fient] *F²* fiunt *B F* — quid] *B F²* quod *F* — meriti istius] ⋆ ⋆ *F* — 5 ostender ⋆ ⋆ ⋆ centi *F* — eliguntur] *scripsi*, eleg... *B F* — 6 innumeri] i ⋆ *F* — hostes] *F²* hostem *B* hoste *F* — vastarentur] *F²* ...etur *B F* — enim apud] ⋆ ⋆ *F* — 7 tau] *F* thau *B* — littera signantur] *B F²* litera sinnantur *F* — quae littera] ⋆ ⋆ *F* — unum] *F²* unam *B* una *F* — 8 habeat] habet *F²* — apicem] *B F²* apacem *F* — arbo ⋆ ⋆nis *F* — alterum] *correxi*,...am *B F* — 9 quasi antemnam] qua ⋆ ⋆ *F* — utique] *B F²* itique *F* — 10 signum ostendit] ⋆ ⋆ *F* — figuram] figura *F* — 11 Iesu Xpisti induerat] ⋆ ⋆ ⋆ ducrat (in *eras.*) *F* — vicit Denique] v ⋆ ⋆ *F* — 12 Moyses] *F²* ...en *B F* — crucis ostendit] cruci ⋆ ⋆ *F* — 13 vinceret] *B F²* vincere *F* — surge] surget *F* — inquit et] inq ⋆ ⋆ *F* — descende] discende *F ac subinde, etiam B saepe* disc. *scripsit* — 14 merito hoc] merit ⋆ ⋆ *F* — virtute] *B F²* ...tes *F* — 15 potentia] *F* ...am *B* — sua] ⋆ *F* — surrexit] *F* surrexerit *B* — 17 carne] *F²* carnem *B F* — 18 triumphavit] *F²* ...bit *B F* — per c. E. quia] ⋆⋆ ⋆ ⋆ *F* — 19 erant] *B F²* erat *F* — vallis] *scripsi*, valles *B* — quae v. inf.] ⋆ ⋆ ⋆ erorum *F* — situm] sicut *F* — omnis] oms *F* — 20 potestas] *Supple* « tenebrarum » ? — po ⋆ ⋆ ⋆ purissimi *F* — et] *F om. B* — habent] *F²* ...bet *B F* — 21 proinde in] ⋆ ⋆ *F* — quasi depressa] *erasit F²* — in ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ nus *F* — 22 des ⋆ ⋆ ia *F*

trecentos in crucis imagine signari iam supra monstravimus, ut innumerabilem numerum hostium, id est legiones daemoniorum, exterminaret et perderet.

Sed illud me movet quod ait : *Si tu times descendere, descendet et puer tuus in castra*[1]. Quae virtus, quae potestas pueri, cuius fiducia Gedeon in castra hostium descendere iubebatur? Gedeonis itaque timor timorem illum dominicae passionis significanter ostendit. Quod ipse Dominus ad passionem veniens dixit : *Heu quid tristis est anima mea usque ad mortem! Pater, si fieri potest, transeat calix iste a me.* Sed repetit : *Non quod ego volo, sed sicut tu vis*[2]. Quid est? Timor non Dei sed suscepti hominis fuit. Et ideo timorem ex industria fatebatur, ut probaret vere se hominem induisse qui mortem timeret. Ecce quot signa carnis eius impressa sunt, dum sitit, dum esurit, dum fatigatur, dum flet et tristis est, postremo dum moritur! Et nihilominus multi sunt haeretici qui eum carnem hominis induisse negant, sed phantasma fuisse dicunt. Quid facerent homines, si non fuissent signa ista praemissa? Et ideo calicem passionis si fieri possit transire dicebat, ut vere se hominem induisse probaret cui secundum naturam mors formidolosa videretur. Ceterum Deus qui vita est mortem timere non poterat quem mors ipsa timebat. Sed quis est iste puer pro

1. Iudic. VII, 10.
2. Marc. XIV, 34-36.

---

1 trecentos] *B F*^{2} ...tis *F* — crucis] *F*^{2} cruce *B F* — signari] *scripsi*, signare *B* signa ⋆ *F* — iam supra] ⋆⋆ a *F* — monstravimus] *F*^{2} .. bimus *B F* — 2 innumerabi ⋆⋆⋆ ostium *F* — 3 exterminaret] ⋆ ret *F* — 4 me movet] *F* nemo novit *B* — si tu times] ⋆⋆⋆ *F* — 5 in castra] ⋆⋆ *F* — 6 pueri] *praemisit* quae *F*^{2} — cuius fiducia] *correxi*, huius f. *B* h ⋆⋆ *F* — Gedeon] *F* gedeonis *B* — hostium] *B F*^{2} ostius *F* — discen ⋆⋆ ur *F* — 7 itaque] ita quae *F*^{2} — timor] *supplevit F*^{2} — illum dominicae] ⋆⋆ minice *F* — 8 significanter] ...tur *F* — ostendit] ⋆ *F* — quod] quem *F*^{2} — 9 dixit] ⋆ *F* — Heu quid] *B solus* — tristis *B F*^{2} contristus *F ut videtur* — 10 mortem] ⋆ *F* — 11 a me sed] ⋆⋆⋆ ed *F* — vis] ⋆ *F* — 12 Quid est] ⋆ d est *F* — fuit] ⋆ *F* — 13 timorem] *scripsi*, timmorem *F*^{2} timmores *F*, *omittit B* — fatebatur] fateba ⋆ *F* — vere] vera est *F* verum *F*^{2} — 14 timeret] *B F*^{2} timor et *F* — quot] *F*^{2} quod *B F* — carnis] *B F*^{2} carnes *F* — 15 impressa] *scripsi*, inpressa *B* in presta *F* in presto *F*^{2} — 17 eum] *F*^{2} cum *B F* — hominis] hominus *F* — 18 sed] et *F* — Quid facerent] ⋆⋆ *F* — 19 ista p. e. ideo] ist ⋆⋆⋆⋆ *F* — 20 si] *B F*^{2}, *om. F* — transire dicebat] tr ⋆⋆ *F* — se] *B F*^{2} sed *F* — hominem] *B F*^{2} ...ne *F* — 21 probaret cui secundum] ⋆⋆⋆ cundum *F* — mors] *B F*^{2} mor *F* — form. vid.] formidolo ⋆⋆ *F* — 22 timere non] ⋆⋆ *F* — 23 Sed quis est] ⋆⋆⋆ *F*

quo dicitur : *Descendet et puer tuus in castris*? Puerum hunc ego non alium quam Ioannem Baptistam intellego, praecursorem scilicet et metatorem dominici adventus. Quia sicut in saeculo ad praeparandas vias Domini et rectas faciendas semitas Dei nostri praemissus est, ita et in castris hostium, id est ad inferos, praecursurus erat ut adventum Xpisti et illic mortuis indicaret. Necesse etenim erat ut post passionem suam ad inferos quoque descenderet, et patriarcharum animas, quae illic ab hostibus, id est spiritibus tenebrarum, captivae tenebantur, erueret et secum victor in paradiso reduceret. Denique cum Ioannes in Herodis carcere teneretur, sic mandat ad Dominum : *Tu es qui venturus es, an alium exspectamus*[1]? Sed venturum dicebat ad inferos, ubi ipse praecursurus erat. Ceterum in saeculo iam eum venisse dinoverat, iam et populo eum monstraverat, dicens : *Ecce agnus Dei, ecce qui aufert peccatum mundi*[2]. Et ideo dicit, cum utique et ad inferos deberet adventum ipsius nuntiare, ut ex auctoritate Domini praemissus, non sua praesumptione, adventum illius indicaret.

Sed adhuc adiecit : *Et Madian*, inquit, *et Amalec et omnes contrarii erant ut locustae, et camelorum non erat numerus*[3]. Madian hic imaginem diaboli portendebat, Amalec

1. Luc. VII, 20.
2. Ioa. I, 29.
3. Iudic. VII, 12.

---

1 et p. tuus] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — tuus] *Add.* usi *B F per dittographiam* — 2 non a. quam] n ⋆ ⋆ ⋆ *F* — Ioannem] *Add.* esse *F* — intellego] *B F* ...igo F^2 — 3 praecursorem scilicet] praecur ⋆ ⋆ *F* — metatorem] *conieci*, imitatorem *B* praedicatorem F^2 *in ras.* — 4 quia sicut in] q ⋆ ⋆ ⋆ *F* — et] ad *F* — r ⋆ ⋆ ciendas *F* — 5 Dei] domini *F* — ita et in castris] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ tris *F* — 6 inferos] *B* F^2 ...us *F* — praecur ⋆ ⋆ ut *F* — 7 mortuis] F^2 mortuus *B* mortuum *F* — indicaret] iudica ⋆ *F* — etenim] enim F^2 — 8 suam] ⋆ *F* — 9 pa ⋆ rum *F* — quae] *F* quia *B* — spiritibus] ⋆ tibus *F* — 10 tenebantur] teneb ⋆ *F* — 11 reduceret] ⋆ ceret *F* — Ioannes] *Add.* adhuc *F* — 12 Herodis] erodes *F* herodes F^2 — carcere] c ⋆ re *F* — teneretur] *B* F^2 tenetur *F* — 13 venturus] ⋆ turus *F* — exspectamus] speramus F^2 *in ras. ex* expertamus *ut videtur* — Sed] set *F* et F^2 — 14 ad] *praemisit* et *F* (*expunxit* F^2) — 16 dicens Ecce agnus] ⋆ ⋆ ⋆ us *F* — 17 pecca ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ut *F* — dicit cum utique] *conieci*, ut pro utrumque *B F* — infe ⋆ ⋆ ⋆ dventus *F* — 18 ex ⋆ ⋆ ⋆ missus *F* — 19 adven ⋆ ⋆ ⋆ caret *F* — 21 adhuc] huc *F* — inquit et] ⋆ ⋆ *F* — Amalec] *scripsi*, amalech *B* ⋆ alech *F* *et subinde* — 22 locustae] lo ⋆ *F* — camelorum] *scripsi*, camemlorum *B* ⋆ mellorum *F* — 23 hic imaginem] ⋆ ⋆ *F*

vero mortis, qui in valle, id est apud inferos, sedes et castra posuerant. Sed *omnes*, inquit, *contrarii erant ut locustae*. Mirifice locustis comparabat omnes contrarios, id est potestates aeris istius, de quibus beatus apostolus ait : *Non est vobis certamen adversus carnem et sanguinem, sed adversus potestates harum tenebrarum nequitiae in caelestibus*[1]. Hae enim potestates vel ut locustae in aera huius mundi volitantes bonae indolis frugem, id est hominum fecunda ieiunia et feracem iustitiae naturam, quasi messem saevitia sua devorant atque consumunt. Camelos autem quorum dicit non esse numerum, ipsos principes daemonum pravos enormes atque tortuosos, in quibus nihil cor rectum iudicat, qui ferventes insaniae flammis dentes cum stridore conterunt ut rabiem malitiae suae vehementius exacuant.

Sed adhuc adiecit : *Et intravit Gedeon in castris, et ecce homo narrabat proximo suo somnium et dixit : Somniavi, et ecce in magida panis hordeaceus volvebatur in castra Madian, et venit usque ad tabernaculum Madian, et percussit illud, et cecidit, et evertit*[2]. Magis itaque illa, in qua panis volvebatur qui hostium castra percussit et dissipavit atque destruxit, quid aliud quam sinum seu uterum Mariae virginis significabat, in quo panis vitae Xpistus, factus sub lege ex femina, volvebatur, quia legem Dominus noster non

1. Eph. VI, 12.
2. Iudic. VII, 13.

---

1 mortis qui in] ⋆⋆⋆n *F* — id est] idem *F* — inferos] ...us *F* — castra posuerant] ⋆⋆ suerunt *F* — 2 ut locustae] ⋆⋆ e *F* — 3 comparabat] *scripsi*, conparabat *B* conparabit *F* — contrarios] ⋆ *F* — 4 potestates] *scripsi*, ...tis *B F* — aeris istius] eruistuis *F* — beatus apostolus] ⋆⋆ lus *F* — 5 carnem et] ⋆⋆ *F* — 6 harum tenebrarum] ⋆⋆ nebrarum *F* — in] sub *F* — 7 Hae enim] ⋆⋆ *F* — potestates] ...tem *F* — mundi] ⋆ *F* — 8 bonae] *conieci*, bene *B F* — indolis] *conieci*, idolis *B F* — hominum] ⋆ *F* — fecunda] *Add.* in *B F* — 9 iusti ⋆ ⋆ turam *F* — 10 devorant] *scripsi*, devorent *B* devo ⋆ *F* — consumunt] *scripsi*, consument *B* consumment *F* — camelos] ...lus *F* — quorum] quo ⋆ *F* — 11 ipsus *F* — prin ⋆ es *F* — pravos] *correxi*, prouos *B F* — 12 enormes] *scripsi*, inormes *B F* — tortu ⋆ s *F* — nihil] *F om. B* — iudicat] *scripsi*, indicat *B* indicant *F* — 13 ferventes] ⋆ erventes *F* — flammis] *correxi*, flammas *B F* — 15 intravit] *scripsi*, ...bit *B F* — castris e. e. homo] c ⋆⋆⋆⋆ *F* — 16 somnium et d.] som ⋆⋆⋆ *F* — dixit] *Add.* inquit *B* — 17 in magida] imagida *F* — panis h.] p ⋆⋆ *F* — 18 madia ⋆⋆⋆⋆ ad *F* — percu ⋆⋆⋆ evertit et cecidit *F* — 19 illa] ⋆ *F Add.* vel magida *B* ⋆⋆ da *F* — 20 qui hostium castra] qu ⋆⋆⋆ *F* — 21 destruxit quid] distr ⋆⋆ *F* — aliud quam] alium ut qua *F* — sinum seu] *conieci*, sinuose *B F* — Mariae virg.] mari ⋆⋆ *F* — 22 factus sub lege] ⋆⋆⋆ *F* — 23 ex] *correxi*, et *B F* — quia] *conieci*, quam *B F* — Dominus noster non] ⋆⋆⋆ *F*

venerat solvere, sed adimplere? Unde factum est ut de quinque panibus hordeaceis quinque milia hominum saturaret. Hic ergo panis corporis nostri factus est, ut apostolus ait, *sub lege ex femina*[1]. Venit et percussit castra hostium, id est omnem potentiam diaboli omnemque militiae Satanae maiestatis suae virtute comminuit.

Sed dividit Gedeon trecentos illos viros per centenos. Non autem sic dividit ut partes faceret, sed ut tripartita principia constitueret, quia necesse erat ut imago crucis, per quam trecenti in tau littera figurantur, trinitatis distributione constaret. Nemo enim vincit nisi qui Patrem et Filium et Spiritum Sanctum aequali potestate et indifferenti virtute crediderit. Ecce quo sacramento militiae Gedeon hostes suos vicit, quo etiam nos credentes in Xpisto omnem nequitiam adversae potestatis triumphare consuevimus.

Quod autem dicit hos trecentos viros velut canes lambentes aquam fuisse electos, haec ratio est quod gentes antequam credant canibus comparantur, sicut ipse Dominus pro gentili, id est chananaea, muliere dicebat : *Non expedit tollere panem filiorum et dare canibus*. Sed et illa respondit : *Solent et canes colligere quae cadunt de mensa dominorum suorum*[2]. Unde planum est canes gentilium figuram

1. Gal. IV, 4.
2. Marc. VII, 27-28.

---

1 venerat] *F* noverat *B* — adimple ⋆ ⋆ ⋆ tus est *F* — 2 hord. quinque] orde ⋆ ⋆ *F* — hominum] *F om. B* — 3 panis corporis] ⋆ ⋆ poris *F* — factus] *F om. B* — 4 Sub lege] ⋆ ⋆ *F* — ex] et *F* — castra hostium] ca ⋆ ⋆ *F* — 5 omnemque militiae] omne ⋆ ⋆ *F* — 6 maiestatis] magistri *F* — suae] sua *F* — virtute] *conieci*, virtutem *B F* — comminuit] comm ⋆ *F* — 7 Sedivídit *F* — trecentos] tricentes *F* — illos] illorum *F* — viros per centenos] ⋆ ⋆ ⋆ tenos *F* — 8 sidividit *F* — faceret] ⋆ *F* — ut tripartita] uti paertita *F* — 9 quia] ⋆ *F* — immago *F* — 10 quam] q ⋆ *F* — trecenti] *scripsi*, tricenti *B F* — tau] *F* thau *B* — figurantur] signantur *F* — distributione] ⋆ tribucionem *F* — 11 vinc ⋆ *F* — 13 Ecce quo sacramento] ⋆ ⋆ ⋆ mi *F* — suos v. q. etiam] su ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — militiae] *correxi* militi *B F* — 14 nos] *F* nunc *B* — nequitiam] ⋆ *F* — 15 triumpha ⋆ *F* — consuevimus] *scripsi*, ⋆ vimus *F* ...bimus *B* — 16 dicit] *F om. B* — trecen ⋆ ⋆ ⋆ ut *F* — 17 fuisse electos] fuis ⋆ ⋆ s *F* — ratio est] racionem *F* — 18 antequam] antiquam *F* — credant] ⋆ *F* — conparantur *F* — ipse] ipsi *F* — Dominus pro] ⋆ ⋆ *F* — 19 gentili] *scripsi*, ...le *B* ⋆ le *F* — muliere] mulier *F* — Non expedit] ⋆ ⋆ it *F* — 20 panem] *F* panes *B* — canibus Sed] cani ⋆ ⋆ *F* — 21 ca ⋆ ⋆ legere *F* — cadent *F* — dom. suorum] domi ⋆ ⋆ *F* — fig. perspicue] ⋆ ⋆ ecue *F*

perspicue indicare. Et quia ex gentibus in Xpisto Deo Dei filio credituri erant qui essent per signum crucis de hostibus, id est immundis spiritibus, victoriam relaturi, ideo hos eligendos iubet quos sicut canes aquam lambere vidisset, ut ostenderet magis ex gentibus credentes per signum crucis victoriam relaturos.

Sed adhuc est aliud mysterium quod in hac pugna usus est Gedeon. Cum enim distribuit centenos viros per tres classes, *dedit*, inquit, *eis tubas in manus eorum et hydrias vacuas et lampades in medio hydriarum. Et canebant*, inquit, *tubis; et confregerunt hydrias quas habebant, et apprehenderunt unusquisque in manu sua sinistra lampades et in manu dextera tubas unde canebant, et clamabant : Gladius Domini et Gedeonis*[1]. O fortissimum bellum, o admirabile praelium et praedicanda victoria, ut innumerabilem numerum hostium trecenti homines, qui signum crucis numero suo signabant, per tubas, lampades et hydrias confractas penitus debellarent! Sic et Abraham quinque reges barbaros cum exercitibus eorum, cum trecentis decem et octo vernaculis vicit, et omnem substantiam quam diripuerant, sed et filium fratris sui Loth quem captivum ducebant eripuit et revocavit. Qui numerus vernaculorum trecentis constitutus signum, ut saepe dictum est, crucis perspicue

1. Iudic. VII, 16-20.

---

1 in Xpisto Deo Dei] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 2 crucis de] ⋆ ⋆ *F* — 3 immundis] *correxi*, in mundi *B F* (*ex* de inmundis *F*) — victoriam] ⋆ *F* — 4 eligendos] *scripsi*, elegendo *B F* — quos sicut] ⋆ ⋆ t *F* — aquam] aqua *F* — 5 ut ostenderet] ⋆ ⋆ nderet *F* — ex gentibus] extentibus *F* — per signum] ⋆ ⋆ *F* — 6 relaturos] ...rus *F* — 7 adhuc] ⋆ *F* — pu ⋆ a *F* — 8 distribu ⋆ *F* — centenos] ...nus *F* — 9 classes] clades *F* — inquit] ⋆ *F* — eorum] hominum *F* — 10 lampades] *F* ...das *B et subinde* — 11 confregerunt] *correxi*, refrigerant *B* refrigerarunt *F* — 12 sua sinistra] ⋆ ⋆ *F* — 13 tubas unde] ⋆ ⋆ *F* — 14 Gladius] glama ⋆ us *F* — fort. bellum] fortissi ⋆ ⋆ *F* — admirabile] ...lem *F* — 15 praelium] praemium *B* 1ª *m. et F* — pr. victoria] praedica ⋆ ⋆ *F* — 16 nummerum *F* — hostium] o ⋆ *F* — trecenti] *scripsi*, trescenti *B* ⋆ ti *F* — homines] ...nis *F* — 17 numero suo] num ⋆ ⋆ *F* — tubas] turbas *F* — et ⋆ ⋆ fractas *F* — 18 et Abraham] ⋆ ⋆ *F* — 19 barbaros] barbaregis *F* — exercitibus eorum] exer ⋆ ⋆ *F* — 20 ver ⋆ ⋆ cit *F* — dirip.] deripe ⋆ *F* — 21 sed] ⋆ *F* — fratri *F* — capti ⋆ ⋆ bant *F* — 22 eripuit] *F* diripuit *B* (*ex* eripuit) — revocavit] *F* vocavit *B* — *Post* revocavit *add. F* Quid sit numerus trecentorum vernaculorum *Add. B* Quid ⋆ mero trecentorum *In utroque glossema, ut videtur.* — Qui numerus] *F om. B* — vernaculorum] *scripsi*, ⋆ culorum *F om. B* — 23 si ⋆ ⋆ ⋆ pe *F*

liniabat. In decem et octo autem nomen Iesu evidenti ratione monstrabo. Decem et octo enim apud Graecos iota et cappa signantur, quibus litteris nomen Iesu scribitur.

Sed iam nunc videamus quid istae hydriae vacuae, quid vero tubae, quid lampades indicent. Hydriae autem apud Graecos vasa aquaria appellantur. Quae hydriae figuram nostrae carnis habebant, quae de terrae limo facta et ad aquam baptismatis praeparata est. Corpora autem nostra vasis fictilibus comparari probat apostolus Paulus cum dicit : *Habentes thesaurum in fictilibus vasis*[1]. Sed vacuae inquit, erant. Necdum aquam etenim baptismatis haurierant, et ideo vacuae dicebantur. Sed fortassis aliquis dicat : Si hydriae illae corpora nostra significabant, cur frangebantur? Nulli dubium est, fratres, neminem Xpistianorum posse de inimicis suis victoriam reportare nisi prius intus carnalia sua opera Spiritus virtute confregerit. Et ideo ait : *Et confregerunt*, inquit, *hydrias quas habebant, et apprehenderunt unusquisque in manu sua sinistra lampades et in dextera tubas.* Sed nondum hydriis confractis plenius prosequendum est. Ecce Hieremias propheta dicit : *Et duxit me Dominus in domum figuli ubi vasa faciebat. Cecidit*, inquit, *vas de rota et confractum est*[2] : quodque rursus in aqua refudit ut denuo vas melius fingeretur. Lutum itaque est quod de terrae limo divi figuli manus in formam humani

1. II Cor. IV, 7.
2. Ier. XVIII, 3-4.

---

1 liniabat] ⋆ bat *F* — evidenti] e ⋆ *F* — 2 rationem *F* — apud] ⋆ *F* — Graecos] graecus *F* — 3 cappa] *om. F* — litteris] liter ⋆ *F* — 4 nunc] non *F* — quid] ⋆ *F* — quid vero] quod vere *F* — 5 quid lampades indicent] quod la ⋆ de incendent *F* — grec ⋆ ⋆ sa *F* — 6 Quae] qui *F* — figuram nostrae] figur ⋆ nostram *F* — 7 terrae] terra *F* — facta] *add.* fuerat *et postea erasit F* — 8 Corpora autem] ⋆ ⋆ *F* — 9 pro ⋆ ⋆ ⋆ ulus *F* — 10 in fictilibus] ⋆ ⋆ s *F* — 11 Necdum] ⋆ tunc *F* — aquam] aqua *F* — etenim] *om. F* — 12 et ideo vacuae] ⋆ ⋆ ⋆ ue *F* — aliquis dicat] ali ⋆ ⋆ *F* — 13 significabant cur] signi ⋆ ⋆ ur *F* — 14 est f. neminem] ⋆ ⋆ ⋆ eminem *F* — 15 suis victoriam] ⋆ ⋆ ctoriam *F* — intus] *conieci*, vitiis *B* vici ⋆ *F* — 16 carnalia] ⋆ a *F* — confregerit] confrige ⋆ *F* — 17 Et] ⋆ *F* — confregerunt] *correxi*, confregebant *B* confrigebat *F* — hydrias quas] idri ⋆ ⋆ *F* — 18 unusquique in] unusquis ⋆ ⋆ *F* — 19 dex ⋆ *F* — nondum] *F* nundum *B* — ple ⋆ *F* — 20 propheta] ⋆ a F — Et duxit] Eduxit *F* — 21 domum] domo *F* — figuli ubi] figu ⋆ ⋆ *F* — 22 vas] *supplevi* — et confractum] ⋆ ⋆ nfractum *F* — 23 refudit] ⋆ udit *F* — fingeretur] ⋆ retur *F* — itaque est] ⋆ ⋆ *F* — 24 divi] *F om. B* — manus] manum *F* — formam] ⋆ mam *F*

corporis expresserat et ad imaginem Dei plasmaverat. Hoc quia per Adam fuerat vitiis contaminatum et scelerum sordibus inquinatum et ligno transgressionis comminutum, quia necdum fuerat igneo Spiritu in Ecclesiae fornace decoctum, et proinde confractum est, et rursus velut argila in aqua baptismatis temperatum est, ut artifex Dominus, quem figulum dicit, diversam animam in piscina lavacri atque exinde in rota euangelii impositam, et crebris professionum motibus volutatam, tunc compactam sponsionibus et constrictam vinculis disciplinae, Sancti quoque Spiritus calore ignitam, idoneam et capacem ad percipiendam gratiam caelestem efficit. Sed nec mirum quod in ministerio veteris hominis hydriae confractae sint, cum nos in bello persecutionis hostem diabolum aliter vincere non possumus, nisi corpora nostra variis tormentorum suppliciis ipsaque postremo morte in martyrio confringimus. Quod autem lampades et tubas apprehenderunt, verum est et hoc, dilectissimi fratres, quia et nos cum carnalia vitia comminuimus, aut ipsa, ut dixi, morte corpora nostra in persecutione pro Xpisti nomine frangimus, tunc lampades martyrii et rutilas fidei faces apprehendimus, quibus in nocte saeculi istius ignorantiae tenebris obcaecatum lumen veritatis errantibus demonstramus, aut sponso Domino venienti obviam occurrimus, quo facilius in nuptiali thalamo secundum euangelium intrare possimus. Sed et tubas, divinorum operum

---

1 expraeserat *F* — ⋆ ginem *F* — 2 per] *conieci,* pro *B F* — ⋆ uerat *F* — contam.] cumtam. *F* — scelerum] scelum *F* — 3 et ligno] *conieci,* elogio *B F* — 4 quia] *conieci,* qui *B* que *F* — spiritum *F* — decoctum] denoctum *F* — 5 argila in] ⋆⋆ *F* — 6 ut artifex] ⋆⋆ *F* — 7 diversam animam] diver ⋆⋆ *F* — 8 in rota euangelii] ⋆⋆⋆ *F* — impos.] inpos. *F* — 9 motibus] ⋆ *F* — volutatam] *conieci,* ⋆ luntatem *F* voluptatem *B* — comp.] conp. *F* — sponsi ⋆⋆⋆ tractam *F* — 10 qu ⋆⋆⋆ lore *F* — 11 ignitam] ignitatem *F* — capacem] acpacem *F* — ad percip.] ⋆⋆ *F* — 12 mirum quod in] m ⋆⋆⋆ *F* — 13 confractae sint] c ⋆⋆ *F* — 14 diabu ⋆⋆⋆ cere *F* — 15 nostra variis] no ⋆⋆ is *F* — postremo morte] post ⋆⋆ *F* — 16 confringimus] *Add.* Quid per tubas quid per lampadas dicatur *B sup. lin.* — lampades] ⋆ *F* — 17 tubas] turpas *F* — et hoc dilectissimi] ⋆⋆⋆ *F* — 18 et] *om. F* — comminuimus] cum ⋆ *F* — 19 in pers.] ⋆⋆ one *F* — 20 lampades] la ⋆ *F* — 21 appreh.] apraeen ⋆ *F* — 22 tene ⋆ *F* — 23 de ⋆ mus *F* — venienti] venent *F* — oviam *F* — occ ⋆ *F* — 24 quo] *correxi,* quod *B F* — facilius] fecilios *F* — euang.] e ⋆ *F* — 25 possimus] *Add.* Deo itaque *B* — tubas] tubes *F*

laudes, utimur, quibus aut classicum canentes Xpisti milites exercemus, aut rauco bando frementes contumaces terrae et dormientes excitare possumus.

---

1 utimur] ut timor *F* — quibus] *praemiserunt* pro *B F* — clasi cum *F* — 2 frementes contumaces] fremen ⋆⋆ s *F* — 3 possumus] ⋆ *F* *Sequitur doxologia* : Deo (⋆ *F*) itaque (⋆ aque *F*) patri omnipotenti maximas atque uberes gratias agentes (ube ⋆⋆⋆ gentes *F*) per dominum nostrum Iesum Xpistum (⋆⋆⋆ *F*) *B F*

[XV]

Dixit Elisaeus ad populum qui erat in Hiericho : Accipite mihi vas fictile et mittite in eo sal. Et demersit illud in flumine, et statim aquae sanatae sunt [1].

Audistis lectionem, dilectissimi fratres, qua refert beatissimum Elisaeum prophetam, cum rogaretur a populo ut aquas Hiericho steriles et malignas sanaret, quo sacramento easdem aquas ad sanitatem fecunditatemque produxerit : *Accepit*, inquit, *vas rude fictile, et adiecit in eo sal, et demersit illud in flumine, et statim aquae sanatae sunt.* Quid in hoc loco dicimus, dilectissimi fratres? Numquid non poterat Elisaeus in nomine Domini aquas verbo curare, qui potuit impetum Iordanis fluminis, refrenatis undarum agminibus, retrorsus ad caput fontis verbo revocare, ut siccum sibi iter per idem flumen transeundi praeberet? Aut numquid plus poterat vas illud fictile plenum sale quam sermo Dei quo etiam et mortuos excitavit et saepenumero virtutes maximas faciebat? Quae ergo causa, quae ratio, quae potestas in vas illud

1. II Reg. II, 20-22.

---

2 Dixit Elisaeus] ⋆ ⋆ *F Praecedit in B F uncial. rubris* INCIPIT SEQVENTIA DE LIBRO REGNORVM — in] *supplevi* — Hiericho Accipite] ⋆⋆ ipite *F* — 3 sal Et demersit] ⋆ ⋆ ⋆ ersit *F* — 4 sanatae sunt] ⋆ ⋆ *F* — 5 refert] ⋆ *F* — beatissimum Elisaeum prophetam] ⋆ atissimus Heliseus propheta *F* — 6 rogare ⋆ ⋆ ut *F* — 7 Hiericho] *scripsi*, iericontis *B F* — steriles] sterelis *F ac subinde* — mali ⋆ ⋆ ret *F* — 8 sanitatem] ⋆ *F* — produxerit] producerit *F* — 9 in ⋆ ⋆ ⋆ ude — sal] salem *F* — demersit illud] di ⋆ ⋆ lut *F* — 10 quid in] ⋆ ⋆ *F* — 11 po ⋆ ⋆ liseus *F* — 12 qui potuit] ⋆ ⋆ ít *F* — impetum] impetu *F* — 13 refrena ⋆ ⋆ rum — 14 verbo revocare] ⋆ ⋆ are *F* — siccum] si cum *F in ras.* — per idem flumen] *correxi*, pro eodem flumine *B F* — 15 tran ⋆ *F* — numquid] numquis *F* — 16 fictile] ⋆ le *F* — 17 excitavit] ⋆ vit *F* — fa ⋆ at *F* — 18 vas] ⋆ *F*

fictile et sale plenum fuerit, diligentius debemus advertere.

Elisaeus utique hic beatissimus propheta erat qui, cum rogaretur ut aquas steriles sanaret, non aliunde poterat quam de Xpisto ut baptismatis eius in sacramento remedium quaereret. Vas etenim illud fictile figuram Xpisti corporis portendebat, quod ex protoplastis quorum imago terrena est suscepturus erat.

Salem autem ipsum Verbum Dei esse, sapientiam scilicet Patris, nulla est dubitatio : de qua sapientia beatus Paulus apostolus dicit : *Xpistus*, inquit, *Dei virtus est et Dei sapientia*[1]; unde et apostoli propter fidem quam in Xpisto habebant sal terrae sunt appellati. Propheta ergo, sciens illud futurum quod postea sanctus Ioannes apostolus refert : *Verbum caro factum est et habitavit in nobis*[2], proinde in similitudine Verbi salem, id est sapientiam Dei, in vas fictile, id est in corpus hominis, immittens in aqua demersit. Quod quidem significabat quia omnes aquae quae toto mundo steriles erant, quae filios Dei sine Xpisto generare non poterant, postea baptizato Xpisto fecunditatem et benedictionem accepturae essent, ut Dei filios per lavacri vitalis sanctificationem generarent. Unde advertere debet xpistiana sapientia, sanctissimi fratres, quantum possit nunc veritas baptismatis in Xpisto, huius tantum potuit tunc figura. Ex quo enim Dominus in easdem aquas descen-

1. I Cor. I, 24.
2. Ioa. I, 14.

---

1 plenum] *supplevi* — 4 poterat] *corr.*, poterit *B F* — 5 rem. quaereret] r ⋆ ⋆ ret *F* — 7 port.] *F* prot. *B* — protoplastis] *correxi*, protoplausto *B F* — quorum] ⋆ *F* — 8 erat] ⋆ *F* — 9 Salem] sale *F* — Verbum ⋆ ⋆ ⋆ enciam *F* — 10 est dubitatio] ⋆ ⋆ *F* — sapientia] saciencia *ex* paciencia *F* — 11 apostolus dicit] ⋆ ⋆ *F* — 12 sapien ⋆ ⋆ et *F* — 13 habeb ⋆ ⋆ ⋆ sunt *F* — 14 illud futurum] ⋆ ⋆ *F* — quod] quam *F* — 15 Verb ⋆ ⋆ ⋆ tum *F* — habitavit] habitabit *F ex* inhab. — 16 proinde ⋆ ⋆ tudine *F* — Dei ⋆ ⋆ ⋆ le *F* — 17 im ⋆ ⋆ ⋆ mersit *F* — 18 omnes aquae quae] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 19 quae] *scripsi*, que *B F* — Dei sine Xpisto] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 20 baptizato Xpisto] bapti ⋆ ⋆ *F* — 21 accepturae] accipire *F ut videtur ex* acceptere — essent ut] ⋆ ⋆ *F* — per] *correxi*, pro *B F* — 22 sanctificationem] *correxi*, sanctificatione *B* sanctificacio *F* — debet] debes *F ex* deberet — 24 nunc ...potuit] *F om. B* — baptismatis] ⋆ tismatis *F* — huius] *conieci*, cuius *B* — 25 tunc] *F* terrae *B* — f ⋆ ra *F* — quo] *correxi*, qua *B F* — in] et *F* — descendere] discendere *F*

dere et baptizari dignatus est, in corpore suo salem Verbi circumferens et in sermone ipso vasis fictilis, id est corporis, materiam gerens : ex eo ubique per fidem Xpisti aquae generare et Dei filios procreare coeperunt, quae retro steriles fuerunt.

Sed ne forte aliquis caelestium sacramentorum ignarus dicat : cur baptizatus est Xpistus, qui Deus erat, cuius caro peccatum non fecerat nec dolus in ore eius inventus est, cum baptismatis gratia non nisi ad remissionem peccatorum sit divinitus procurata ? accipite rationem, et intellegite ad hoc Dominum nostrum baptizari se a Ioanne voluisse non ut remissionem peccatorum acciperet, qui peccatum non fecerat, sed ideo baptizari dignatus est ut aquam ipsam suo lavacro sanctificaret, ut quicumque in nomine ipsius baptizatus fuisset, membrum iam corporis ipsius effectus, filius Dei per adoptionem esse mereretur, renatus scilicet ex aqua et superna virtute.

Denique et alibi hoc Xpisti baptismatis sacramentum similiter invenimus esse praemissum : nam in Exodo legimus Merrae fontis aquas amaras *immisso ligno ad dulcedinem sanitatemque fuisse conversas*[1] ; nullum enim aliud remedium inutilium aquarum nisi de Xpisto prophetae quaerebant. Lignum etenim illud dominicae passionis mysterium perspicue demonstrabat, qua indulcatas baptismatis aquas possent sitientes salubriter bibere ; unde et ipse

1. Ex. XV, 25.

---

1 baptizari] baptizare *F* — 2 vasis fictilis] *F* vasae fictilae *B* — corporis materiam gerens] corpus mea ⋆⋆ens *F* — 4 gene⋆⋆⋆os *F* — 6 celes⋆⋆ cramentorum *F* — 7 cur baptizatus] ⋆⋆zatus *F* — qui Deus] *punctis circumsepit F* — erat] ⋆ *F* — 8 nec dolus] ⋆⋆s *F* — 9 cum baptismatis] ⋆⋆tismatis *F* — non] nonnon *F* — remissionem] remissione *F* — peccatorum] ⋆ ām *F* — 10 rationem] ⋆ *F* — intellegite] *F* intelligite *B* — 11 baptizari se a Ioanne] baptiza⋆⋆⋆⋆em *F* — 12 peccato⋆⋆peret *F* — peccatum] pecatum *F* — 13 baptizari] ⋆ *F* — ipsam] ipsa *F* — 14 sanctificaret] ⋆ *F* — bapti⋆⋆set *F* 15 effectus filius Dei] effec⋆⋆ *F* — 16 scilicet ex] ⋆⋆ *F* — 18 hoc Xpisti] ⋆⋆ *F* — 19 esse praemissum] ⋆⋆ issum *F* — in] *erasit F* — 20 Merrae] *restitui ex* Μερρά, myrrae *B* mirre *F* — aquas] ⋆ s *F* — immisso] in misso *F* — lignum] lignem *F* — 21 sani ⋆ que *F* — 22 ⋆ edium *F* — de] ex *F* — 24 perspicue] prespicue *F* — 25 possent] possint *F* — sitientes] *scripsi*, •icientes *F* scicientes *B ac subinde* — et] *om. F*

Dominus stans in templo dicebat : *Qui sitit veniat et bibat*[1] *aqua virtutem gratis.* Sic populus in eremo cum sitis periculum pateretur, tunc Moyses virga, id est ligno, petram percussit et fluxerunt fontes aquarum : quo factum esse sacramentum baptismatis indicabat. Petram enim illam figuram Xpisti habuisse probat beatus apostolus cum dicit : *Bibebant enim de spiritali sequenti petra, petra autem erat Xpistus*[2]. Petram ergo illam imaginem dominicae carnis habuisse nulla est dubitatio : quae caro, crucis ligno percussa, aquam vivam sitientibus tribuit, sicut scriptum est : *Flumina de ventre eius procedent*[3]. Dicebat hoc itaque de Spiritu Sancto quem credentes accepturi erant.

Et proinde aquae illae, de petra productae, flumina de ventre Xpisti in sacramento baptismatis manantia et ad salubre sitientium poculum de Xpisti latere cursura, iam tunc typica praefiguratione monstrabant. Quis etenim nesciat Dominum nostrum, qui est fons aquae vivae saliens in vitae perpetuitatem, cum in crucis ligno suspensus fuisset, non tantum de vulnere lateris sui sanguinem, sed aquas largo cursu manantes profudisse, ostendens sponsam, id est Ecclesiam, exemplo protoplastorum de latere suo constare, sicut constitit et Eva de costa Adae, habentem scilicet duo

1. Ioa. VII, 37.
2. I Cor. X, 4.
3. Ioa. VII, 38.

---

1 dicebat Qui sitit veniat] dic⋆⋆⋆⋆ *F* — 2 aqua] *F* aquam *B* — virtutem] *correxi*, virtute *B F* — gratis] gravis *F* — populus in eremo] ⋆⋆⋆ *F* — 3 Moyses virga id est] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 4 et] statim *add. F* — fluxerunt fontes aquarum] flux⋆⋆⋆ *F* — esse] *conieci*, est *F om. B* — 5 baptismatis] b⋆ *F* — 6 Xpisti habuisse] ⋆⋆ *F* — 7 bibebant enim de spiritali] bibeba⋆⋆⋆⋆ *F* — sequenti] *F* lequenti *B* — 8 Xpistus Petram] ⋆⋆ *F* — ergo] autem *F* — illam] illa *F* — 9 habuisse nulla] ⋆⋆ *F* — percussa aquam] ⋆⋆ *F* — 10 script⋆⋆⋆ mina *F* — 11 procedent] procedunt *F* — dicebat hoc itaque] d⋆⋆⋆que *F* — 12 accepturi erant] accepit⋆⋆ *F* — 13 flumina] *correxi*, flumine *B* fl⋆ *F* — de ventre] ⋆⋆ tre *F* — 14 manantia] ⋆ *F* — a] ad *F* — 15 poculum] populum *F* — latere cursura] ⋆⋆sura *F* — 16 typica] *correxi*, tipice *B F* — praefiguratione] *F* praefigurationem *B* — monstrabant] ⋆bant *F* — 17 est fons] ⋆⋆ *F* — 18 perpetuitatem cum] perpetuiter (*ex* perpetuate) tem⋆ *F* — 19 tantum] ⋆ *F* — aquas] a⋆ *F* — 20 manantes] manentes *F* — profudisse] *conieci*, profuisse *B F* — ostende⋆⋆sa *F* — 21 protoplastorum] *correxi*, protoplaustorum *B* protoplaustro ⋆ *F* (*ex* propto)

baptismata, id est aquae et sanguinis, unde fideles in Ecclesia et martyres fiunt?

Sed quia necesse erat ut cum sacramento baptismatis etiam et sanctorum apostolorum imaginem praefiguratam ostenderet, proinde apud Elim, qui locus in Exodo[1] legitur, in duodecim fontibus duodecim apostolorum figura monstratur. De quibus fontibus David in psalmis ait : *Laudate*, inquit, *Dominum de fontibus Israel*[2], eo quod ex populo Israel fontes isti apostoli procedentes gratiam baptismatis essent credentibus praebituri. Et nequis beatum apostolum Paulum ab eorum consortio putaret exclusum, subiunxit dicens : *Illic Beniamin adulescentior*[3], eo quod Paulus apostolus de tribu Beniamin inventus erat, et pariter cum ceteris apostolis baptismi donum cunctis nationibus praebiturus : qui ideo adulescentior dicitur, nequis hoc de illo antiquo patriarcha Beniamin dictum esse putaret.

Et quia nunc de sacramento baptismatis sermo est, etiam et illud debemus ostendere quod una sit omnibus accipientibus gratia, nec alium plus, alterum minus posse consequi in baptismatis dono. Mentior nisi probavero omnes servos in euangelio[4] singulos denarios accepisse, et manna illud quod colligebatur pro omnibus fuisse mensuram, quia *qui amplius*, inquit, *non abundabit et*

1. Ex. XV, 27.
2. Ps. LXVII, 27.
3. Ps. LXVII, 28.
4. Math. XX, 9.

---

1 aquae] *F* aqua *B* — 2 martyres fiunt Sed quia] marti⋆⋆⋆⋆ *F* — 3 sacra ⋆⋆atis *F* — 4 imaginem praefiguralem] ima⋆⋆m *F* — 5 proinde] prode *F* — qui] q ; *F* — locus in Exodo] ⋆⋆⋆ *F* — 6 duodecim] *F* dudecim — duode ⋆⋆⋆uram — 7 in psalmis ait] ⋆⋆⋆ *F* — 8 Israel] *scripsi*, ...lis *B F et subinde* — eo quod ex populo] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 9 baptismatis] ⋆ *F* — 10 quis beatum] ⋆⋆ *F* — 11 consortio] consorcium *F* — puta ⋆⋆ m *F* — 12 Beniamin] veniam *F* — adulescentior] *scripsi*, adu ⋆ *F* adolescentior *B* — eo] *F* ergo *B* — 13 inventus] in ⋆ *F* — erat] ⋆ *F* — 14 donum cunctis] ⋆⋆is *F* — praebiturus] praebituris *F* — 15 ad⋆tior *F* — 16 patriarcha] ⋆ a *F* — 17 nunc de] ⋆⋆ *F* — 18 etiam] ⋆ *F* — sit omnibus] ⋆⋆nibus *F* — 20 baptisma⋆⋆no *F* — 21 euangelio] ⋆ *F* — singulos] singulus *F* — denarios] dinarius *F* — 22 manna] mana *F* — quod] ⋆ *F* — colligebatur] *scripsi*, collegebantur *B F* — mensuram] *scripsi*, mensura *B* mensum ⋆ *F* — 23 amplius] ampluos *F*

qui minus non indigebit[1]. Nam quando in baptismate omnia peccata donantur, et ubi sine modo indulgentia, cessat omnis cum sua computatione mensura, nec redigitur in numero cum divina bonitas porrigat totum. Ideo et omnes servos, ut iam dixi, refert scriptura singulos denarios accepisse, ut ostenderet omnium peccatorum remissionis unam esse mensuram, et sine cuiusquam iniuria per omnia paria bonitatis Dei cucurrisse iudicia, ne in reprehensionem divinae indulgentiae caderet bonitas si circa omnes non fuisset aequalitas. Non enim ad mensuram dat Pater Spiritum, et sic nec ad mensuram porrigitur baptismi gratia ut tantum conferatur quantum aquae abundantia vel exiguitas fuerit, quia nec aqua est quae delicta dissolvit, sed per aquam Deus est qui omnia peccata dimittit.

Et quamquam omnes unum indulgentiae munus in baptismate consequamur, ut nullum peccatum exceptum sit quod non baptismatis sacramento diluatur, tamen postea actibus, moribus, operibus in conversatione distinguimur. Sicut enim in euangelio[2] seminator quidem semen divini verbi aequaliter seminavit, sed non ubique similiter profecit ad messem : aliud enim inter spinas cecidit et suffocatum est ; aliud in terra petrosa, quod statim quidem mortuum est, sed quia nec radices altas nec humorem quo aleretur habebat, orto sole exaruit ; aliud iuxta viam, et aves diri-

1. Ex. XVI, 18.
2. Marc. IV, 4.

---

1 baptismate] baptismato *F* — omnia] omnium *F* — 3 comput.] *add.* est *B F* — redigitur in n. cum] redig * * * * *F* — 4 Ideo et omnes servos] * * * * vos *F* — 5 scriptura] *conieci*, manna *B* mannam *F* — denarios] *supplevi* — 6 remissionis] * *F* — 7 iniuria per omnia] * * * *F* — 8 bonitatis] *correxi*, bonitas *B F* — iudicia ne in reprehensionem] iud * * * * hennem *F* — 9 caderet bonitas si] cade * * * *F* — circa] circha *F* — 10 Non enim ad] * * * *F* — 11 nec ad mensuram porrigitur] adme * * * rigitur *F* — baptismi gratia] *correxi*, baptismum gratiae *B F* — ta * * ratur *F* — 12 exiguitas fuerit] * * erit *F* — 13 aqua] aquam *F* — dissolvit sed] * * *F* — per] *correxi*, pro *B F* — aquam] *F* aqua *B* — 14 qui] quia *F* — dimittit Et] dimi * * *F* — 15 munu * * * mate *F* — 16 pec * * tum *F* — 17 sacr * * atur *F* — 18 operibus in] op * * *F* — distinguimur] *F* distinguitur *B* — 19 enim in euangelio] * * * *F* — quidem] quod est *F* — 20 aequaliter] eg * *F* — seminavit] *correxi*, seminabit *B F* — profecit] *conieci*, probent *B* proben * *F* — 21 ad messem] * * sem *F* — s * tum est *F* — 22 statim] sta * *F* — 23 altas] al * *F* — sole] solo *F* — iuxta] iustam *F* — diripuerunt] der. *F*

puerunt illud; aliud in terram bonam, et fecit fructum, aliud tricies, aliud sexagies, aliud centies. Sic et una est quidem gratia baptismatis omnibus, sicut una est seminatio verbi, sed postea pro actuum qualitate singulorum merita in iudicio discernentur.

1 aliud in terram bonam et] ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 2 tricies aliud sexagies] tri⋆⋆⋆ges *F* — 3 quidem gratia] ⋆⋆ *F* — seminatio verbi] ⋆⋆ *F* — 4 — qualita⋆⋆⋆m *F* — 5 discernentur] *scripsi*, discernenentur *B* discernuntur *F* — *Explicit sine doxologia.*

[XVI]

Visio quam vidit Isaias filius Amos adversus Iudam et adversus Hierusalem[1].

Maximum quidem praeclarumque munus est, dilectissimi fratres, et revera insigne disputationis genus propheticos sensus, allegoriae in tegumentis obvolutos, in lucem verae cognitionis aperire. Sed quia non tam affatim haec gratia cunctorum mentibus inlabitur ut id quod magnificum et divinum est cito agnosci possit, merito in ipsa inquisitione torquemur. Attamen quia Dominus Salvatorque noster fiduciam requirendi dedit sic dicens : *Petite et accipietis, pulsate et aperietur vobis, quaerite et invenietis*, et *Nihil est obscurum quod non reveletur, et tectum quod non manifestetur*[2], proinde fertur hac pollicitatione cognitor de lectione facere sermonem.

Sed ante omnia requirendum nobis est cur praetitulatio ista cum subsequenti sermone non congruat. Ait enim : *Visio quam vidit Isaias in regno Oziae, Ioatham, Achaz,*

1. Is. I, 1.
2. Mat. VII, 7 *et* X, 26.

---

2 Visio quam] ⋆ ⋆ m *F praecedit in F uncial. rubris* ⋆ ⋆ OSICIO ESAIHE PPHETHE — filius] filios *F* — Iudam] ⋆ *F* — 3 Hierusalem] *scripsi*, ier. *B* irsalem *F* — 4 praeclarum] ⋆ *F* — que] qui *F* — 5 insi ⋆ ⋆ tacionis *F* — 6 aligo ⋆ ⋆ ⋆ mentis *F* — 7 cogni ⋆ ⋆ rire *F* — affatim] affati *F* — gratia] ⋆ *F* — 8 quod magnificum] ⋆ ⋆ icum — 9 agnosci] agnusci *F* — merito] ⋆ *F* — 10 torquemur] *correxi*, torquimur *B F* — Attamen] ⋆ *F* — quia] *F* qui *B* — 11 ⋆ quirendi *F* — accipietis] ⋆ is *F* — 12 quaerite] *scripsi*, querite *B* que ⋆ *F* — invenietis] avenietis *F* — 13 ⋆ lletur *F* — manifestet ⋆ *F* — 14 pollicitatione] politacione *F* — cognitor] ⋆ gnitur *F* — de lectione] *conieci*, dilectione *B* de eleccione *F* — 16 omnia] om̄ *F* — praetitulatio] petri tulacio *F* — 17 cum subsequenti] *F* consubsequenti *B* — congruat] *correxi*, congruet *B F* — 18 Isaias] *scripsi*, es. *B F constanter* — Oziae] *scripsi*, ozye *B* ozi ⋆ *F* — Ioatham] *scripsi*, ioathan *B* ⋆ *F* — Achaz] *scripsi*, achat *B* ⋆ *F*

Ezechiae, regum Iuda[1]. Cum utique una haec visio quattuor regum temporibus ostensa non fuerit, quasi una visio uno tempore visa est : non enim dicit visiones quas vidit Isaias, quasi plures, sed visio, inquit, ut unam visionem ostenderet ; quae si una est, uno ut dixi tempore visa est, non tamen quattuor regum temporibus una et eadem visio ostensa est. Deinde videte quod in subsequenti sermone visionem ipsam non insinuat, sed gravissima intentione populum obiurgat. Ait enim : *Audi caelum, et auribus percipe terra : filios genui et exaltavi, ipsi autem me spreverunt*[2]. Hoc non est visionem referre, sed cum magna indignatione eadem populum increpare : aliud est enim visionem dicere, aliud invectionis verba proferre ; visio etenim oculis ostenditur, verba auribus intimantur. Denique Habacuc propheta non se dixit vidisse sed audisse : *Domine*, inquit, *audivi quod audivi ex te esse, et timui*[3] : crediderat enim quod de Deo audierat, et ideo timebat quia de Deo audierat. In hoc autem loco, quare visionem in titulo ponat, et non ipsius visionis sed invectionis verba subiunxit, diligentius debemus advertere.

Sed quoniam praetitulatio obscura ponitur, verbum autem Dei propheta adnuntiat, proinde necesse fuit ut prius verbum Dei pro quo propheta missus fuerat indi-

1. Is. I, 1.
2. Is. I, 2.
3. Hab. III, 2.

---

1 Cum utique una] ⋆ ⋆⋆ *F* — quattuor] *scripsi*, quatuor *B F ac subinde* — 2 temporibus ostensa non] temp ⋆⋆⋆ *F* — visio] est *addit F* — 3 tempore visa] ⋆ ⋆ *F* — visiones] visionis *F* — vidit Isaias] ⋆ ⋆ *F* — 4 ut unam visionem ost.] u ⋆⋆⋆ host. *F* — 5 quae si] *correxi*, qui si *B* quasi *F* — ut dixi tempore] ⋆⋆⋆ re *F* — 6 r ⋆⋆ ribus *F* — 7 est Deinde] ⋆⋆ de *F* — videte] *supplevi* — quod in subsequenti] in quod sub seq. *F* — sermone] sermonem *F* — visionem] *om. F* — 8 gravissimam ⋆ ne *F* — 9 obiurgat] *F* subiurgat *B* — audi caelum] ⋆ ⋆ *F* — terra] terre ⋆ *F* — 10 ge ⋆⋆⋆ altavi *F* — spreverunt] espreverunt *F* — non est] ⋆ ⋆ *F* — 11 indignatione] ⋆ cione *F* — eadem] edem *F* — 12 aliud est] ⋆ ⋆ *F* — 13 invectionis] *correxi*, ...nibus *B* — invencio ⋆ ⋆ ba *F* — os ⋆ tur *F* — 14 Denique] ⋆ *F* — Habacuc] *scripsi*, abacuc *B F* — 15 vidisse sed] uidis ⋆ ⋆ *F* — 16 audivi] a ⋆ ui *F* — quod] q ⋆ *F* — de Deo] d ⋆ ⋆ *F* — 18 visione ⋆ *F* — ipsius] inipsios *F* — 19 sed invectionis verba] ⋆⋆⋆ rba *F* — debemus advertere] ⋆ ⋆ rtere *F* — 22 verbum] *F* verba *B* — adnuntiat proinde] adnun ⋆ ⋆ *F* — 23 prius] *F om. B* — verbum ⋆⋆⋆⋆ pheta *F* — quo] *scripsi*, quod *B*

caret et sic visionem suam opportuno loco et tempore diceret. Nam et scriba ideo visionem in libri capite titulavit quia prius visionem ipsam propheta viderat quam verbum mittentis audiret. Sic enim ait : *Anno quo mortuus est Ozias rex, vidi Dominum sedentem super thronum excelsum*[1], et haec est *visio quam vidit Isaias filius Amos*[2], quia vidit Dominum sedentem super thronum excelsum, quo tempore omnia ei ostensa sunt quae futura erant. Unde et scriba recte prius visionem posuit quam prophetae invectionem indicaret, nequis Isaiam non missum a Domino in convicium potius populi Israel exsurrexisse quam verbum Domini nuntiasse putaret; sed mirifice propheta ante verbum Domini populo intimavit quam visionis suae textum exponeret. Sed cum ita sit nihilominus et de praeposterato ordine disserendum est, quoniam saepenumero in scripturis divinis ita invenimus scriptum ut quod prius factum est postea ponatur, et quod postea futurum est prius adnuntietur. Audite consilium Sancti Spiritus. Haec enim in omnibus fere scripturis dispositionis ratio invenitur ut non directo ordine series digeratur. Hac ergo de causa praeposterantur verba divina, sed et multa figurate dicuntur : alia enim aenigmatice referuntur aut typice indicantur, vel allegorice enarrantur aut in parabolis obscurantur, ut, quia aliquando seductus serpens verbis subdolis hominem in paradiso dece-

1. Is. VI, 1.
2. Is. I, 1.

---

1 et sic visionem] ⋆ ⋆ ⋆ em *F* — opportuno] *scripsi*, oportuno *B F* — di ⋆ ⋆ ⋆ scriba *F* — 2 titulavit] ⋆ *F* — 3 ipsam] *F* ipsa *B* — prophetam *F* — quam ⋆ am *F* — 4 a. quo] ⋆ ⋆ *F* — 5 vidi] *ex* vidit *F* — seden ⋆ ⋆ ronum *F* — 6 est] *addidi* — vidit I.] esaias vi ⋆ *F* — 7 super thronum] ⋆ ⋆ num *F* — quo] qui *F* — 8 ostensa sunt] exten ⋆ ⋆ *F* — 9 recte prius] rec ⋆ ⋆ *F* — quam] qui *F* — prophetae] prophetam *F* propheta *B* — invectionem] invencio ⋆ *F* — 10 nequis] *F* ne quis *B* — non missum] notimissum *F* — in convicium] ⋆ ⋆ cium *F* — 11 verbum] ⋆ *F* — 12 sed] et *adiecit F* — propheta] ⋆ *F* — 13 qua ⋆ ⋆ is *F* — 14 nihilominus] ni ⋆ ominus *F* nihil ominus *B* — 15 est] ⋆ *F* — saepe] *scripsi*, sepe *B F* — 16 scriptum] sp̄s est *F* — 29 fere] *om. F* — dispositionis] depositionis *F* — invenitur ut non] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — directa *F* — 20 series digeratur] scripturarum ⋆ ⋆ *F* — Hac] Hec *F* — 21 sed et] ⋆ ⋆ *F* — figurate dicuntur] ⋆ te dicitur *F* — 22 aenigmatice] *conieci*, ...tis *B* aenn ⋆ *F* — ref. aut] ⋆ ⋆ *F* — allegorice] alligoria *F* — 23 enarrantur aut] aenn ⋆ ⋆ *F* — aliquando seductus] a ⋆ ⋆ tus *F* — 24 hominem] omnem *F* — in paradiso deceperat] in pa ⋆ ⋆ rat *F*

perat, dum ea quae simpliciter Deus homini iusserat observare ille mala interpretatione contraria persuaderet, et quia tunc homini evidens praeceptum fuerat quod ipse diabolus possit agnoscere, ideo hominem male suadendo decepit : quare necesse fuit ut ex eo iam provideret Spiritus Sanctus homini et per parabolas et figuras loqueretur, praeposteraret quoque, ut iam dictum est, ordines prophetiae, nequando iterum accepta occasione peccatum per mandatum induceret et per ipsum rursus hominem occideret. Hac ergo de causa in parabolis et obscuris verbis et praeposterata serie scripturae digestae sunt, ut et ipse ignoraret et obscuritate verborum irrideretur inimicus et de praeposterato ordine tempora ignoraret, et nemo alius intellegeret Sancti Spiritus sensum nisi is qui eumdem Spiritum habuisset qui locutus est in prophetis, alienus vero spiritus scire non posset. Denique et ipse Dominus per parabolas locutus est, ut sui tantum quae loquebatur agnoscerent, qui vero sui non essent audientes non audirent, sicut scriptum est : *Ne auribus audiant et corde intellegant et convertantur et sanem eos, dicit Dominus*[1]. Non quod Deus nollet eos convertentes sanare, sed quia peccatorum illorum enormitas praecesserat, ideo non merebantur neque converti neque sanari.

Denique ob hoc et quattuor regum tempora scriba in

1. Is. VI, 10.

---

1 homini iusserat] *conieci*, omnibus erat *B F* — observare ille] ⋆ ⋆ *F* — 2 persuaderet et quia] persuader ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 3 homini evidens] homine videns *F* — quod ipse diabolus] ⋆ ⋆ ⋆ agulus (*ex* ang.) *F* — 4 hom ⋆ ⋆ ⋆ dendo *F* — 5 decipit *F* — ut ex eo iam provideret] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ deret — 6 et figuras loqueretur] ⋆ ⋆ ⋆ queretur *F* — 7 dictum est] di ⋆ ⋆ *F* — ordines] ⋆ nas *F* — 8 nequando] *F* ne quando *B* — occasione] o ⋆ *F* — 9 ipsum hominem] ips ⋆ ⋆ minem *F* — 10 parabolis] ⋆ *F* — 11 scripturae] ⋆ *F* — digestae] deiesti *F* — 12 verborum] ⋆ *F* — 13 praeposterato] posperato *F* — ⋆ pora *F* — 14 intellegeret] *F* intellig. *B* — is] *scripsi*, his *B* hīs *F* — 15 habuisset] *correxi*, habuissed *F* habuisse *B* — qui locutus] g ⋆ ⋆ cutus *F* — 16 non] ⋆ *F* — posset] *correxi*, possit *B F* — 17 per] pro *F* — 18 qui vero sui non essent] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ent *F* — 19 sicut scriptum est] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — et] *om. F* — in ⋆ ⋆ ⋆ ertantur *F* — 20 sanem] sanam *F* — non quod Deus nollet eos] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ os *F* — 21 peccatorum illorum] ⋆ ⋆ um *F* — 22 enormitas] *scripsi*, inormitas *B F* — merebantur neque] me ⋆ ⋆ *F* — 24 ob hoc et quattuor] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ptuor *F* — in titulo posuit] ⋆ ⋆ ⋆ it *F*

titulo posuit, id est Oziam, Ioatham, Achaz, Ezechiam, ut sciretur quanto tempore et quam evidenter populum Israel propheta arguerit et nativitatem atque adventum Xpisti praedicaverit. Et nec ei sic credere voluerunt, sicut apostolus ait : *An contemnis patientiam et longanimitatem Dei ignorans quod patientiam Dei ad paenitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam cordis tui thesaurizas tibi iram in die irae iusti iudicii Dei*[1]. Et quia tanti temporis praevaricatio nihil populo profutura erat, in eo invenitur locutum Dominus per prophetam : *Audi caelum, et percipe auribus terra, quoniam Dominus est locutus*[2]. Audi caelum, et percipe auribus terra, quasi vero caelum hoc aut terra aures proprias haberet, ut possit audire. Sed cum caelum nominaret, caelestes potestates, id est angelos sanctos, et terram, id est homines sanctos, ad audiendum verbum Domini provocabat, eo quod filii Israel contemnere Deum properabant, nec omnino ad paenitentiam post tanta scelera facinoraque redire volebant : proinde testatur caelum et terram, id est angelos caelestes et homines sanctos qui ex terrae substantia constiterunt, ut audirent quid Deus Dominus contulisset et quid ipsi in contemptum divinitatis egissent.

Filios, ait, *genui et exaltavi, ipsi autem me spreverunt*[3].

1. Rom. II, 4-5.
2. Is. I, 2.
3. Is. I, 2.

---

1 Ezechiam] zehiem *F* — ut sciretur] ⋆⋆ r *F* — 2 et quam evidenter] ut quam videntur *F* — Israel propheta] ⋆ ⋆ ta *F* — 4 arguerit] *correxi*, argueri *F* arguret *B* — adventum Xpisti praedicaverit] ad ⋆⋆ indicaverit *F* — 4 voluerunt sicut] vo ⋆ ⋆ *F* — 5 et longanimitatem] ⋆⋆ mitatem *F* — 6 patientia ⋆⋆⋆ tenciam *F* — 7 duritiam] ⋆ *F* — 8 irae iusti] ⋆ ⋆ *F* — praevari ⋆ ⋆ l *F* — 9 locutum] *conieci*, cum *B* ⋆ *F* — 10 Dominus per] ⋆ ⋆ *F* — 11 terra] ⋆ *F* — 12 au ⋆ s *F* — 13 pro ⋆ s *F* — 14 id est] *supplevi* — sanctos] *supplevi* — 15 audiendum] audi ⋆ *F* — 16 contemnere] *conieci*, contemnetis *F* contemnentes *B* — properabant] *conieci*, properant *F* praeberent *B* — 18 testatur caelum et terram] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 19 angelos caelestes] *scripsi*, angelus celestis *B F* — sanctos qui ex terrae substantia] ⋆⋆⋆⋆⋆ tantia *F* — 20 terrae] *correxi*, terra *B* — audi ⋆⋆⋆⋆⋆ tullisset *F* — 21 ipsi] ipsum *F* — conte ⋆ ⋆ tis *F* — 23 exaltavi ipsi autem] ⋆⋆⋆ *F*

O grave peccatum et paene inexorabilis venia, ut eos quos Deus a se generatos et exaltatos dixerat ab ipsis spretum esse testetur! Generaverat eos utique per legem et exaltaverat per gratiam, *quod de his ultra* [...] *omnium gentium* potestas concessa erat. Et ideo hunc non spernere sed sequi et audire debuerant : in eo est enim materia rerum et ratio virtutum et fons omnium bonorum. Quid enim Deo aut potentia maius est aut ratione perfectius aut claritate luculentius? Qui quoniam eos ad sapientiam et iustitiam procreaverat, non fuerat fas, relicto Deo suo ac vitae datore, vanis fragilibusque simulacris atque idolis famulari, neque gulae ac libidini servientes ab innocentia et pietate discedere. Istae enim vitiosae et mortiferae voluptates, quae opulentium rerum animum hominis in laqueo consueverant, aeterna morte damnatae sunt. Ideo et hic improperans eis dicit : *Filios genui et exaltavi*, id est verbi semine et legis institutione genui et *super omnes gentes* exaltavi et extuli ; mirificos reges propter eos occidi, de terra Aegypti manu valida et excelso bracchio liberavi, in columna nubis per diem et in columna ignis per noctem praeivi eos, et interrupta equorum [...] cum circumstarent montes aquarum per medium pelagi sicco pede transire feci ; inimicos quoque eorum, redeuntibus in semet undis, occidi ; pane angelorum in eremo satiavi, et disrupta durissima petra copiosam

---

1 paene] *scripsi*, pene *B* pane *F* — inexorabilis] ⋆ *F* — 2 generatos et exaltatos] generat ⋆⋆⋆ tus *F* — 3 testetur Generaverat] est ⋆⋆ verat *F* — eos utique] *intervertit F* — exaltav ⋆⋆ ciam *F* — 4 de his] des *F* — 5 pote ⋆⋆ sa *F* — sed sequi] ⋆⋆ *F* — 6 materia rerum] ⋆⋆ rum *F* — 7 omnium bonorum] omn ⋆⋆ *F* — 8 est aut ratione] ⋆⋆⋆ ne — luculentius Qui] locul ⋆⋆ *F* — 9 procreaverat] *correxi*, procreverat *B* procre ⋆ *F* — 10 non] ⋆ *F* — suo] sensu *F* — datore] *correxi*, dator *B* ⋆ *F* — 11 vanis] ⋆ nis *F* — simulacris] simul agris *F* — id ⋆⋆ lari *F* — 12 servient ⋆⋆⋆ nocencia *F* — discendere *F* — 14 istae] *scripsi*, iste *B F* — enim] ⋆ *F* — 15 opule ⋆ *F* — animum] animam *F* — laqueo] *correxi*, laquea *B* laque *F* — 15 aeterna] aeterne *F* — damnatae] *correxi*, damnati *B F* — ⋆ properans *F* — 17 super omnes gentes] ⋆⋆⋆ *F* — 18 reges propter eos occidi de] ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — Aegypti] egti *F* — manu liberavi] *om. F* — 19 et in columna ignis] ⋆⋆⋆⋆ s *F* — 20 interrupta] interrup ⋆ *F* — 21 equorum] ⋆ *F An* « interrupto aquarum Cursu » ? — cum ⋆ *F* — 22 per medium pelagi] *correxi et conieci*, perelitreo pelago *B* ⋆⋆⋆ *F* — inimicus *F* — quoque eorum] ⋆⋆ *F* — 23 semet undis] sem̄ tundis *F* — pane angelorum] ⋆ ⋆ orum *F* — 24 eremo] *F* heremo *B* — durissima petra] du ⋆⋆ a *F*

aquam sitientibus praestiti : ecce quibus beneficiis exaltavi, et vos dereliquistis !

Et ob hoc qualem comparationem subiunxit audite : *Agnovit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui, Israel autem me non cognovit et plebs me non intellexit* [1]. Quid ideo dicit quod animalia muta et ratione carentia populo illi praeponeret? Illa etenim nutritores suos et dominos agnoscunt et sequuntur, et vocem dant cum eos vident vel audiunt; populus autem Iudaeorum genitorem suum et dominum et bonorum omnium datorem noluit agnoscere. Non enim dicitur : quia non potuit, ideo non agnovit, sed quia sponte noluit, sicut per Hieremiam ait : *Turtur et hirundo cognoverunt tempora introitus sui, populus autem meus me non cognovit* [2]. O misera et detestanda stoliditas populi ! quibus bos et asinus, muta scilicet animalia, et turtur et hirundo, dulces scilicet aves, proponuntur. Sic et in euangelio ipse Dominus propria voce testatus est dicens : *Hierusalem, Hierusalem, quotiens volui congregare filios tuos, ut gallina pullos suos sub ascellis, et tu noluisti* [3] ! Non dixit : et tu non potuisti, sed noluisti, ait. Non posse enim veniam habet, nolle vero contemptus est. Sed soletis requirere quare Dominus noster se gallinae voluit comparare in euangelio, cum et in lege et prophetis aquilae, id est regi alitum, comparatur. Sic enim de eo scriptum est :

1. Is. I, 3.
2. Ier. VIII, 7.
3. Mat. XXIII, 37.

---

1 ecce quibus] ⋆ ⋆ *F* — 2 dereliquistis] *F* dereliquitis *B* — 3 Et ob] ⋆ ⋆ *F* — audite] ⋆ *F* — 4 bos] in quibos *F* — asinus praesepe] asi ⋆ ⋆ *F* — 5 plebs me] ⋆⋆ *F* — 6 quid] quod *F* — dicit quod] *F* dicit Non quod *B* — animalia muta] anima ⋆ ⋆ *F* — 7 illi] *addit* ut *F* — Illa etenim] ⋆ ⋆ enim *F* — 8 et sequuntur] ⋆ ⋆ ur *F* (secuntur *B*) — dant] dat *F* — 9 audi ⋆ ⋆ pulus *F* — genitorem] getorem *F* — et bonorum] ⋆ ⋆ *F* — 11 agnos] ⋆ *F* — non agnovit] ⋆ ⋆ novit *F* — 12 Hieremiam] *scripsi*, hierimiam *B* ⋆ remiam *F* — 13 hirundo] *scripsi ac subinde*, hyrundo *B* erunno (erundo 16) *F* — ⋆ mpora *F* — 14 O misera] omnis fera *F* — 16 Sic et in euangelio ipse Dominus] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 17 est] es *F* — 18 Hierusalem Hierusalem] ⋆ ⋆ *F* — quotiens] ⋆ ciens *F* — congregare] cōgrare *F* — 19 ut gallina pullos] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — sub ascellis] *scripsi*, subas celsis *F* s. acellis *B* — suis] *add. F* — 20 non dixit et] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — sed noluisti ait] *om. F* — 21 habet nolle vero] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 22 quare Dominus] ⋆ ⋆ *F* — se] *om. F* — 23 euangelio cum et in lege] e ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ge *F* — 24 alitum comparatur] ali ⋆ ⋆ *F*

Sicut aquila protegit nidum suum et renovabitur, sicut aquila in scapulis suis portabit pullos, Dominus Deus protexit eos [1]. Proinde disserendum est cur se Dominus in euangelio non aquilae sed gallinae similem dixerit. Recte utique tunc aquila dicebatur, quia unum nidum et unius generis pullos, id est solius Israel populum contra omnes gentes et nationes protegere dignabatur. Nunc vero gallinae ideo se similem dixerit, quia ex omni genere avium nemo alieni generis ova compressa et calefacta excludit, nemo alieni generis pullos suppositos aut nutrit aut sub ascellis suis servat et pascit, nisi sola gallina. Sic et nemo alius diversarum nationum et alienarum gentium populos sub ascellis crucis suae et sub plumis virtutum suarum colligere potuit et in vitam aeternam calore Spiritus animare caelestique cibo satiare, nisi Xpistus Dei filius vivi, qui non solum filios Israel voluit sub ascellis crucis suae colligere, sed et omnes, ut dixi, gentes et nationes sub protestatione alarum suarum redigens ab omni iniuria et periculo defensare dignatur, sicut scriptum est : *In umbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas* [2]. Hunc ergo genitorem, hunc defensorem et salvatorem humani generis noluit agnoscere populus Israel euangelica voce praeconantem, quem et retro noluerat per prophetas audire.

Quamobrem subiunxit dicens : *Vae genti peccatrici, populo pleno peccatis ! Filii scelerati, dereliquistis Dominum*

1. Deut. XXXII, 11.
2. Ps. LVI, 2.

---

1 aqu ⋆⋆⋆ dum *F* — 2 aquila in scapulis suis aquil] ⋆⋆⋆⋆ *F* — pullos] *conieci*, eos *B F* — 3 Proinde disserendum] P ⋆ ⋆ rendum *F* — 4 non aquilae sed gallinae] ⋆⋆⋆ line *F* — 5 tunc aquila] ⋆ ⋆ *F* — unius generis pullos] uni ⋆⋆⋆ lus *F* — 6 omnes gentes] ⋆ ⋆ *F* — 7 Nunc vero] ⋆ ⋆ *F* — gallinae ideo] *intervertit F* — se] *om. F* — 8 omni genere] ⋆ ⋆ re *F* — 9 ova] oga *F* — 10 pu ⋆ ⋆ positus *F* — ⋆ vat *F* — 11 nem ⋆ ⋆ us *F* — 12 alienorum] alii generum *F* — gentium] gen ⋆ *F* — populos] *corr.*, populus *B F* — ascellis] *corr.*, acellis *B* vascellis *F* — 13 plumis] lu ⋆ *F* — collegere *F ac subinde* — 14 animare] animae *B* — 15 satiare nisi Xpistus Dei] ⋆⋆⋆⋆ *F* — filius vivi] *intervertit F* — 16 Israel voluit sub] ⋆⋆⋆ b *F* — et omnes ut dixi] ⋆⋆⋆⋆ *F* — 17 alarum suarum] ala ⋆⋆ *F* — 18 defensare] ⋆ *F* — 19 dignatur] *F* dignetur *B* — umbra alarum tuarum] um ⋆⋆⋆ arum *F* — 20 Hunc] ⋆ *F* — genitorum h. defensorum *F* — 21 sal ⋆ ⋆ umani *F* — noluit] notuit *F* — 22 euangelica] ⋆ *F* — quem] *correxi*, quae *B F* — 23 per prophetas] ⋆ ⋆ *F* — 24 peccatrici] *correxi*, peccatrice *B F* — 25 scelerati] *correxi*, caelestis *B* ⋆ *F* — ⋆ reliquistis *F*

patrem, dum filium ipsius denegastis, qui adhuc apponitis iniquitatem adicientes ad iniquitatem[1], hoc est dicere : qui ad haec scelera sceleribus cumulatis, dereliquistis Deum patrem et ad iracundiam provocastis semen Israel. Non quod patriarcharum ipsorum Israel ad iracundiam provocaverint, qui ante multos annos quam haec dicerentur iam in pace praecesserant ; sed sanctum Israel, id est Xpistum, ad iracundiam non ei credendo provocaverunt. Israel etenim homo videns Deum ex hebraea lingua in latino sermone interpretatur : et quis homo est qui Deum vidit, cum scriptum sit ad Moysen : *Non poteris faciem meam videre, nemo enim vidit Deum et vixit*[2] ? Salvator quoque in euangelio : *Deum*, inquit, *nemo vidit unquam nisi unicus filius, qui est in sinu Patris*[3]. Ergo quia Deum nemo vidit nisi unicus filius, merito ipse est Israel, qui et homo secundum carnem natus est et Deum patrem solus ipse, qui filius Dei est, vidit et videt. Hoc est Israel homo videns Deum, quem ad iracundiam non ei credendo provocaverunt.

Sed adhuc adiecit : *Omne caput in dolore et omne cor in moerore*[4]. Caput principes eorum et sacerdotes appellat, cor autem Scribas et Pharisaeos, qui sacrorum mysteriorum arcana populis intimabant. Quos ideo in moerore et dolore dicebat

1. Is. I, 4-5.
2. Ex. XXXIII, 20.
3. Ioa. I, 18.
4. Is. I, 5.

---

1 ipsius denegastis] ⋆ ⋆ egastis *F* — apponitis] *correxi*, adponitus *F* apponit his *B* — 2 iniquitatem] *correxi*, iniquitate *B* iniquita ⋆ *F* — adicientes] ⋆ entes *F* — qui ad haec] ⋆ ⋆ ⋆ c *F* — 3 dereliquistis] de ⋆ *F* — 4 semen Israel] ⋆ ⋆ *F* — non quod] *correxi*, non quo *F* nunquid *B* — 5 ad iracundiam] ⋆ ⋆ ndium *F* — 6 multus *F* — an ⋆ ⋆ uam *F* — haec] *scripsi*, hec *B F* — 7 praecesse ⋆ *F* — iricundiam *F* — 8 non] ⋆ *F* — Israel] *in margine* quid israel dicatur *adnotavit F* — 9 videns] ⋆ idendus *F* — hebraea] *scripsi*, ębrea *B* ebrea *F* — 10 vidit] videt *F* — 13 inquit] *scripsi*, inquid *B F* — nemo vidit unquam] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 14 sinum *F* — Ergo quia Deum] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 15 filios *F* — merito ipse est Israel] meri ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — qui] que *F* — 16 natus] nature *F* — Deum] dominus *F* — patrem solus ipse qui] ⋆ ⋆ ⋆ siqui *F* — 17 videt] *F* vidit *B* — [srael homo videns] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 18 iracundia *F* — provocaverunt] ⋆ *F* — 19 Omne] Omnem *F* — et omne] ⋆ ⋆ *F* — 20 moerore] *scripsi*, merore *B F* — et sacerdotes] ⋆ ⋆ tes *F* — appellat] *scripsi*, apellat *B F* — 21 pharisaeos] *scripsi*, pharisseos *B* phariseo ⋆ *F* — qui sacrorum] ⋆ ⋆ rum *F* — 22 intimabant Quos] intimab ⋆ ⋆ *F* — moerore] scripsi, merrore *F* memore *B*

esse conversos, quia et caput suum Xpistum non esse cognoverant, et cor, quod est sapientia, filium Dei Xpistum esse spreverant. *Non est*, inquit, *ubi malagma imponere neque oleum neque alligaturas* [1] : vere haec et merito omnia de illo populo dicebantur, cui non corpus sed anima incredulitatis vitio vulnerata iacebat. Malagma enim et oleum et alligaturae fomenta sunt corporis non animae : ideo eorum animae infirmabantur ; ista medicamenta ad animae curationem adhibere non poterant. Sed si vis animae vulneratae malagma conficere, quod tumores eius comprimat et vitia curet, assume tibi paenitentiam delictorum, qua malagma de bonorum operum pigmento confectum ut eleemosynam indigentibus praebeas ; oleum quoque, id est pinguissimam chrismatis gratiam diligenter infunde ; alligaturas vero, id est euangelicae disciplinae vincula stringe. Quae quia ille populus uti nolebat, ideo animae eorum curari non poterant, sicut curatus est ille euangelicus vulneratus, qui cum descendens ab Hierusalem in Hiericho incidisset in latrones, quem, cum Samaritanus euangelicus colligens vulnera eius in vino et oleo refovisset, id est gratiam chrismatis et redemptionem sui sanguinis praestans, et euangeliorum vinculis colligasset, imposuit in iumentum legis, adduxit ad stabulum

1. Is. I, 6.

---

1 esse conversos] ⋆⋆ *F* — esse] esset *F* — 2 cognoverant] agnover ⋆ *F* — et cor quod] ⋆⋆⋆ *F* — sapientia] *ex* sapiensientia *B* sapiencia *F* — 3 spreverunt *F* — Non est inquit] ⋆⋆⋆ *F* — malagna *F* *ac subinde* — inponere *F* — 4 oleum] deum *F* — neque alligaturas] neq ⋆⋆ *F* — 5 dicebantur cui non] diceb ⋆⋆⋆ *F* — 6 vulnerata iacebat] vuln ⋆⋆ *F* — 7 alligaturae] *correxi*, alligaturas *B* alligaturus *F* — fomenta sunt corporis] fu ⋆⋆⋆ pus *F* — non animae] non (*ex* nom) amae *F* — eorum] corum *F* — 8 infirmab ⋆ *F* — 9 adhibere] ⋆ re *F* — si vis] suus *F* — 10 ⋆ lagma *F* — quod] que *F* — conprimat *F* — vitia] ⋆ *F* — 11 curet] *F* curat *B* — adsume *F* — paenitentiam] *scripsi*, penit. *B F* — qua] qu ⋆ *F* — 12 pigmento] *correxi*, pigmenta *B F* — eleemosynam] *scripsi*, elemosinam *B* elimosinam *F* — 13 pinguissima *F* — 14 chrismatis] *scripsi*, crismatis *B F* — diligenter infunde] dili ⋆⋆ *F* — 15 euangelicae] euangelio *F* — discipli ⋆⋆ inge *F* — quia] *om. F* — 16 animae eorum] ⋆⋆ *F* — 17 euangelicus] ⋆ *F* — descendens] discendens *F* — 18 in] ⋆ *F* — Hiericho] ⋆ *F* — incidisset] ⋆ idisset *F* — 19 euangelicus] ⋆ *F* — 20 oleo refovisset] ⋆⋆ sset *F* — chrismatis] *scripsi*, chrismatus *F* crismatis *B* — redem ⋆⋆⋆ anguis *F* — 21 et] *supplevi* — colligasset] con ⋆ *F* — 22 stabulum ecclesiae] stabu ⋆⋆ xit *F*

Ecclesiae, stabulario id est angelo Ecclesiae consignavit, datis ad curam duobus denariis : duo scilicet numismata regalia, id est Patris et Filii inscriptionem habentia. Haec est medicina perfecta, haec ratio curationis quae et corpus et animam potest ab omni infirmitate liberare. Qua, sanctissimi fratres, quantum possumus boni ac beneficii, animum mentemque foveamus, ut vere sani et felices ante conspectum Dei patris omnipotentis esse possitis.

---

1 ecclesiae] edixi *F* — consignavit] consignu/// *F* — 2 datis ad] ⋆⋆ d *F* — denarius *F* — scilicet] isti licet *F* — numismata] *correxi*, nummisma *B* ⋆ *F* — 3 regalia] res galia *F* — Filii] *add.* et *B F* — inscriptionem] scrip ⋆ *F* — ⋆ bentia *F* — 4 ⋆ acionis *F* — 5 Qua] *correxi*, que *F* quem *B* — 6 boni] *F om. B* — beneficii] *F* beneficium *B* — 7 animum mentem que] ani ⋆⋆ *F* — fe ⋆ *F* — 8 ⋆ itis *F* — *Explicit sine doxologia.*

[XVII]

In diebus illis facta est super me manus Domini. Et eduxit me in spiritu Domini, et posuit me in medio campo, et hic erat plenus ossibus humanis. Et circumduxit me per gyrum eorum, et erant multa valde in faciem campi arida nimis. Et ait ad me : Fili hominis, si vivent ossa ista? Et dixi : Domine, tu scis ista. Et ait ad me : Prophetare super ossa, et dices illis : Ossa arida, audite verbum Domini[1]. Et reliqua.

Simplex est quidem lectio haec, sanctissimi fratres, quae non per allegoriam scripta est, sed ad exemplum credentium posita. Spem quoque resurrectionis in eodem corpore quo morimur repromittens magnam fiduciam aeternae vitae Xpistianis omnibus praestat. Et quamquam fides catholica sacramentis caelestibus rationibusque divinis in hac spe resurrectionis integra perseveret ac tuta, quippe cum sit multarum scripturarum caelestium auctoritate munita, tamen quia plerumque obrepit falsitas haereticorum, quae orta est ex imbecillitate mortalium sensuum diabolo inspi-

1. Ez. XXXVII, 1-4.

Incipit seō de libro Ezehilis propheta *praemisit F uncial. rubr.* — In]n *B omittens initialem litteram ut superius* — 3 spiritu] spiritum *F* — Dominus *F* — 5 gyrum] *scripsi*, girum *B F* — campi arida nimis] cam ⋆⋆⋆ *F* — 6 vivent] *correxi*, vivunt *B* viv ⋆ *F* — 7 me Prophetare] ⋆⋆ tare *F* — 8 arida audite] ar ⋆⋆ *B* — 10 est quidem lectio] ⋆⋆⋆ cio *F* — 11 allegoriam scripta] allego ⋆⋆ *F* — 12 posita Spem] po ⋆⋆ *F* — corpo ⋆⋆⋆ rimur *F* — 13 repromittens] remittens *F* — aeternae vitae] ⋆⋆ *F* — 14 fides catholica] ⋆⋆ licam *F* — 15 rationibus] *conieci*, rationis *B F* — que divinis] ⋆⋆ nis *F* — hac] hanc *F* — 16 int ⋆⋆ veret *F* — sit multarum scripturarum] simul ⋆⋆ turarum *F* — 17 auctoritatem *F* — munita tamen] m ⋆⋆⋆ *F* — 18 quia] qui *F* — haereticorum] *scripsi*, heretichorum *B* here ⋆ *F* — 19 imbicillitate *F* — mor ⋆ *F*

rante, proinde breviter de hac spe Deo annuente tractare proposui, ut resurrectionem carnis vere futuram ostendam et callida haereticorum argumenta traducam. Exstiterunt multi qui foris quidem oves putantur, intus autem sunt, ut Salvator dixit[1], lupi rapaces, qui simplices quosque, ut serpens Evam, in colloquiis sauciant et seducunt, dum caelestium verborum simplicitatem per voluntatis suae sensum et non pro veritatis ipsius absolutione suscipiunt, negantes ut iam dixi carnis resurrectionem : contra quos licet ampla disputatio sit necessaria, tamen nos brevitati studentes paucis admodum respondere curabimus, ut et bene credentibus dexteram porrigamus et errantibus viam salutis sine invidia demonstremus.

Hanc etenim lectionem, quae nunc recitata est quaeque perspicue resurrectionem carnis ostendit, aliter interpretantur, dicentes ossa illa dispersa in campo figuram fuisse filiorum Israel, qui erant in istius saeculi campo per captivitatem dispersi. Et sicut ossa, inquiunt, illa congressa sunt et incorporata, ita et illi essent a captivitate in Hierusalem et in regno proprio, a quo exclusi fuerant, colligendi et in statu pristino redituri. Denique hanc resurrectionem domui Israel iam tunc factam dicunt, quando de Babylonia a captivitate post septuaginta annos in Iudaea sunt restituti. Sed absit hoc a fide catholica, cum constet vere carnis resurrectionem iuxta testimonium scripturarum caelestium esse

1. Mat. VII, 15.

---

1 proin ⋆ ⋆ viter *F* — spe] *corr.*, specie *B F* — tra ⋆ *F* — 2 v ⋆ ⋆ turam *F* — 3 ar ⋆ ta *F* — 4 qui] quia *F* — for ⋆ ⋆ dem *F* — intus] intud *F* — 5 Sal ⋆ tor *F* — quosq ⋆ *F* quoque *B* — 6 et seducunt] ⋆ ⋆ t *F* — 7 simplicitatem] *correxi*, simplicitate *B* sim ⋆ *F* — per] ⋆ *F* — volumtatis *F* — 8 non] *F om. B* — pro veritatis] ⋆ ⋆ *F* — obsolucione *F* — 9 negantes] ⋆ *F* — resurreccio ⋆ ⋆ tra *F* — 10 sit necessaria] ⋆ ⋆ aria *F* — 11 paucis] ⋆ *F* — admodum] *scripsi*, ammodum *B* ⋆ mmodum *F* — ut et bene] ⋆ ⋆ ⋆ e *F* — 12 porrigamus et] porriga ⋆ ⋆ *F* — 13 ⋆ emus *F* — 14 Hanc] *correxi*, Haec *B F* — recitata] ⋆ *F* — 15 resurrecci ⋆ ⋆ arnis *F* — 16 ⋆ entes *F* — fuisse] ⋆ *F* — 17 Israel] *scripsi*, Israhel *F* Israelis *B et subinde* — campo] ⋆ *F* — 18 inquiunt] ⋆ unt *F* — 19 incorpo ⋆ *F* — a captivitate in] *correxi*, in captivitatem *B F* — Hierusalem] ⋆ *F* — 20 fu ⋆ ant *F* — 21 red ⋆ turi *F* — 22 factam] *correxi*, facta *B* festa *F* — Babylonia] *scripsi*, Babilonia *B* Babillonia *F* — 24 vere] vera *F* — resur ⋆ *F* — 25 scripturarum caelestium] scriptu ⋆ ⋆ *F*

credendam. Videamus ergo nunc, ut qui apostolica auctoritate carnis et sanguinis quaestionem inducunt, utrum absolute apostolus eamdem carnem et sanguinem a Dei regno abdicet et excludat, quod dicit : *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt*[1], an sub vocabulo carnis vitia carnis denotet et inurat. Ecce idem apostolus : *Omnes*, inquit, *resurgemus et non omnes immutabimur*, et *Qui transfigurabit corpus nostrae humilitatis conformale corpori gloriae*[2]. Quando erit hoc corpus humilitatis nostrae conformale gloriae Dei, nisi in resurrectione sanctorum, sicut apostolus Ioannes ait : *Beatus*, inquit, *sanctus is qui habet partem in prima resurrectione, in his mors secunda non habet potestatem*[3] ? Sed et rursus beatus apostolus repetit dicens : *Exhibete corpora vestra hostiam vivam, sanctam, placentem Deo*[4]. Quomodo viva, si peritura sunt? quomodo sancta, si profananda sunt? quomodo placabilia, si damnanda sunt? Unde et in hoc loco unus idem spiritus Dei, qui per apostolum locutus est, hic et per prophetam tunc resurrectionem carnis ostendens sic ait : *Haec dicit Dominus : Ego aperiam vobis monumenta, et educam vos de monumentis vestris in terram Israel. Et scietis quod ego sum Dominus, cum aperiam monumenta vestra et educam de monumentis populum meum, et dabo spiritum meum in vobis*

1. I Cor. XV, 50.
2. I Cor. XV, 51. Phili. III, 21.
3. Apoc. XX, 6.
4. Rom. XII, 1.

---

1 ergo nunc ut qui] er ⋆⋆⋆⋆ *F* — auctoritatem *F* — 2 carnis] *scripsi*, carni *B F* — et sanguinis] ⋆⋆ *F* — 3 absolute apostolus] ab ⋆⋆ *F* — eamdem] *scripsi*, eandem *B F* — Dei regno abdicet] d ⋆⋆⋆ *F* — 4 et sanguis] ⋆⋆ *F* — 5 sub vocabulo] su ⋆⋆ *F* — 6 inurat Ecce] in ⋆⋆ *F* — 7 resurgimus *F* — et non] ⋆⋆ *F* — transfigurabit] *conieci*, transfiguravit *B* transfi ⋆ *F* — 8 ⋆ pus *F* — conformales *F* — corpori] *corr.*, ...ris *B* ⋆ *F* — 9 hum. nostrae] hum ⋆⋆ *F* — 10 resurrectione sanctorum] resurr ⋆⋆ *F* — 11 Iohannes apostolus *F* — sanctus] ⋆ *F* — is] *scripsi*, his *B* ⋆ *F* — 12 resurrec ⋆ *F* — 13 potestatem Sed] po ⋆⋆ *F* — 14 di ⋆⋆ te *F* — vivam] *F* viam *B* — 15 placentem Deo] ⋆⋆ *F* — si] *F* se *B* — reperitura *F* — 16 plac ⋆ *F* — si damnanda sunt] *F om. B* — 17 unus] ⋆ *F* — eidem *F* — 18 apostolos *F* — hic et per] h ⋆⋆⋆ *F* — 19 resurrectionem] *correxi*, resurrectionis *B F* — ostendens] divi ⋆ ens *F* — sic] *F* sicut *B* — 21 in terram Israel] ⋆⋆⋆ l *F* — 22 monumenta vestra] ⋆⋆ *F* — educam] *add.* vos *F* — 23 populum meum] popu ⋆⋆ *F* — et dabo] ⋆⋆ *F*

et vivetis, et ponam vos super terram. Et scietis quod ego Dominus locutus sum, et faciam, dicit Dominus[1]. Hoc est et quod beatus apostolus Paulus totis fidei viribus praedicat dicens : *Quid*, inquit, *mihi prodest quod Ephesi ad bestias pugnavi, si mortui non resurgunt*[2]*?* Sed et ad Corinthios, omni ecclesiastica disciplina disposita, fidem illorum iuxta euangelicam regulam in dominicae mortis et resurrectionis demandatione concludit, ut et nostrae quoque spei normam inde perduceret, dicens : *Si autem praedicatur quod Xpistus a mortuis resurrexit, quomodo quidam dicunt in vobis resurrectionem mortuorum non esse futuram? Quae si non est*, inquit, *nec Xpistus resurrexit, inanis est praedicatio nostra, vacua est et fides vestra, invenimur et falsi testes Dei, qui testimonium dicimus quasi suscitaverit Xpistum quem non suscitavit. Et si Xpistus non surrexit, vana est fides vestra et quidem adhuc in delictis vestris estis, et qui in Xpisto dormierunt perierunt. Nunc autem*, inquit, *Xpistus resurrexit primitiae dormientium*[3]. Nam ad Thessalonicenses velut solis radio scriptum ita claret quod lucifugae isti non libenter accipiunt : *Ipse*, inquit, *Deus pacis sanctificet vos totos*. Et quasi non sufficeret dixisse *totos,* adhuc insequitur omnem substantiam hominis : *Ut integer*, inquit, *spiritus vester et anima et corpus sine querela in diem Domini reservetur*[4]. Quod ideo nominatim distinxit, id est spiritum

1. Ez. XXXVII, 12-14.
2. I Cor. XV, 32.
3. I Cor. XV, 12-20.
4. I Thes. V, 23.

---

1 super terram Et] ⋆⋆⋆ *F* — 2 faciam dicit Dominus] faci ⋆⋆⋆ *F* — Hoc] *F* Haec *B* — et 2°] *post* quod *F* — 3 to ⋆ *F* — fidei] *correxi*, fide *B* ⋆ *F* — ⋆ ibus *F* — 4 quod Ephesi ad] ⋆⋆⋆ d *F* (Effesis *B*) — 5 resurgunt Sed] resur ⋆⋆ *F* — ad] *supplevi* — omni] omnia *F* — 6 discipli ⋆⋆ ita *F* — 7 regu ⋆⋆⋆ minice *F* — 8 demandatione] ⋆ reccione *F* — normam inde] ⋆⋆ ndem *F* — 9 prae ⋆ *F* — 10 resurrexerit *F* — quo ⋆⋆ uidem *F* — 11 mortuorum] ⋆ um *F* — futura *F* — 12 inquit nec] in ⋆⋆ *F* — 13 nostra] ⋆ *F* — falsi testes] ⋆⋆ s *F* — 14 suscitaverit] et ⋆ verit *F* — 15 suscitavit] *ex* suscitaverit *B* resuscitaverit *F* — Et si Xpistus] ⋆⋆⋆ *F* — 16 et quidem] ⋆⋆ idem *F* — 17 Xpisto] ⋆ *F* — Nunc] *F* Nec *B* — 19 claret] *F* daret *B* — lucifugae isti] *correxi*, lucifugisti *F om. B*, *add. B F* haeretici — 21 non sufficeret] ⋆⋆ *F* — dixisse] *conieci*, quid esse *F* quid et *B* — 22 omnem substantiam] ⋆⋆ *F* — homini *F* — 23 anima et corpus sine] ⋆⋆⋆⋆ *F* — querellam *F* — reservet ⋆⋆⋆⋆ minatim *F*

animam et carnem, ut probaret totum hominem saluti destinatum. Sed *in diem*, inquit, *Domini* conservetur, hoc est in adventum Salvatoris nostri qui clavis est resurrectionis mortuorum. Discant ergo apostoli sensum, si non intellegunt qua ratione dixerit *Caro et sanguis regnum Dei non videbunt* : quia qui sub exemplo dominicae resurrectionis nostram quoque spem in resurrectionem dirigebat non potuit rursus eamdem spem resurrectionis telo alio abdicare, quippe cum omne exemplum non ex diversitate sed ex parilitate ponatur. Si enim Xpistum passum, si sepultum audis secundum scripturas non alias quam in carne resuscitatum credere debes : ipsum enim quod cecidit in mortem, quod iacuit in sepulturam, id est caro hominis quam Dei sermo susceperat, ipse rursus resurrexit in Xpisto.

Cum ergo de carnis resurrectione probatum sit, superest ut prospiciamus qua conditione carnem exhaeredaverit apostolus a regno Dei dicens : *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt.* Quis nesciat, dulcissimi fratres, ipsum beatum apostolum duorum hominum fecisse mentionem ? *Primus homo*, inquit, *de terra terrenus*, *secundus homo de caelo caelestis.* Igitur si Xpistus Dei filius, licet de caelo caelestis, homo tamen alias dici non potest nisi quia et ipse carnem atque animam induit, factus scilicet secundus Adam , et proinde ex consortio carnis et animae commercium quoque nominis traxit ut homo diceretur. Sed *qualis*, inquit, *caelestis*, *tales et caelestes* [1]. Quaeres : substantia

1. I Cor. XV, 47-48.

---

1 animam et carnem] domini ⋆ ⋆ *F* — destinatum diem] distin⋆⋆⋆⋆ *F* — 3 ad⋆⋆ris — 4 mortuorum] ⋆ *F* — Discant] Dicant *F* — intellegunt] *scripsi*, intelligunt *F* intelleg ⋆ *F* — 5 non videbunt] ⋆ ⋆ *F* — 6 resurre ⋆⋆⋆ que *F* — non potuit] ⋆ ⋆ *F* — 8 eamdem] *scripsi*, eandem *B F* — telo alio abdicare] t⋆⋆⋆ re *F* — 9 omne] omni *F* — diversitate] de ⋆ *F* — parilitate] *conieci*, pravitate *B* pravite *F* — 10 passum si sepultum] ⋆⋆⋆ pultum *F* — audis secundum] audisse cum dum *F* — 11 non alias quam] ⋆⋆⋆ *F* — 12 debes ipsum] de ⋆ ⋆ *F* — 13 sepulturam] ⋆ *F* — 14 susceperat ipse] sus ⋆ ⋆ *F* — 15 d ⋆⋆⋆ surrecione *F* — 16 qua conditione] ⋆ ⋆ dicione *F* — exhaeredaverit] *scripsi*, exeredaverit *B F* — 17 apostolus] ap ⋆ *F* — Dei regno *F* — 18 dulcissimi] *scripsi*, dulsissimi *B* dilectissimi *F* — 21 caelestis Igitur] ⋆ ⋆ *F* — si] *B* ⋆ *F* — Xpistus Dei filius] ⋆⋆⋆ lius *F* — 22 tamen alias dici non potest] ⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 23 ani⋆⋆⋆⋆ licicet *F* — 24 proinde] perinde *F* — consortio carnis et animae] ⋆⋆⋆⋆ nime *F* — 25 traxit ut homo] ⋆⋆⋆ *F* — 26 tales et caelestes] ka ⋆⋆⋆ *F* — Quaeres] *conieci*, Quae (⋆ *F*) vero (vere *F*) si *B F*

tales an disciplina? Si substantia Xpistus corpus hominis induit, substantia ullo modo separabuntur terreni atque caelestes, quia in quibus corporibus terreni fuerunt, dum adhuc secundum carnis vitia viverent, in eisdem gratia accepta spiritali pro sanctitate et iustitia caelestes homines appellantur, propter quod caelestem spiritum meruerunt. Ac proinde nihil inter terrestrem atque caelestem discernere potes, nisi sola observatio disciplinae, qua caelestem hominem non de substantia corporis sed de futura claritate apostolus declaravit : *Alia est* enim *claritas caelestium, alia terrenorum*[1]. Verum est, quia alia est intimitas sanctorum, alia conversatio peccatorum. Unde manifestum vobis esse debet distinctionem istam terrestris hominis atque caelestis non de carnis substantia, sed de dignitatis differentia exstitisse. Denique *sicut portavimus*, inquit, *imaginem terreni, portemus et imaginem caelestis*[2]. Quomodo portavimus imaginem terreni, nisi per collegium transgressionis, per consortium mortis, per exilium paradisi? Sed sic, inquit, portemus imaginem caelestis, id est in eodem corpore constituti. Sed quomodo portamus imaginem caelestem, nisi secundum liniamenta Xpisti in omni sanctitate, iustitia et veritate? Igitur in ipsa carne in qua imaginem terreni per consortium peccati et mortis portavimus, in eodem rursus imaginem caelestis portemus per bonam conversationem,

1. 1 Cor. XV, 40.
2. *Ibid.* 49.

---

1 an] *conieci*, hanc *B F* — disciplina] *correxi*, ...nam *B F* — si] ⋆ *F* — substantia] *correxi*, substancie *B* ⋆ *F* — Xpistus] ⋆ *F* — 2 substantia] *conieci*, si disciplinam *B F* — ullo modo] ⋆ ⋆ *F* — separabuntur] *conieci*, sperabuntur *B* ⋆ buntur *F* — 3 caelestis *B* — quibus corporibus] ⋆ ⋆ s *F* — 4 carnis vitia viverent] ⋆ ⋆ ⋆ ent *F* — eisdem] *scripsi*, hisdem *B F* — gracias acceptas *F* — 5 spiritali] *scripsi*, spirituali *B* pi ⋆ *F* — pro sanctitate] ⋆ ⋆ *F* — iustitiam *F* — 6 appellantur propter] ap ⋆ ⋆ *F* — 7 nihil inter terrestrem] ⋆ ⋆ ⋆ em *F* — 8 nisi sola observatio] ⋆ ⋆ ⋆ vacio *F* — qua] *F* quae *B* — 9 homi ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ancia *F* — de] *supplevi* — 10 apostolus] ⋆ *F* — declaravit] *scripsi*, declarabit *B* ⋆ *F* — 11 terrenorum] ⋆ *F* — alia] ali *F* — intimitas] *conieci*, divinitas *B F* — 12 vobis esse debet] ⋆ ⋆ ⋆ et *F* — 13 distinctione ista *F* — atque caelestis] ⋆ ⋆ lestis *F* — 14 dignitatis] *conieci*, carnis *B* ⋆ *F* — 15 extitisse *F* — por ⋆ us *F* — 16 imaginem] ima ⋆ *F* portabimus *F* — 17 ⋆ reni *F* — per] *1° supplevi* — 19 portemus imaginem caelestem nisi] portem ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 21 in omni sanctitate iustitia] inude ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ticia *F* — 22 in] *correxi*, si *B F* — carne in qua imaginem] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 23 mortis portavimus] m ⋆ ⋆ *F* — 24 portemus per bonam c.] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ versacionem *F*

quae est in fide, sanctitate et veritate secundum Xpistum ambulantes. Probatum omnibus esse iam debet non ipsam carnem sed opera carnis esse damnanda, sicut idem apostolus ait : *Manifesta sunt opera carnis, quae quidem sunt fornicationes, adulteria, ebriositates, avaritia, luxuria, idolorum servitus* et cetera his similia, *quoniam qui talia agunt regnum Dei non possidebunt* [1]. Ecce ipse apostolus ostendit quemadmodum carnem et sanguinem a regno Dei abdicaverit, cum opera carnis quae damnarentur expressit.

Plane si apostolus nunquam pro operibus substantiam posuisset, recte de carne dixisse putaretur. At cum in carne constitutos negaverit esse in carne, eo quod accepta fide carnis opera abiecissent, et illos carnem et sanguinem dixerit qui propter carnalia vitia spiritum Dei percipere non meruissent, formam utique eius subruere non debemus, ut cum ille opera pro substantia damnet tu putes substantiam ipsam carnis pro operibus esse damnandam. Denique sic ait : *Qui in carne*, inquit, *sunt Deo placere non possunt. Sed vos*, inquit, *iam non estis in carne, siquidem spiritus Dei in vobis est* [2]. Haec tamen positis in carne scribebat, sed et ipse adhuc in corpore constitutus litteras has recitabat et iam Deo placebat. Iam enim in tertium caelum raptus et in paradisum ductus supercaelestium mysteriorum arcana viderat, verba quoque inenarrabilia quae, ut dixit, non licet

1. Gal. V, 19-21.
2. Rom. VIII, 8-9.

---

1 sanctitate] *correxi*, sanctitatis *B F* — et veritate secundum] ⋆ ⋆ ⋆ dum *F* — 2 omnibus esse iam] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — ipsa *F* — 3 esse damnanda] ⋆ ⋆ *F* — 4 opera carnis] ⋆ ⋆ *F* — 5 adulteria] ⋆ *F* — idolorum servitus] ido ⋆ ⋆ *F* — 6 talia agunt regnum] ⋆ ⋆ ⋆ gnum *F* — 7 ipse apostolus ostendit] ⋆ ⋆ ⋆ dit *F* — 8 sanguinem a regno] ⋆ ⋆ ⋆ gno *F* — 9 carnis quae damnarentur] c ⋆ ⋆ ⋆ narrentur *F* — 10 si ap. n. p. operibus] s ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ peribus *F* — 11 potuisset] potuisse/// *F* — re ⋆ ⋆ ⋆ ne *F* — 12 constitutos] *correxi*, constituto *B F* — negaverit] *correxi*, negabit *F* negavit *B* — fide carnis] fi ⋆ ⋆ *F* — 13 illos] *correxi*, illo *B F* — san ⋆ ⋆ xerit *F* — 14 percipere non] per ⋆ ⋆ *F* — 16 damnet] ⋆ *F* — putes] potes *F* — 17 oper ⋆ *F* — damnandam] *correxi*, damnanda *B F* — 18 sunt] *post* carne *F* — 19 inquit iam non estis in] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 20 est Haec tamen] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — positis in carne] ⋆ ⋆ arne positis *F* — scribebat] discrib. *F* — 21 ipse adhuc in c.] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — has litteras *F* — recitabat et iam Deo] re ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 22 enim] *om. F* — raptus et in paradisum] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ adiso *F* — 23 myste ⋆ ⋆ ⋆ iderat *F* — 24 verba... audierat] et audierat verbam... *F* — quoque] *om. B* — inennarra ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ xit *F* — non licet] *post* homini *F*

homini loqui audierat. Cum igitur in carne positus ista audire ac videre meruerit, quantae inconsiderantiae ac dementiae est clausis, quod aiunt, oculis tam abrupte sine distinctione carnem ac sanguinem Dei regno excludere!

Propterea namque Dei filius carnem hominis induit et in eadem carne passus resurrexit, ut in suo corpore formam resurrectionis nostrae ostenderet. Hinc consequenter Dei et hominum mediator appellatur, qui carnis depositum servat in semetipso ac vivit in caelo. Pignus quoque generale substantiae habet, ut sicut caro et sanguis regnum Dei in Xpisto iam possident, ita et nos resurgentes a mortuis regnum Dei in eadem carne per Xpistum obtinere possimus. Adhuc enim Deus carnem hominis sacris manibus suis velut proprium opus instruxit et de suo afflatu ad similitudinem suae vivacitatis animavit, incolatui quoque, fructui, dominatui totius suae operationis praeposuit. Sed et sacramentis suis disciplinisque vestivit et aeternitatem ei in resurrectione donavit. Denique caro abluitur ut anima emaculetur, caro ungitur ut anima consecretur, caro signatur ut anima salvetur, caro manuum impositione adumbratur ut Sancto Spiritu inluminetur, caro corpore ac sanguine Xpisti

---

1 igitur in carne] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 2 videre et audire *F* — me ⋆ ⋆ ⋆ considerantiae *F* — ac] quantaeque *F* — 3 de ⋆ ⋆ ⋆ sis *F* — abrupte] adrupte *F* — sine distinctione] ⋆ ⋆ *F* — 4 excludere] ⋆ *F* — 5 ⋆ (Namque *ut conicio*) propterea *F* — hominis induit] homi ⋆ ⋆ *F* — 6 carnem *F* — passus] *F* et pasus *B* — 6 resurrexit ut in] re ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 7 resurrec ⋆ ⋆ ⋆ nderet *F* — Hic sequenter *F. Ex hoc loco usque ad finem XVII tractatus, F textum tradit revisum, adnotatum, interpolatum, ut videtur, sane fusiorem quam B, qui videtur mutilus.* — 8 hominum m. appellatur] ho ⋆ ⋆ ⋆ tur *F et addit* utriusque partes deposito ⋆ ⋆ *F* — qui] ⋆ *F* — carnis] *add.* quoque *F* — 9 in semetipso] sibi *post* qui *locat F* — ac] et *F* — generale substantiae habet] ⋆ ⋆ substantiae *F* — 10 regnum] ⋆ ⋆ et reg. *F* — 11 possident] *correxi*, possidet *B F* — nos resurgentes] ⋆ ⋆ surg. *F* — 12 in eadem] ⋆ ⋆ *F* — carnem *F* — Xpistum] *add.* capere et *F* — possimus] *scripsi*, possumus *B* pos ⋆ us *F* — 13 Adhuc] Ad hoc *F* — manibus] ⋆ ibus *F* — 14 instruxit] *F* instruit *B* — ad] *corr.*, ac *B* a *F* — similitudinem] *correxi*, similitudine *B F* — 15 animavit] *correxi*, animabit *B F* — incolatui] *scripsi.* inquolatui *F* incolatu *B* — 16 dominatui] *add.* at *F* ac *B* — totius] *F* toti *B* — operationis] *scripsi*, operationi *B* operaci ⋆ *F* — praeposuit] ⋆ *F* — Sed] Necnon *F* — 17 qua vestivit] ⋆ ⋆ *F* — et] *F om. B* — in] *praemisit* et *F* — 18 resurrectione donavit] resurrecci ⋆ ⋆ *F* — Denique-anima] *F om. B* — emaculetur] *supplevi* — 19 ungitur] *F* iungitur *B* — conse ⋆ *F* — 20 salve ⋆ *F* — caro] ⋆ *F* — manuum] *add.* obumbratione seu *B* — ut] ⋆ *F* — 21 Spiritum *F* — corpore] e ⋆ *F* — ac] et *F*

vescitur et potatur ut anima de Deo saginetur. Unde et in mercede separari non possunt quae opere iunguntur. An tu putas Deum manuum suarum operam, ingenii sui curam, afflatus sui vaginam, molitionis suae regulam, sanctitatis suae haeredem, religionis suae sacerdotem, testamenti sui militem, Xpisti sui sororem, Spiritus sui sponsam, id est carnem, in aeternum destinasse interitum? Absit.

Sed et si prophetae non credunt praedicanti de resurrectione carnis, vel ipsi Domino credant qui Lazarum, ad exemplum resurrectionis nostrae, quatriduanae mortis fetore solutum vivere et suis reddi iussit. Monumentis quoque in passione apertis, sanctorum corpora resurrexerunt, sicut et in hoc loco scriptum est : *Haec dicit Dominus : Ego aperiam vobis monumenta et educam vos de monumentis vestris, et scietis quod ego sum Dominus.* Et quid mirum si Dominus mortuos excitat, qui hominem ipsum, cum non esset, de limo terrae plasmaverat? Facilius enim est reformare quod fuerit quam facere quod non fuit. Ecce insuper solatium nostrum omnis natura in resurrectionem futuram meditatur. Sol in occasum demergit ac nascitur, astra reditura labuntur, flores occidunt ac reviviscunt. Sic quoque erunt corpora mortuorum in sepulcro. Ut arbores tempore hiberno virorem suum abscondunt, ariditatem praetendunt, sic omnia per eumdem servantur, ut de interitu cuncta reformentur.

---

1 potatur ut] po ⋆⋆ *F* — saginetur] signatur *F* — et in mercede separari non possunt] ⋆⋆⋆ separari in mercede *F* — 2 quae] *correxi*, qui *B F* — 3 manuum s.] m ⋆⋆ *F* — operam] opera *B post* Deum *locat.* — 4 affla ⋆⋆⋆ ginam *F* — sanctitatis] ⋆ *F* — 5 haeredem] *scripsi*, her. *B F* — sacerd ⋆⋆ menti *F* — 6 sororem Spiritus sui] sor ⋆⋆⋆ *F* — 7 destinasse] ⋆ *F* — 8 et] *om. F* — non credunt] no ⋆⋆ *F* — praedican ⋆ *F* (*post* carnis) — 9 vel] ⋆ *F* — Lazarum] *post* resurrectionis *B* — exe ⋆ ⋆ surreccionis *F* — 10 mortis] ⋆ *F* — foetore] *scripsi*, fetore *B F* — 11 iussit-apertis] ⋆ ⋆ eo quod in passione sua patefactis me ⋆ ⋆ lis *F* — 12 sicut] ⋆ *F* — 14 de monumentis] ⋆ ⋆ *F et add.* ⋆ ⋆ monumenta vestra et educam de ⋆ ⋆ pulum meum, et reliqua. — 15 mirum si Dominus] ⋆⋆⋆ *F* — 16 qui] cum *F* — ipsum ho ⋆ *F* — cum non] ⋆ ⋆ on *F* — 17 plasmave ⋆ ⋆ cilius *F* — fuerit quam] fu ⋆ ⋆ *F* — 18 quod non erat facere *F* — insuper] *om. F* — solacium nostrum] sola ⋆ ⋆ *F* — 19 omnis natura] omnes natu ⋆ *F post* futuram — in resur.] ⋆⋆ reccionem *F* — meditatur] ⋆ *F* — 20 dimergit *F* — ac nascitur astra] et ⋆ ⋆ a *F* — reditura labuntur] labuntur et reddeunt *F* — 21 occidunt] ⋆ *F* — revivescunt *F et add.* Post senium arbusta ⋆ semina nonnisi corrupta revi ⋆ ⋆ ta — Sic quoque] ergo *F* — 22 in sepulcro] ⋆ *F* — tempore hiberno] in hiverno *F* — virorem suum abscondunt] occultant ⋆ ⋆ *F* — 23 ariditatem praetendunt] ariditate mentitae *F* — Sic-reformentur] cum igitur ⋆ ⋆ eserventur cuncta de interitu re ⋆ *F*

Multo magis igitur et homo, inter cetera, qui dominus omnium factus est morientium, ut dominetur et resurgentium. Ideo substantiam hominis Dei filius induit, quam a mortuis suscitavit.

De resurrectione non est dubitandum, etiam illorum qui propter conscientiam meritorum suorum mallent post mortem nihil esse quam ad supplicia resurgere. Sicut quoque beatis non est gloriae finis, ita nec miseris est malorum finis, dicente per Isaiam Domino : *Omnes qui in me praevaricati sunt, vermis eorum non morietur et ignis eorum non extinguetur, et erunt in aspectu omni carni*[1]. Dominus quoque in euangelio : *Ite*, inquit, *in ignem aeternum qui praeparatus est diabolo et angelis eius*[2]. Qui ignis aeternus non diceretur, si finem aliquando haberet. Hic ergo aeternus ignis et membra exurit et reficit et carpit et nutrit. Habet denique exemplum Hevaei iebusaei montis et ardentium undique terrarum : flagrant nec consumuntur, ardent nec cinerescunt. Ita paenale illud gehennae incendium non damnis ardentium nascitur sed inexcessa corporis laceratione nutritur. Quare, dulcissimi fratres, cum et de carnis

1. Is. LXVI, 24.
2. Mat. XXV, 41.

1-2 multo-resurgentium] quanto magis tu homo tantum nomen ⋆ morientium dominus factus est ut et resur ⋆ ⋆ omineris *F* — 3-4 Ideo — suscitavit] cuius substantiam car ⋆ ⋆ Deus Dei filius induit et resuscitabit ⋆ ⋆ tuis — 5 non est dubitandum] utique du ⋆ e non debes *F* — etiam illorum-finis] Et quamquam non ignorem plu ⋆ ⋆ ius conscientiam meritorum suorum nihil ⋆ c post mortem obtare magis quam credere : quia malunt penitus extingui quam ad suplicia reparari. Sed nihil hominus velint hac nolint necesse est ut ⋆ ⋆ ⋆ gant. Ut in qua enim carne peccaver ⋆ ⋆ ⋆ ne supplicia sempiterna sustineant ⋆ ⋆ ⋆ qua carne fidem sanctitatem et iusti ⋆ ⋆ ⋆ in eadem vitae aeternae gloriam cons ⋆ ⋆ ⋆ resurgencium iustorum finis null ⋆ ⋆ ⋆ vivunt et proficiente gracia in gloria ⋆ ⋆ ⋆torum suppliciis in eodem corpor ⋆ ⋆ ⋆ ullus nec terminus datus est *F* — 9 dicente per Isaiam Domino] Ait et ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 10 vermis eorum non] v ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 11 extinguetur et] exti ⋆ ⋆ *F* — Dominus q. in eu.] Et ⋆ ⋆ *F* — 12 inquit] *om. F* — qui praeparatus est] quem praeparabit *F* — 13 diabolo et] ⋆ ⋆ *F* — 14 diceretur] ⋆ *F* — aeternus ignis et] ⋆ ⋆ et sapiens *F* — 15 et carpit] ⋆ ⋆ *F* — 16 Hevaei iebusaei] *scripsi*, aevaei iebusei *B* e ⋆ ⋆ *F* — montis] *scripsi*, montes *B F* — 17 flagrant] ⋆ *F* — 18 cinerescunt Ita] cinere ⋆ ⋆ *F* — paenale] *scripsi*, penale *B F* — gehennae] *scripsi*, gaehaenne *B* hienne *F* — 19 d ⋆ ⋆ dencium *F* — corpor ⋆ ⋆ racione *F* — 20 dulcissimi] dilectissimi *F* — cum et] ⋆ ⋆ *F*

resurrectione satis constet, et paena sit perfidis posita et fidelibus spes caelestis regni promissa, superest ut demus operam bonis actibus insistendo in omni sanctitate, fide et iustitia permanentes, ut non ad paenam sed ad gloriam resurgamus, fratres.

1 paena] ⋆ *F* — 2 caeles ⋆ *F* — resurgamus] *corr.*, ...emus *B F* — 5 fratres] *Add. B F* Amen.

[XVIII]

In diebus illis anno octavo decimo Nabuchodonosor rex fecit statuam auream[1].

Quamquam solemnitas diei et praesens lectio admoneat, fratres dulcissimi, ut de bono martyrii debeamus facere sermonem, tamen quia res ipsa de qua loqui necesse est tam sublimis, tam magnifica est, ut humano sermone condigne praedicari laudarique non possit, proinde verendum mihi est ne tam inlustres et beatissimorum martyrum titulos inopia sermonis imminuat, minus debitis laudibus persequendo. Sed quid faciam, dilectissimi fratres, cum hinc me et honor diei et praesens lectio cogat facere sermonem, inde vero altitudo reprimat confusam gaudio mentem? Proinde in utroque pectoris mei fluctibus volvor : nec dico quod sentio, et tamen silere non possum ; comprimere gaudium meum cupio, sed ipsum constantius quo continetur erumpit ; audeo publicare, sed exilis et tenuis loquendi

1. Dan. III, 1.

Incipit seq̄ de libro Danielis propht̄ *praemisit F uncial. rubr.* — 2 In] n *B de more* ⋆ *F* — diebus illis] ⋆⋆ s *F* — Nabuchodonosor] *scripsi*, Naboc. *B* na ⋆ sor *F*, *ita subinde* (*etiam* Nabogod. *B*, *semper* Nabucodonossor *F*) — 4 solemnitas] *correxi*, sollempnitatis *B* ⋆ *F* — 5 fratres dulcissimi] dilectissimi ⋆ *F. Add. B* fratres — ut de] ⋆⋆ *F* — 6 sermonem] ⋆ *F* — tamen quia] ⋆ (*ut conicio*) tamen *F* — est tam sublimis] ⋆⋆⋆ limis *F* — 7 magnificata *F* — hu ⋆⋆ mone *F* — 8 praedicari] *correxi*, praedicare *B F. Add.* et *F*, *postea erasit* — que non possit] ⋆⋆⋆ sit *F* — 9 tam inlustres] ⋆⋆ tres *F* — titulos] titu ⋆ *F. Add.* triumphos *B* ⋆ s *F* (*glossema*) — 10 minus ⋆ *F* — debitis] *corr.*, debetis *B* ⋆ betis *F* — 11 quid faciam] ⋆⋆ *F* — 12 praesens lectio] p̄ ⋆⋆ *F* — 13 altitudo] ⋆ *F* — confusam] *conieci*, confessam *F om. B* — 14 proinde] ⋆ e *F* — volvor] *corr.*, volvo *B* ⋆ *F* — 15 non possum] ⋆⋆ ssum *F* — 16 sed] ⋆ *F* — ipsum] *correxi*, ipse *B* ⋆ se *F* — 17 erum ⋆ *F* — exilis] *F* ex illis *B* — lo ⋆ ndi *F*

impedior parvitate. Me miserum qui tanti muneris claritatem verbis explicare non valeo ! De sanctis utique ne mentiar erubesco. At tamen melius est pulsare et quaerere quam pigritiae languore torpescere, quia, etsi obsequium debitum exhibere non possum, votum tamen obsequendi me habuisse sufficit.

Tres itaque isti pueri devoti Ananias, Azarias et Misael, dum statuam regis adorare exhorrent, statim ignibus mancipantur. Sed illi nihil de igne timentes regi constantissime et fideliter responderunt : *Sed est Deus cui servimus potens ad liberandum nos de fornace ignis ardentis et de tuis manibus, rex, eripere nos. Et si non, notum tibi sit, rex, quoniam diis tuis non servimus et imaginem auream non adoramus*[1]. O gloriosa fides et invicta devotio, quae totum de potentia Domini praesumens, in utraque parte sibi victoriam pollicetur, vel quod potens esset Deus ad liberandos eos de fornace ignis ardentis, vel quod de futura immortalitate securi praesentem vitam contemptui deputarent ! Nam etsi mori magis vellent quam sacra religionis iura violarent, tamen ne regi de potentia Dei mentiti viderentur, ideo de medio ardentis camini incendio liberari meruerunt. Dixerunt enim : *Potens est Deus ad liberandum nos de fornace ignis ardentis.* Inde factum est ut, quamvis strepitu frequenti atque undosis volitarent flammae verticibus, a tactu tamen

1. Dan. III, 17-18.

---

1 parvitate] *correxi*, parvitati *B* pravitate *F* — me] *F* mee *B* — ⋆ nti *F* — claritatem] *F* ...te *B* — 3 Attamen] *correxi*, actamen *B F* — 4 torpescere] *scripsi*, turp. *F* tup. *B* — etsi] si *F* — 5 votum tamen obsequendi] v ⋆⋆⋆ di *F* — 7 itaque isti pueri devoti] ⋆⋆⋆⋆ voti *F* — Misael] *scripsi*, Misahel *B* misa ⋆ *F* — 8 exhorrent] *scripsi*, exorrent *F* exorierent *B* — statim ignibus] ⋆⋆ *F* — 9 igne timentes] ⋆⋆ *F* — 10 responderunt Sed] re⋆⋆ *F* — 11 liberandum nos de] lib ⋆⋆⋆ *F* — manibus rex eripere] ⋆⋆⋆ pere *F* — 12 sit rex q. diis tuis] s⋆⋆⋆⋆⋆ *F* — 14 fides et invicta] f⋆⋆⋆ *F* — 15 Domini praesumens] ⋆⋆ *F* — pollicetur vel] ⋆⋆ *F* — 16 eos de fornace] ⋆⋆⋆ ce *F* — 17 immortalitate] ⋆ tate *F* — 18 contemptui deputarent] contemtu ⋆⋆ *F* — 19 sacra] sa ⋆ *F* — religionis] ⋆ nis *F* — 20 regi] rei *F* — potentia Dei] ⋆⋆ *F* — mentiti] meriti *F* — 21 medio ardentis] m ⋆⋆ tis *F* — camini] ...no *F* — meru ⋆ *F* — 22 liberandum nos] liberand ⋆⋆ *F* — 23 est ut] ⋆⋆ *F* — strepitu] screpitu *F* — 24 ⋆ litarent *F* — flammae] *correxi*, flamma *B* flama *F* — a tactu] adactu *F*

innocentium corporum refuga pice incendium cederet. Denique spiritu roris animati in medio camino ignis ardentis mansit vestis inlaesa : hymnos lingua explicabant et quasi uno ore Deum laudibus et carmine honorabant.

Nihil est enim, dilectissimi fratres, quod sincerae fidei denegetur, quia nec aliud a nobis Deus quam fidem exigit. Hanc diligit, hanc requirit, huic cuncta promittit et tribuit. *Fides*, inquit, *tua te salvum fecit*[1], et *Esto fidelis usque ad mortem*[2], et *Iustus ex fide vivit*[3], et *Qui perseveraverit*, inquit, *hic salvus erit*[4]. Nihil ergo fidei subtraxit, nihil ei impossibile esse [...] depromit. Denique et *Vincenti dabo*, inquit, *de ligno vitae, quod est in paradiso Dei mei*[5]. Sic et manna illud vincentibus daturum se esse promittit, sed aeternae vitae coronam capiti nectens imponit, modo calculum album accipienti dexterae porrigit, modo stellam matutinam ardentem radiorum fulgoribus tradit, modo supra thronum suum ut sedeant in curia honoris sui potestatem concedit, modo virgam ferream accipere invictam potestatis facit, modo laetitiae et voluptatis convivatorem se cum ipsis esse promittit : ut compendio definiam, ea quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis

1. Marc. X, 52.
2. Apoc. II, 10.
3. Rom. I, 17.
4. Marc. XIII, 13.
5. Apoc. II, 7.

---

2 spiritu] ...um *F* — camino ignis ardentis] ⋆ ⋆ ⋆ entis *F* — 3 lingua explicabant] ⋆ ⋆ *F* — 4 et carmine honorabant] ⋆ ⋆ ⋆ orabant *F* — 6 est] *F om. B* — quod sincerae fidis] ⋆ ⋆ ⋆ di *F* — 7 denegetur] *conieci*, negetur *F* diligeretur *B* — Deus quam fidem] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 8 requi ⋆ ⋆ ⋆ ncta *F* — 9 tua te salvum] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 10 mortem et Iustus] mor ⋆ ⋆ ⋆ *F* — perseveraverit] duraverit *F* — 11 hic salvus erit] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — ei impossibile esse] ⋆ ⋆ ⋆ se *F* — 12 dabo inquit de ligno] in ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ igno *F* — 13 Sic et manna] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 14 pro ⋆ ⋆ ed *F* — 15 nec ⋆ ⋆ it *F* — imponit] *corr.*, imprimit *B* ⋆ it *F* — modo] *correxi*, quomodo *B* quom modo *F* — 16 accipienti] *correxi*, accipientes *B* hac ⋆ *F* — ⋆ xtere *F* — 17 matuti ⋆ ⋆ tem *F* — tradit] *corr.*, trait *F* trahit *B* — 18 supra thronum] ⋆ ⋆ num *F* — in curia] *conieci*, vicaria *B* vicariam *F* — sui] ⋆ *F* — 19 potestatem] *correxi*, potestate *B* ⋆ ate *F* — fer ⋆ ⋆ ccipere *F* — 20 facit modo] fa ⋆ ⋆ do *F* — et] *supplevi* — voluptatis] volumptatis *F* — convivatorem] ...to *F* — 21 se cum] ⋆⋆ m *F* — ut] *praemisit* et *F* — 22 oculus] *F* oculis *B* — nec auris audivit] *F om. B*

ascendit, praeparavit Deus his qui diligunt eum, exhortans nos his promissionibus ut non tantum incipiat, sed permaneat fides. Non enim tunc magna est fides dum incipit, sed si nunquam desinat gloriosa est. Et ideo isti tres pueri devoti omnes minas terroresque crudelissimi tyranni invicta animi virtute fregerunt, quia fideles in Domino permanserunt.

Sed illud mirari me fateor quomodo Nabuchodonosor gentilis et barbarus potuerit Dei filium, in camino ignis inter tres pueros quartum, agnoscere. Sic enim ait : *Nonne tres viros misimus in camino ignis ardentis ? Ecce*, inquit, *quartum video similem filio Dei*[1]. Quem retro non noverat nec unquam audierat, nisi ille antiquus hostis, angelus scilicet refuga, qui in Nabuchodonosor fuerat ingressus ut eum compelleret in mysterio Antixpisti imaginem auream facere et iustos homines incendio perdere, ipse victus virtute divina per Nabuchodonosor locutus est hunc filium Dei esse. Quem ad salutem trium puerorum advenisse noverat, ut ipse eum tunc noverat vel dum angelus esset vel dum sententiam in paradiso ab eo iam transgressor exciperet.

Unde advertere debet xpistiana sapientia quantum valeat fides, quae naturam flammae potuit in roris refrigerio mutare.

Illud quoque silentio praeteriri non debet, cur hanc statuam Nabuchodonosor rex adorare praeceperit. Quid

1. Dan. III, 91-92.

---

1 ascendit] *add.* quae *B F* — 2 sed] et *add. F* — 4 Et ideo isti tres] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 5 crudelissimi] ⋆ simi *F* — invicta animi] invictis (*ex* ...ta) animis *F* — 6 virtute fregerunt] vir ⋆ ⋆ *F* — permanserunt] *Add. F uncial. rubr.* SOLLIC ⋆ ⋆ TOR ET AD INTELLIGENDUM O ⋆ ⋆ — 8 quomo ⋆ ⋆ nossor *F* — 9 Dei filium in camino] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ no *F* — 10 inter] *F om. B* — quartum] IIII *F in ras.* — Sic enim ait Nonne] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 11 ardentis Ecce inquit] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 12 retro non noverat] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 13 antic ⋆ ⋆ ⋆ lus *F* — 14 nabucodo ⋆ ⋆ ⋆ gressus *F* — 15 in mysterio] a minis ⋆ *F* (*ut videtur*) — Antixpisti] ⋆ *F* — 16 iustos homines] iust ⋆ ⋆ *F* — perdere] *correxi*, perderet *B F* — virtute divina] v ⋆ ⋆ *F* — 17 hunc filium] ⋆ ⋆ *F* — 18 advenisse] se *F* — ut] quia *F* — 19 noverat vel dum] nove ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 20 ab eo iam] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 21 advertere debet] advert ⋆ ⋆ *F Add.* et *B* — fides quae] f ⋆ ⋆ *F* — 22 naturam] *correxi*, naturae *B F* — mutare] ⋆ *F* — 23 silentio] *correxi*, silentium *B F* — praeteriri] ...re *F* — 24 statuam, stuam *F*

enim compendii, quid dignitatis aut gloriae consecuturus erat, si homines hanc statuam adorassent? Qui, si praeter regni sui potentiam maioris adhuc alicuius gloriae cupidus erat, se magis adorari iussisset quam illam imaginem quae nec visum nec auditum nec motum proprium nec sensum habebat. Sed haec imago figuram Antixpisti proprie liniabat : ideo non tam Nabuchodonosor rege volente quam diabolo, qui in eo regnabat, imperante, perfecta est. Ceterum Nabuchodonosor quid faceret ignorabat. Aurea denique erat, quia idem Antixpistus rex potentissimus huius mundi futurus est : devictis etenim decem romanis regibus, qui in illo tempore erunt, qui in decem cornibus Danieli[1] sunt revelati, ipse solus toto orbe monarchiam habiturus est. Quod vero sexaginta cubitorum altitudo ei erat et sex latitudo, mysterium nominis ipsius Antixpisti indicabat. Sic enim beatus Ioannes in Apocalypsi ait : *Numerus hominis*, inquit, *et bestiae continet per singulas litteras graecas sexcentos sexaginta et sex. Qui habet sensum intellegat*[2]. Et hoc enim numero numerus ipsius et omne mysterium iniquitatis eius geritur, et ipse cum venerit agnoscendus erit. Hic numerus nominis Antixpristi statuae illius mensura collatus est, quae sexaginta cubitorum altitudine fabricata est et sex latitudine. Sed ubi sunt sexcenti qui nobis ad numerum *** rationem ? Nabuchodonosor portio ***** pleni-

1. Dan. VII et VIII.
2. Apoc. XIII, 18.

---

2 statuam ador.] ** orassent *F* — 3 poten ** ris *F* — 4 se magis ad.] *** dorare *F* — 5 nec visum nec] *** c *F* — 6 habebat] * *F et add. uncial. rubr.* STATUA ILLA FIGURAM XPISTI * STRABAT — Sed haec] ** *F* — figuram] *F* ...ra *B* — Antix.] antex. *F et etiam subinde* — 7 Ideo non tam N.] **** onossor *F* — diabu ***** gnabat *F* — 8 ce** odonossor *F* — 9 faceret] *F* fecerat *B* — Aurea denique] **e *F* — 10 pot.] po* *F* — 11 etenim decem] ** *F* — Romanis] * manibus *F* — 12 erunt qui in decem] ****cim *F* — Danieli] danielo *F* — revel ***us *F* — 13 monarc.] monaciam *F* — Quod vero] ** *F* — 14 cubitorum] ...tis *F* — ei] eius *F* — sex latitudo] **do *F* — 15 nominis] *F* hominis *B et subinde* — An ** dicabat *F* — 16 Apocalypsi] *correxi*, ...sis *B* * sis *F* — hominis i. e. b.] inquit hominis bestiae *F* — 19 omne] *F* omnis *B* — 20 venerit] verit *F* — 22 latitudine] ...do *F* — 23-24 Sed ubi-plenitudo] *om. B* — ***] *F Supple* « nominis completam dant » — 24 ***** nitudo] *F Supple* « Antixpristi erat qui erit »

tudo, et ideo portionem numeri in statua ipsius fabricavit. Plenitudinem vero totius iniquitatis ipse cum venerit adimplebit. Et ideo altitudo eius erat cubitorum sexaginta et latitudo cubitorum sex. Denique et ipse maledictus cum venerit statuam auream similiter facturus est, sicut Apocalypsis[1] scriptura testatur, quae non iam partem aliquam, sed omnem plenitudinem numeri ipsius continebit.

Quam autem figuram numerus habebat, id est sexcenti sexaginta et sex, debemus advertere : hoc est sex hecatontadas, sex decadas et sex monadas. Senarius itaque hic mundus est in quo omnis transgressio dominatur, eo quod et sex diebus factus est et per sex milia annos, qui sex dies sunt Domini, iniquitas dominatur, sicut scriptum est : *Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum*[2]; sextoque millesimo anno completo omnis iniquitas finietur et in abysso diabolus religabitur. Ut ergo sex diebus mundus factus est et sexto millesimo anno figura saeculi istius praeteribit, ita et senarius numerus Antixpisti cum omni malitia sua sexto die Domini, qui sextus millesimus annus est, finietur.

Sed nec illud putetis sine magna ratione divinitus esse provisum ut cum in aliis rebus vel causis septem cubitis soleret caminus ardere, hic septies amplius a solito fuerit accensus, id est ad cubita quadraginta et novem. Sed quae est haec ratio ut septies septenis cubitis flamma fornacis

1. Apoc. XIII, 14 et 15.
2. Sap. II, 24.

---

1 statuam ipsius fabricavit] ⋆ ⋆ ⋆ bricabit *F* — 2 iniquitatis ipse] ini ⋆ ⋆ *F* — 3 altitudo eius erat] al ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 4 latitudo] *F* latitudinem *B* — ipse] in se *F* — 5 venerit s. auream] vener ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 6 Apoc. scriptura] apocalip ⋆ ⋆ *F* — 7 sed omnem plenitudinem] ⋆ ⋆ ⋆ tudinem *F* — numeri] *add.* omnis *F* — continebit Quam] contib ⋆ ⋆ *F* — 9 autem] *F* statuam *B* — sexcenti sex.] ⋆ ⋆ ginta *F* — 10 Hoc est sex h.] H ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ antontas *F* — 11 decadas] *F* decades *B* — mona ⋆ ⋆ us *F* — 12 transgressio] ⋆ *F* — et] *F* a *B* — 13 factus est et per sex] fact ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 14 iniq ⋆ ⋆ natur *B* — 15 diaboli] ⋆ *F* — introivit] ...bit *F* — sextoque] se ⋆ ⋆ *F* — 16 finietur] *conieci*, firmetur *B* ⋆ etur *F* — 17 Ut] ⋆ *F* — 23 cum in aliis rebus] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ us *F* — 24 caminus ardere] ⋆ ⋆ ere *F* — fuerit accensus] ⋆ ⋆ sus *F* — 25 et novem] ⋆ ⋆ *F* — 26 cubitis flamma] ⋆ ⋆ ma *F*

excreverit? Mundus itaque, in quo boni malique interim moramur, sex diebus factus est et septimo benedictus. Sic et sex diebus Domini, id est sex milibus annis, mundialis, ut superius dixi, operatio exercetur, et septimo die Domini regnum sanctorum erit. Septies ergo septem quadraginta et novem faciunt : quibus completis, gehennae caminus aperitur, et mors secunda revelatur, ut tunc iustis septiformis claritas velut roris spiritus tribuatur, peccatoribus vero septuplex paena, secundum septem capita draconis, et, ut Apocalypsis[1] scriptura refert, gehennae incendium irrogetur.

Sed iam sufficit, dulcissimi fratres, de multis pauca memorasse, ut sciatis in quo mysterio iniquitatis statuam illam per Nabuchodonosor fecerit diabolus, quam tres pueri devoti adorare noluerunt, ne pro hac statua Antixpistum cuius imago erat adorare viderentur. Si ergo illi, pro quibus necdum passus fuerat Xpistus, tanta pro Deo et pro sacris legibus pertulerunt, quanto magis nos, pro quibus filius Dei nasci secundum carnem et pati dignatus est et praemio sui sanguinis nos a mortuis liberavit et debitores nos ingentium beneficiorum suorum effecit, omnia genera paenarum pro Xpisti nomine aequo animo ferre debemus, quia qui semel in Xpisto manumissus est tyrannicam non patitur servitutem. Nescit enim quidquam timere xpistiana

1. Apoc. XII, 3.

---

1 excreverit] *Add. F uncial. rubr.* NOTA QD̄ ⋆ ⋆ IDEST REQUIEM DN̄I ⋆ ⋆ ERIT REGNUM — Mundus itaque] ⋆ ⋆ que *F* — 2 moramur] *scripsi*, moramus *B* ⋆ *F* — benedictus. Sic] ⋆ ⋆ c *F* — 3 mi ⋆ ⋆ ⋆ undialis *F* — 4 opera ⋆ ⋆ r *F* — 5 erit] ⋆ *F et add. uncial. rubr.* DICIT QUID SIT SEPCIES PLUS FORNA ⋆ ⋆ SUCCENSAM — sep ⋆ ⋆ aginta *F* — 6 completis] ⋆ *F* — 7 et mors secunda] ⋆ ⋆ ⋆ unda *F et add.* quae rex nabuco ⋆ iussit succendere iusti ⋆ ⋆ ormis *F* — 8 velut] *F* vel *B* — tribuatur] tri ⋆ tur *F* — 9 septup.] septimp. *F* — secundum] *F* secunda *B* — 10 ut] *om. F* — inrogetur] *corr.*, ...atur *B F* — 12 dulcissimi] dilectissimi *F* — 13 memor.] momor. *F* — 15 noluerunt ne] nolue ⋆ ⋆ *F* — hac] hanc *F* — statua] *correxi*, statuam *B F* — 16 cuius imago] c ⋆ ⋆ *F* — viderentur] ...retur *F* — ergo illi pro quibus] er ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 17 tan ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ cris *F* — 18 nos pro quibus] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 19 carn ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ tus *F* — 20 mortuis lib.] ⋆ ⋆ beravit *F* — 21 ingentium] *F* ingentiorum *B* — 22 pae ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ mine *F* — aequo] *conieci*, quo *B F* — 23 quia qui semel] ⋆ ⋆ ⋆ mel *F* — manumissus] *correxi*, manum missus *F* manum mittit *B* — tyrannicam] *correxi*, tyrannica *B* ⋆ *F* — 24 quidquam timere] q ⋆ ⋆ re *F*

libertas. Ad hoc enim ex aqua et Spiritu Sancto renati sumus, ad hoc indulgentiam veterum criminum consecuti, ad hoc coram multis credere contestati sumus, in haec quasi milites Xpisti sacramentorum verba iuravimus, ad hoc nostrum certamen conscripsimus. Ideo et stipendia salutis accepimus et a Xpisto charismatum donativa consecuti sumus. Clipeo praeterea fidei contecti et lorica iustitiae animadvertimur esse vestiti, ut in isto belli campo ducem nostrum sine timore sequamur. Ex quibus res ipsae manifeste docent : in isto belli campo nec vertenda sunt dorsi terga nec removendi gradus, nec ponenda sunt arma nec abicienda sunt tela, nec hostium requirenda sunt castra; sed magis pro Deo, pro sacris legibus moriendum est.

Novum etenim genus per Xpistum inventum est : interire ne pereas, mori ut vivas, dicente ipso Domino : *Qui animam salvaverit perdet illam, et qui perdiderit animam suam causa nominis mei in vitam aeternam inveniet eam*[1]. Et hinc est quod facile vincuntur cuncta tormenta, cum ipsorum tormentorum ante oculos ponitur gloria ; nec quod lacerat consideratur, cum paenae merces magna praestatur. Commutanda sunt ergo, ut videtis, parva cum magnis, ingentia cum exiguis, morientia cum mansuris. Relinquamus hunc mundum, ut magis noster fiat hic mundus ; vitam brevem tradamus, ut aeternam in nobis dum morimur reparemus, dicente Domino : *Nolite*, inquit, *timere eos qui corpus vestrum occidunt, animam autem vestram non pos-*

1. Mat. X, 39.

---

1 ex aqua et S.] e ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 2 indul ⋆ ⋆ rum *F* — 3 coram] ⋆ *F* — sumus in] ⋆ ⋆ *F* — 4 verba iuravimus] ⋆ ⋆ bimus *F* — 5 conscripsimus] uocensa ⋆ simus *F* — 6 accepimus] ⋆ *F* — a Xpisto] *om. F* — 7 sumus] s ⋆ *F* — lo ⋆ ⋆ tiae *F* — 8 animadvertimur] ⋆ r *F* — isto] is ⋆ *F* — 10 vertenda] verenda *F* — 11 nec abicienda] ⋆ ⋆ *F* — 12 requirenda sunt castra] requiren ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 13 moriendum est Novum] ⋆ ⋆ ⋆ um *F* — 14 genus] *F om. B* — per] pro *F* — in ⋆ ⋆ ⋆ as *F* — 15 Domino Qui animam] ⋆ ⋆ ⋆ imam *F* — 16 perdiderit an.] ⋆ ⋆ *F* — 17 vitam aeternam] ⋆ ⋆ *F* — 18 vincuntur] ⋆ *F* — 19 tormen ⋆ ⋆ ⋆ culos *F* — ponitur] propon. *F* — 20 lacerat] ⋆ *F* — consideratur] *corr.*, ...antur *B F* — merces] ...is *F* — magna] *om. F* — praesta ⋆ ⋆ tanda *F* — 21 parva] *conieci*, prava *B F* — cum magnis] ⋆ ⋆ *F* — 22 cum mansuris] ⋆ ⋆ is *F* — 23 ut magis noster] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 24 brevem t. ut] breve ⋆ ⋆ t *F* — reparemus] re ⋆ *F* — 25 timere eos] time ⋆ ⋆ *F* — 26 occidunt] occiditur *F* — vestram non] ⋆ ⋆ *F*

sunt occidere[1]. Cadendo enim surgimus, et extincti vivimus, et ex terris expulsi caelum occupamus, et qui sub sententia stetimus sententiam dicimus. Et ideo rogamus et petimus sanctitatem vestram, o beati martyres, ut nostri memores esse dignemini, ut et nos, qui pari fide in Xpisto Dei filio credimus, eamdem vobiscum de triumpho passionis martyrio gloriam consequi et obtinere mereamur.

1. Mat. X, 28.

---

1 et] *correxi*, ut *B* ⋆ *F* — extincti] ⋆ ti *F* — vivimus] *F* ...amus *B* — 2 occupamus] *correxi*, ...emus *B* ⋆ mus *F* — qui] quis *F* — sententia] ...am *F* — 3 senten ⋆ ⋆ mus *F* — 4 sanctitatem] a sanctitate *F* — vestram o] ⋆ ⋆ *F* — 5 fide] *correxi*, fidem *B F* — 6 eamdem] *scripsi*, eandem *B F* — vobiscum] *correxi*, nob. *B F* — 8 Mereamur] *Sequitur doxologia* Praestabit hoc deus pater omnipotens per dominum nostrum *B F* (*add. F* Ihesum Xpistum).

[XIX]

Sileat omnis caro a facie Domini, quoniam exsurrexit de nubibus sanctis suis. Et ostendit mihi Dominus Iesum, sacerdotem magnum, stantem ante faciem Domini, et diabolus stabat a dextris eius ut adversaretur ei[1]. Et reliqua.

Magnum et divinum sacramentum hic in illa typica praefiguratione prophetae ostensum est, qui dicit sibi revelatum sacerdotem magnum, et, ne in dubium veniret quis esset iste magnus sacerdos, etiam et nomen expressit dicendo Iesum. Quem autem magnum sacerdotem, nomine Iesum, Zachariae dicimus in revelatione monstratum? Utrum qui iam tunc erat, filium Iosedec, an qui nondum venerat, Xpistum? Revelatio enim nunquam fit rerum praesentium, sed futurorum. Nam et quae causa erat ut revelaretur in figura filius Iosedec, qui tunc praesens cotidie in officio cernebatur? Sed nec hunc Iesum filium Iosedec magnum sacerdotem propheta poterat dicere, ante quem magni et inlustres sacerdotes fuerunt, ut Melchisedec, ut Aaron et

1. Zac. II, 13-III, 1.

Incipit seq̄ (incipiunt sequencia *B*) de libro zacharie prophete (⋆ *F*) *praemit. B F uncial. rubr.* — 2 Sileat] ileat *B de more* — quoniam] *F* qui *B* — exsu⋆ *F* — 3 Iesum] *scripsi*, Ihesum *B* ⋆ *F* — 4 ⋆ cerdotem *F* — Domini et] ⋆ ⋆ *F* — diabulus *F* — 5 a] ad *B* — adversaretur ei] aversare ⋆ ⋆ *F* — 6 hic] *correxi*, hoc *B F* — in illa] ⋆ ⋆ *F* — praefiguratione] praefigurancia ne *F* — 7 prophetae] *F* prophetiae *B* — ostensum est qui] ostens ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 8 et ne in] e ⋆ ⋆ ⋆ *F* — venire *F* — 9 iste] ste *F* — sacerdos etiam] sac ⋆ ⋆ *F* — nomen expressit] *ex* men Xpisti *F* — dicendo] decendo *F* — 10 Iesum] *scripsi*, Ihesum *B F et subinde* — autem] *F* alium *B* — 11 Zach ⋆ ⋆ mus *F* — utrum qui iam tunc] ⋆ ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 12 venerat Xpistum] ⋆ ⋆ *F* — 13 praesentium] ⋆ *F* — 14 causa erat ut] ⋆ ⋆ ⋆ *F* — revelaretur] reveletur *F* — 15 qui tunc praesens] ⋆ ⋆ ⋆ sens *F* — cotidie] quo tidie *F* — 16 cernebatur sed nec] cernebat ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 17 sacer ⋆ ⋆ ta *F* — quem] quam *F* — et inlustres] ⋆ ⋆ *F* — 18 Melcisedech *F* — Aaron] ⋆ *F*

Eleazar, ut Samuel et ceteri. Nemo enim magnus et maior dici potest, cui non solum aequalis sed et melior invenitur. Hunc ergo Iesum, dominum nostrum, ideo magnum pronuntiavit, quia non tantum maior illo aut melior, verum nec similis inveniri potest. Hic est, inquam, sacerdos magnus de quo scriptum est : *Tu es sacerdos magnus in aeternum secundum ordinem Melchisedec*[1] : ut non tantum magnum sed aeternum hunc Iesum nostrum sacerdotem ostenderet.

Sed stabat, inquit, *ante faciem* Dei. Semper enim ministrat Patri, in conspectu ipsius conversatus, dum est oboediens in omnibus, etiam usque ad mortem, mortem autem crucis. Nam quod diabolus stabat a dextris eius, resistebat enim ei et adversabatur, quando secundum hominem venire dignatus est, ut in euangelio legimus esse completum : immittens scilicet adversus eum primum Herodem regem, ut eum inter infantes vellet occidere ; deinde per semetipsum, dum eum in eremo trina tentatione aggreditur ; post haec per Iudaeos, ut eum incredibiliter persequerentur ; deinde per Iudam traditorem, ut eum cruci suspenderent. Et numerus non est dicere quotiens, quibus et quantis insidiis contra Deum et Salvatorem nostrum, cum hominem induisset, adversatus est diabolus : sed totiens victus atque prostratus est quotiens Iesum tentare aggressus est. Unde et in hoc loco sententiam a Domino suscepit, dum dicitur ei : *Increpet in te Dominus, qui elegit Hierusalem*[2]. Illam

1. Ps. CIX, 4.
2. Zac. III, 2.

---

1 Eliazar *F* — Samuhel *B F* — ut] *B* et *F* — enim magnus] ⋆ ⋆ gnus *F* — et] aut *F* — 2 aequalis] ⋆ *F* — invenietur *F* — 3 Iesum] ⋆ *F* — 4 illo] *correxi*, illi *B F* — 6 scriptum est] ⋆ ⋆ *F* — 7 secundum] se ⋆ *F* — notantum *F* — magnum] ⋆ *F* — 8 ostenderet] ⋆ et *F* — 10 istabat *F* — enim ministrat] ⋆ ⋆ rat *F* — 11 Patris *F* — conversa ⋆ ⋆ um *F* — 12 mortem] 1° ⋆ m *F* — 13 diabulus *F et subinde* — a dextris] *scripsi*, add. *B* ad ⋆ *F* — 14 secundum] ⋆ um *F* — 15 dignatus est ut] *correxi*, dignatur ut *B* dignatus est *F* — legimus] ⋆ *F* — 16 eum primum] ⋆ ⋆ *F* — 17 inter] *om. F* — occi ⋆ ⋆ nde *F* — 18 eremo] *scripsi*, eremoh *F* heremo *B* — trina ⋆ ⋆ onem *F* — 19 ut eum incredibiliter] ⋆ ⋆ ⋆ edibili *F* — 20 Iudam traditorem] iu ⋆ ⋆ *F* — 21 numerus non] nu ⋆ ⋆ *F* — est] *correxi*, esse *B* ⋆ *F* — 22 insidiis contra Deum] insi ⋆ ⋆ ⋆ *F* — 23 in ⋆ ⋆ ersatus *F* — est] *F om. B* — vinc ⋆ ⋆ ⋆ rostratus *F* — 24 quotiens] *add.* is *B* — aggressus] ⋆ *F* — 25 sentencia *F* — suscepit] ⋆ it *F* — 26 ele ⋆ *F*

utique Hierusalem caelestem electam a Domino dicit, de qua beatus Paulus apostolus ait : *Hierusalem*, inquit, *caelestis quae est mater nostra*[1] : quam et Ioannes in Apocalypsi scribit auro, gemmis compositam, de caelo novo in terram novam descensuram, ut fiat, inquit, *habitatio Dei cum hominibus*[2]. Et ideo *increpet in te Dominus, diabole, qui elegit Hierusalem.* Quem quidem et in euangelio idem increpavit Dominus, dum diceret : *Vade retro, Satanas, non tentabis Dominum Deum tuum*[3] ; sed et rursus increpaturus in iudicio, cum eum in stagnum ignis, quod est gehenna, cum omnibus suis aeterna paena damnaverit, sicut ipse Dominus in euangelio infidelibus se dicturum esse testatus est, dicens : *Recedite a me, maledicti, non novi vos, ite in ignem aeternum quem praeparavit Pater meus diabolo et angelis eius*[4]. Haec est increpatio quam a Domino in futurum idem Dominus diabolo comminatur dicens : *Increpet te Dominus, diabole, qui elegit Hierusalem.*

Sed indutus, inquit, *erat Iesus vestimentis sordidis*[5]. Primo in loco quaerendum si Iesus filius Iosedec aliquando vestimenta sordida induerit, cui non licuit nisi munda, id est sacerdotalia, vestimenta induere, in quibus sacerdotale fungeretur officium. Hic Iesus filius Dei, summus et verus Patris sacerdos, in sordidis vestimentis est visus. Quae autem sint ista sordida vestimenta iam debemus ostendere.

1. Gal. IV, 26.
2. Apoc. XXI, 3.
3. Mat. IV, 10. Luc. IV, 12.
4. Mat. XXV, 41.
5. Zac. III, 3.

---

1 electam] ⋆ tam *F* — dicit] dicitur *F* — 3 Apocalypsi] *scripsi*, ...sis *B F* — 4 scribit] escribit *F* — gemmis] gemis *F* — 6 et ideo] ⋆⋆ *F* — 7 quem quidem] qu⋆⋆ *F* — 8 vade retro] v⋆⋆ *F* — 9 rursu⋆⋆turus — 10 est gehenna] ⋆⋆enna *F* — 11 dam ⋆ rit *F* — 12 infidelus *F* — dicturum esse] dictu⋆⋆ *F* — 13 non novi] ⋆⋆ui *F* — 14 Pater meus] pa⋆⋆ *F* — 15 quam a Domino in] q⋆⋆⋆⋆ *F* — 16 futuram *F* — comminatur] cominato ⋆ *F* — 17 dicens] ⋆ *F* — 19 irs ⋆⋆⋆ dutus *F* — sordidis Primo] sor⋆⋆ *F* — 20 Ios⋆⋆do *F* — 21 induerit] indueri *F* — cui] *correxi*, quae *B F* — non licuit nisi] hier (*ut videtur*) ⋆⋆⋆⋆ *F* — 22 induere in] in⋆⋆ *F* — 23 fungeretur] fungeatur *F* — officium] *correxi*, officio *B* offici ⋆ *F* — Hic Iesus] ⋆⋆ *F* — 4 Patris] *correxi*, Patri *B F* in sordidis] ⋆⋆ *F* — 25 ista sordida] is ⋆⋆ *F* — debemus] *correxi*, debetis *B F*

Carnem etenim hominis obnoxiam peccatis sicut vestimentum adsumpsit. Quod quidem et propheta ante praedixerat : *Vivo ego, dicit Dominus, si non omnes vos induam sicut vestimentum*[1]. Hanc denique carnem in nativitate ex Maria virgine nostri causa induerat, in passione exuit, dicente apostolo : *Spolians carnem palam potestates triumphavit per crucem*[2]. Quod ideo intulit vestimenta sordida, carnem hominis approbavit quam induit : quam, non quod in se peccatum fecerit, sed ideo sordidam dixit quia eam ex protoplastorum elogio et ex praevaricationis delicto sordidatam, nascendi sorte induerat. Ac proinde in sordidis vestimentis carnis, ut dixi, est visus. Et hoc est quod in hoc loco dicit propheta : *Et erat Iesus sordidis vestimentis indutus.* Quod quidem et beatus apostolus Paulus[3] meminit dicens : *Qui cum peccator*, inquit, *non esset, pro nobis peccatum fecit*, corpus utique peccatis obnoxium induendo. Unde et in primordio euangelii pannis involutus et scissuris humani generis, dum in se illa suscipit, aspicitur, donec radio crucis innocentiae tunica texeretur. Quod autem in praesepio positus invenitur, hoc significabat quod cibus caelestis nobis, quondam peccatoribus, ad sagenam aeternae salutis erat futurus.

Sed quid subiungat audite : *Nonne*, inquit, *titio extractus ab igne est*[4]? Cui hoc dicitur vel praedicatur debemus advertere. Certe ad diabolum dicebat : *Increpet in te Dominus, diabole, qui elegit Hierusalem.* Numquid et huic dici-

1. Is. XLIX, 18.
2. Col. II, 15.
3. II Cor. V, 21.
4. Zac. III, 2.

---

1 etenim hominis] ⋆ ⋆ minis *F* — peccatis] *correxi*, peccati *B F* — 2 ad ⋆ sit *F* — 3 ego] ⋆ *F* — 4 nativitate] *correxi*, ...tem *B F* — 6 potestates] ⋆ es *F* — 7 intulit] *corr.*, intuli *B* in ⋆ *F Add.* ut *B F* — 8 carnem] *F* carne *B* — approbavit] *F* adprobarem *B* — 10 protoplaustro ⋆ *F* — elogio] *correxi*, eulogio *B* ⋆ ogio *F* — 11 nascendi] ⋆ *F* — in] *F om. B* — 12 ves ⋆ s *F* — 13 loco dicit] ⋆ ⋆ it *F* — 14 indutus] ⋆ tus *F* — memi ⋆ ⋆ ens *F* — 15 peccatum] ⋆ *F* — 16 induendo] ⋆ *F* — 17 pan ⋆ ⋆ tus *F* — scissuris] *correxi*, scissuras *B F* — 18 in] *supplevi* — illa] ⋆ *F* — suscipit] ⋆ *F* — 19 radio] rado *F* — innocen ⋆ ⋆ ⋆ aexeretur *F* — 20 invenitur] ⋆ *F* — 21 quondam] *scripsi*, condan *B* ⋆ *F* — ad] *F* a *B* — 22 futurus] ⋆ *F* — 23 qui subiungit *F* — inquit titio] ⋆ ⋆ *F* — 24 praedicatur] *conieci*, prodigatur *B* ⋆ atur *F* — 25 diabolum] ⋆ ulum *F* — 26 elegit] ⋆ *F*

tur : *Nonne hic titio extractus ab igne est*? Quod quidem multi simpliciores putant, quod ipsum diabolum titionem extractum ab igne dixerit, cum diabolus non solum extractus non sit, sed in aeterno igne damnatus sit, dicente Domino : *Ite in ignem aeternum, quem praeparavit Pater meus diabolo et angelis eius*[1]. Ceterum titio extractus ab igne semiustulatus, non percombustus ostenditur. Corpus enim illud humani generis quod ex protoplastorum transgressione et criminum flamma fuerat adustum, hic induit Dominus et quasi titionem semiustulatum a gehennae incendio liberavit. Ut ergo carnis titio, quam ex consortio humani generis induerat Dominus, titionis non habebat speciem, et proinde carnem, quam de gehennae igne liberavit, ut titio ab igne extractus est [...] reverteretur.

Denique post haec : *Exuite illum sordida vestimenta, et induite illum poderem*[2]. Hoc genus vestimenti retro olim sacerdos utebatur. Digne ergo et merito sacerdotalem vestem per resurrectionem adsumpsit, quia ipse est summus sacerdos qui semetipsum pro nobis Deo hostiam obtulit : abolitis delictis humani generis, solus digne immortalitate vestitus, in caelum ascendit, ut videlicet in sordibus nostris esse iam desinens, iam laetus et fortis, in stola sacerdotali, subacta morte refulget, secundi scilicet adventus gloria et honore vestitus, sicut apostolus ait : *Et si noveramus Xpistum secundum carnem, nunc iam non novimus*[3]. Hic ergo sacerdos semper litat Deo Patri, eximiam illi offerens victi-

1. Mat. XXV, 41.
2. Zac. III, 4.
3. II Cor. V, 16.

---

1 hic] ⋆ et *F* — 3 diabulis *F* — 5 aeternum] ⋆ *F* — 6 angelis eius] angeli ⋆⋆ *F* — extractus] *add. F uncial. rubr.* TICIO ISTA CA ⋆ XPIST ⋆ — 8 human ⋆⋆ ris *F* — protoplaustrorum *F* — transgressione] *F* ...nem *B* — et] ⋆ *F* — 9 induit] ⋆ *F* — 10 titionem] tycione *F* — a gehennae] ⋆⋆ *F* — 11 titio] *conieci*, beneficio *B F* — 12 induerat] ind ⋆ *F* — titionis] *conieci*, et *B F* — ha ⋆⋆ ciem *F* — 13 igne] *correxi*, ignis *B* ⋆ *F* — 14 est] *F* esse *B* — reverteretur] ⋆ retur *F* — 15 sor ⋆⋆ timenta *F* — 16 poderem] *F* pudo. *B* — ge ⋆⋆ timenti *F* — Hoc-utebatur] *glossema videtur* — 17 sacerdos utebatur] ...dotes ...bantur *F* — Digne] ⋆ gne *F* — veste *F* — 18 per] *F* post *B* — 19 obtuli *F* — 20 aboli ⋆ *F* — digne] *F* dignus *B* — 22 esse] *om. B* — 23 refulget] ⋆ et *F* — secundi] *F* seculi *B* — gloria] *correxi*, gloriae *B F* — 24 vestitus] ⋆ us *F* — noveramus] *ex* nuramus *F* — 25 secun ⋆ *F* — 26 sacerdos] ⋆ us *F* — victimam] ⋆ *F*

mam oboedientiam suam. Denique et omnia sacrificia patrum, quae Deus respicere dignatus est, per hunc sacerdotem scimus et credimus semper esse oblata : per hunc igitur sacerdotem dona Deus Abelis inspexit, per hunc fragrantiam sacrificiorum Noe odoratus excepit, per hunc Abrahae victimam comprobavit, per hunc Isaac litavit, hic sacrificiis Iacob adstitit, sine hoc Moyses offerre non potuit, hic Aaron sacrificia commendavit, hic Samuel. Hic, ne longum faciam, ceterorum omnium sacerdotum inlationes approbavit : unde existimare non possumus qualis et quantus sit hic sacerdos, sine quo sacrificia sua nec ipsi sacerdotes offerre potuerunt. Hic, inquam, sacerdos Dei Patris summus et magnus non in uno aliquo loco sacerdotium gerit, sed in toto mundo. Immo quia nec mundus illum capere potest, sacerdotium suum in caelo gerit, ut non solum hominum sed angelorum sacerdos sit, sicut apostolus ait : *Qui pacificavit per sanguinem crucis suae tam caelestia quam terrena*[1].

Hic, inquam, sacerdos noster factis ipsis et virtutibus probat qualis et quantus sit. Leprosos tangit et non coinquinatur. Lepra enim, quae remanens tangentem polluere potuisset, effugientem inquinare non poterat. Et cum ceteri sacerdotes, si mortuorum corpora contrectassent, polluebantur, hic vero sacerdos mortuos contingit et mundus est. Quomodo enim eum mors inquinare possit, cum statim quidquid tetigerit vivat? Caecorum oculos contrectat, et

1. Col. I, 20.

---

2 quae] *F* quem *B* — per] pro *F* — sacerdotem] ⋆ *F* — 3 per hunc] ⋆⋆ *F* — 4 inspexit per hunc] inspe⋆⋆⋆ *F* — fragrantiam] *correxi*, flagrancia *B F* — 5 odoratus excepit] ado⋆⋆ *F* — Abrahae] capre *F* — 6 comprobavit per hunc] conpro⋆⋆⋆ *F* — litavit] *conieci*, letabit *F* locabatur *B* — 7 adstitit sine] ⋆⋆ *F* — hic] *correxi*, huic *B* ⋆ *F* — Aaron] ⋆ *F* — 8 hic] *F* huic *B* — Samuel hic] sa⋆⋆ *F* — 9 faciam] *ex* faciem *F* — ceterorum] ceterum *F* — om⋆⋆ dotum *F* — 10 existimare non] ⋆⋆ *F* — 11 sacerdos] ⋆ os *F* — sa⋆es *F* — 13 loco] *supplevi* — 17 per] *om. F* — 18 factis] *correxi*, factus *B F* — 19 probat] *F* probatur *B* — Leprosos] *F* Leprosus *B* — coinquinatur] *scripsi*, quo inquinatur *B* ⋆ inq. *F* — 20 Lepra-poterat] *glossema videtur* — tangentem] *correxi*, tangente *B* a ⋆ *F* — 21 effugientem] *correxi*, et fugiens *B F* — non] ⋆ *F* — 22 si mortuorum] s⋆⋆ rum *F* — contrectassent] *F* contrac. *B* — polluebantur] uellu⋆tur *F* — 23 contingit et mundus] ⋆⋆⋆ dus *F* — 24 inquinare] ⋆ *F* — possit] posset *F* — 25 vivat] *correxi*, vivatur *B* ⋆ *F* — contrectat] *F* cum tractat *B*

vident : lux est enim. Mutorum ora contingit et statim loquuntur : verbum est enim. Surdorum aures tangit, et audiunt sine mora : vox est enim. Claudos similiter manu palpat, et currunt : via est enim. Sed omne omnino genus valetudinum attingit et curat : sanitas est enim. Reos absolvit : innocentia est enim. Delictorum servitutem manumittit : libertas est enim. Ab inferis reducit : resurrectio est enim. In caelum provehit : rex est enim. Mortuos excitat : vita est enim. Et, ut breviter dicam, id ipsum est quidquid facit, nec deficit in opere, si non ante id opus quod facturus est ipse prius fuerit in substantiae potestate. Sacerdos, inquam, hic noster pro salute non unius alicuius hominis aut generis, sed pro toto mundo, non opimum animal aliquod obtulit, ut faciebant veteres sacerdotes, sed semetipsum in sacrificio dedit, dum velut agnus[1] sine malitia apud Hieremiam ducitur ut sacrificetur, vel dum sicut ovis[2] apud Isaiam ad iugulationem rapitur ut immoletur, vel dum sicut vitulus[3] in euangelio pro converso filio mactatur ut laetitia comparetur. Unde iam aestimare possumus an litaverit aliquid, quando ipse qui offerebat oblatus est. Sed quia iam de maiestatibus et virtutibus breviter festinantes locuti sumus, finem de hac re faciamus.

1. Ier. XI, 19.
2. Is. LIII, 7.
3. Luc. XV, 23.

---

1 vident lux est] vid ⋆⋆⋆ *F* — contingit] conteget *B* — sta ⋆⋆ tur *F* — 2 aures tangit] a ⋆⋆ *F* — 3 Claudos similiter] ⋆⋆ militer *F* — manu] *correxi*, manum *B F* — 4 via est enim] ⋆⋆⋆ *F* — 5 valetudinum] *scripsi*, valit. *B F* — adtingit et] ⋆⋆ *F* — Reos-enim] *om. B* — 6 absolvit innocencia] *conieci*, absol ⋆⋆ cencia *F* — servitutem] *correxi*, servitute *B* servitut ⋆ *F* — manumittit] *conieci*, manum mittit *B* ⋆ mittit *F* — 7 inferis reducit] infer ⋆⋆ *F* — 8 caelum] celos *F* — rex est enim] ⋆⋆⋆ *F* — 11 facturus] futurus *F* — 15 semetipsum] ⋆ m *F* — velut] *F* vero *B* — sine] ⋆ *F* — 16 ducitur] *F* dicitur *B* — sacri ⋆ ur *F* — 17 ovis] *conieci*, quis *B F* — iu ⋆ cionem *F* — 18 vitulus] ⋆ lus *F* — 19 laetitia] le ⋆ *F* — 20 litaverit] letaberit *F* — offerebat] ⋆ ebat *F* — 21 de] *supplevi* — maiestatibus] ma ⋆ *F* — 22 festinantes] festinan ⋆ *F*

[XX]

Temporibus illis dum complerentur dies Pentecosten erant omnes apostoli simul in unum. Et factus est repente de caelo sonus velut decurrentis spiritus vehementis[1].

Item Moyses inclitus vates, legislator et nuntius veritatis, ne legationem ad populum fungeretur veniam a Domino postulabat, excusans videlicet offensantis linguae tarditatem, quod incerta vox dubium et imperfectum sonum redderet, nec adesset fides dictis incerto relatis et in auditu minus pleno, cum frustratis nexibus syllabarum ac litterarum proprietate dispersa in conatu oris ambigui anceps sermo traheretur. Sic enim : *Provide Domine alium quem mittas. Ego enim gracili voce et tardior lingua sum*[2]. Nec tamen potuit excusare quod Dominus imperabat. Ita et ego, sanctissimi fratres, quia sum imperitus in verbis, et rustico agrestique sermone de tantarum rerum magnitudine sufficienter dicere nihil possum, deberem a caritate vestra veniam postulare ut lectionem hanc silentio praeterirem, ne nostri vani sermones tenui admodum fonte scientiae pro-

1. Act. II, 1-2.
2. Ex. IV, 13 et 10.

⋆ IPIT SEQ DE LIBRO ACTUUM ⋆ TOLORUM *in principio scripsit F uncial. rubr.* — Temporibus] emporibus *B* (*initialis littera locus vacuus remansit*) ⋆ ribus *F* — 5 vates] *F* vatis *B* — legis ⋆ *F* — 6 fungeretur] fungentur *F* — 7 offensantis] *F* ...tes *B* — 8 imperfectum] *correxi*, perfectum *B F* — 9 relatis] *correxi*, relata *B F* — 11 conatu] *scripsi*, quo natu *B F* — 12 sermo] *F* servo *B* — Provide] *F* prev. *B* — 13 tardior] *F* tardiora *B* — 14 excusare] ex ⋆ *F* — 15 fratres quia] f ⋆⋆ *F* — 16 agresti] ag ⋆ *F* — de tantarum] *conieci*, decantare *B F* — mag ⋆ dina *F* — 17 deberem] ⋆ rem — 18 postu ⋆ *F* — praeterirem ne] preterir ⋆⋆ *F* — 19 vani] vena *F* — sermonis *F* — fonte] f ⋆ *F* — scientiae] scient///ae *F* — prorumpentis *F*

rumpentes, rei magnitudine tamquam perfusi aequoris mole superati, tam grandia atque sublimia praedicare non possint. Sed faciam, dilectissimi fratres, cum me et officium meum et amor caritatis vestrae tacere non sinat, quia necesse est ut adsiduo tractatu aliqua vobis per Dominum et fidei et scientiae incrementa praestentur.

Haec ergo lectio, quae recitata est, donum Sancti Spiritus, quod retro olim Dominus per prophetas suos credentibus promiserat, postea sub apostolis in die Pentecosten repraesentatum insinuat. Sic enim scriptum est : *Et cum complerentur dies Pentecosten erant omnes simul in unum. Et factus est repente de caelo sonus velut decurrentis spiritus vehementis, et replevit domum ubi erant sedentes. Et visae sunt illis distributae linguae velut ignis : conseditque super unumquemque eorum. Et repleti sunt omnes Spiritu Sancto, et coeperunt loqui variis linguis, sicut Spiritus dabat pronuntiare illis.* Sed singuli, nescientes quid illud esset quod linguis loquebantur, dixerunt : *Isti musto sunt pleni.* Unde beatus Petrus apostolus : *Viri,* inquit, *Iudaei et qui habitatis in Hierusalem, hoc vobis notum sit, et auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos aestimatis ebrii hi sunt, cum sit hora diei tertia. Sed hoc est quod dixerat propheta : Et erit in novissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo in omnem carnem, et prophetabunt filii et filiae eorum, et iuvenes visiones videbunt, et senes somnia somniabant*[1]. Ad percipiendum itaque hunc Spiritum totos sensus nostros et capacem animam praebeamus. Sic enim Dominus in euangelio ait : *Non enim,* inquit, *ad mensuram dat Spi-*

1. Act. II, 1-17.

1 rei] regi *F* — magnit * * quam *F* — tamquam] *scripsi,* tanquam *B* — perfusi] *F* superf. *B* — aequoris] *F* equore *B* — 2 superati] *scripsi,* superate *B* supera * *F* — tam] * *F* — grandia atque] *conieci,* grandique *B F* — possint] *correxi,* possit *B* * *F* — 3 meum et amor] * * * mor *F* — 4 sinat quia] si * * *F* — 5 aliqua vobis] aliq * * *F* — 6 prestent * *F* — 8 suos] *F* suas *B* — 12 decorrentis *F* — spiritus vehementis] *supplevi* — 13 replevit] *F* ...bit *B* — 15 Spiritu] ...tum *F* — 16 et] *om. F* — linguis] * *F* — 17 illis] illos *F* — * nguli *F* — 18 bantur *F* — musto] multo *F* — 19 beatus] * us *F* — h * is *F* — 20 Hierusalem] irsalem *F* — percipite] * te *F* — 21 hi] *scripsi,* hii *B* * *F* — 22 cum sit] *post* tertia *B* — est quod] * * *F* — propheta] *scripsi,* prophetam *B* per prophetam *F* — 23 novis * * ebus *F* — 24 in omnem] * * *F* — 25 eorum et] * * *F* — somnia] som * *F* — somniabunt] ...buntur *F* — 26 itaque hunc] ita * * *F* — Spiritum] *add.* sanctum *F* — sensos *F* — 27 capa * *F* — 28 mensura *F*

ritum Pater[1], sed affluenter et largiter tribuit. Ut enim magno et immenso flumine si quis velit aquam haurire, tantum utique hauriet quantum vas quod tulerit capit, ita et sensus hominis tantum percipiet Spiritum quantum ipse pro habitu suo et fide capere et haurire voluerit. Hic ergo Spiritus Sanctus, qui velut ignis linguatus advenit et omnium credentium corda maiestatis suae virtute replevit, non est in euangelio novus, sed renovatus in Xpisto omnibus datus est, sicut ipse Dominus dixit[2] vinum novum in utres novos mitti oportere. Hic est, inquam, quem modo paraclitum appellat, modo spiritum veritatis pronuntiat, qui et in prophetis Iudaeorum populum accusavit et in apostolis advocationem gentibus praestitit.

Sed fortassis aliquis dicat : si Spiritus Dei descendit ad virginem et Verbum caro factum est et habitavit in nobis, sicut scriptum est : *Spiritus Dei veniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi*[3], cur rursus in similitudine columbae advenit ad Dominum ?

Accipite rationem, fratres, ut omne scrupulum quaestionis istius ab animo deponere possitis. Filius etenim Dei ideo primum venit ad virginem, ut hominem sibi exinde in virginis utero plasmaret. Sicut et primum Adam de limo terrae formaverat, ita et hunc secundum Adam de matre virgine quasi de rudi terra plasmavit, ut id quod primus Adam perdiderat restauraretur in Xpisto, et quemadmodum

1. Ioa. III, 34,
2. Luc. V, 38.
3. Luc. I, 35.

---

1 affluenter] *scripsi*, adfluenter *F* afluenter *B* — 2 immenso] *scripsi*, inm *B F* — fluminem *F* — haurire] *scripsi* aurire, *B F et subinde* — 3 hauriet] *F* auriat *B* — 4 quantum] tantum *F* — 7 cordam *F* — 10 nov ⋆ ⋆ ti *F* — quem modo] *conieci*, quomodo *F* quod quomodo *B* — 11 paraclitum] pa ⋆ *F* — modo] *F* mundo *B* — 12 qui] ⋆ *F* — et] ⋆ *F* — apostolis] ...los *B* — 14 Sed] ⋆ *F* — fortasis *F* — Dei] Domini *F* — descendit] discendit *F* — 15 virginem] ⋆ *F* — caro] *om. F* — est] *om. F* — habitavit] *correxi*, habitabit *B F* — 16 sicu ⋆ ⋆ tum *F* — Altiss ⋆ ⋆ brabit *F* — 17 cur] *scripsi*, quur *B F* — similitudinem] *scripsi*, ...ne *B F* — 19 omne scrupulum] ⋆ ⋆ lum *F* — quaestionis] quescionis *F* — 20 possitis] *correxi*, positis *B F* — 21 ad virginem] a ⋆ ⋆ *F* — homine] *F* — 22 plasmaret] p ⋆ *F* — primum] primu *F* — 23 formaverat] forma ⋆ *F* — 24 virgi ⋆ *F* — rudi] erudi *F* — plasmavit] *correxi*, plasmaretur *B F* — primus] prim ⋆ *F* — 25 restauraretur] *correxi*, restauretur *B F*

per primum Adam mors venerat, ita et per hunc secundum Adam vita omnibus redderetur, sicut apostolus ait : *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis*[1], et *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Xpisto vivificabuntur*[2]. Proinde necesse fuit ut prius ad illum hominem quem Dei Sermo induerat Spiritus Sanctus adveniret, et sic per ipsum quasi de fonte virtutum ad nos quoque distributa eiusdem Spiritus Sancti gratia redundaret, quia nec poterat in humano corpore tanta virtus paracliti Spiritus habitare nisi prius adsuefactus fuisset in carne Filii Dei pausans : ut, dum ille ad Filium Dei venire consuesceret, iam inde maneret in homine atque in omnem carnem baptizatam in Xpisto discurreret. Et ideo tota plenitudo Sancti Spiritus in Xpisto advenit, quia ipse est corpus integrum totius Ecclesiae. In nobis autem singula eiusdem Spiritus charismatum dona sunt distributa, qui deputamur in membris, ut delibationem quamdam gratiarum ceteris consequentibus quasi de fonte Xpisti donorum atque operum ad nos bona eiusdem Spiritus ducerentur.

Hic est, inquam, Spiritus qui operatur ex aqua secundam nativitatem semine quodam divini generis et consecratione caelestis nativitatis, qui nos Dei facit templum et nos sanctam efficit domum, qui interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, advocationis implens officia et defensionis exhibens munera : inhabitator corporibus nostris datus est, sanctitatis testis effectus, id agens in nobis ut ad divinitatem et ad resurrectionis immortalitatem corpora nostra per-

1. I Cor. XV, 47.
2. I Cor. XV, 22.

6 sic] *F* sicut *B* — 8 gratia] *correxi*, gratiam *B F* — 9 corpore] ⋆ ore *F* — 10 nisi prius] ⋆ ⋆ rius *F* — adsuefactus] *F* adsuetus factus *B* — pausans] *correxi*, pau ⋆ *F* pausaret *B* — 11 inde] ⋆ dem *F* — 12 maneret] *correxi*, manere *F* manare *B* — bap ⋆ tam *F* — 13 discurreret] *correxi*, discurrere *B* discurre *F* — Spiritus in] ⋆ ⋆ *F* — 14 totius] ⋆ *F* — 15 carisma ⋆ ⋆ a *F* — 17 delibationem] ⋆ ionem *F* — conse ⋆ *F* — 18 bona] *conieci*, bene *B* ⋆ e *F* — 20 Spiritus qui operatur] ⋆ ⋆ ⋆ eratur *F* — secundam] *correxi*, secundum *B F* — 21 semine] *correxi*, semen *B* ⋆ *F* — consecratione] *conieci*, consecratur *B F* — 22 nos] 2° ⋆ — *F* 23 interpellat] *conieci*, interdivinas *F* inter divinis *B* — 24 inenarrabilibus] *F* ...lis *B* — 26 effectus] effectae *F* — 27 immortalitatem] *scripsi*, inm. *B F*

ducat, dum illa adsuefacit cum caelesti virtute mysterii et cum spiritu divinae aeternitatis sociari. Hic est, inquam, Spiritus qui desiderat adversus carnem, quia caro adversus eum repugnat. Hic inexplebiles cupiditates coercet et immoderatas libidines frangit, inlicitos ardores extinguit et flagrantes impetus vincit, ebrietates eicit, avaritiam comprimit, luxuriae comessationes refugit, caritatem nectit, affectiones stringit, sectas repellit, regulam veritatis expetit, haereticos convincit, improbos foras expellit, euangelica custodit. De hoc Spiritu apostolus dicit : *Non enim*, inquit, *Spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est*[1]. De hoc exultat et dicit : *Puto et ego quod Spiritum Dei habeo*[2]. De hoc autem Spiritu manifeste dicit, quia in novissimis diebus recedent quidam a fide, attendentes spiritalibus doctrinis daemoniorum in hypocrisin, mendacia loquentes, cauteriatam habentes conscientiam suam. In hoc Spiritu positus nemo negat Xpistum verum Deum et verum Dei Filium unigenitum de ingenito natum, nemo repudiat creatorem Deum, nemo contra scripturam ulla sua verba depromit, nemo alia et sacrilega decreta constituit, nemo diversa iura conscribit, nemo fidem praevaricatur, quia in hoc Spiritu quisque blasphemaverit remissionem non habet neque in hoc saeculo neque in futuro. Hic enim Spiritus in apostolis Xpisto testimonium perhibet, in martyribus excitantem fidem religionis ostendit, in virginibus admirabilem

1. I Cor. II, 12.
2. I Cor. VII, 40.

1 misterii *F* miscere *B* — 3 qui] *om.* *F* — 4 coercit *F* — 5 libidinis *F* — 6 ebrietas *F* — compremit *F* — 7 luxuriae] tur ⋆ *F* — comessationes] *scripsi*, comissaciones *F* conmessationes *B* — affectiones] *scripsi*, af ⋆ nes *F* effectionis *B* — 8 sectas] sextas *F* — veritat ⋆ ⋆ tit *F* — 9 improbos foras] inprobas iras *F* — expellit] *conieci*, expuit *B* expu ⋆ ⋆ ca *F* — 10 Spiritu] ...tum *F* — enim inquit] ⋆ ⋆ *F* — est] ⋆ *F* — 12 quod] ⋆ *F* — 13 habeo] habe ⋆ *F* — De h. a. Spiritu] ⋆ hoc refert Spiritus autem *F* — in novissimis] ⋆ ⋆ simis *F* — 14 quidam] *F* quidem *B* — 15 in hypocrisin] im ⋆ *F* — mendacia] *scripsi*, mendatia *B* mendacii *F* — 16 loquen- tes] locorum *F* — hab ⋆ tes *F* — 18 Filium] ⋆ *F* — nem ⋆ ⋆ diat *F* — 19 Deum] Domini *F* — scripturam] scri ⋆ ras *F* — 20 depromitur *F* — 21 iura] ⋆ *F* — quia] *add.* qui *B* — 22 Spiritu] *F* Spiritum *B* — blasphemaverunt *B F* — habet] bet *F* — 23 in ap.] ⋆ ap. *F* — 24 exci ⋆ tem *F* — 25 religionis] relegionis *F*

constantiam signatae carnis includit, in ceteris incorrupta haec et incontaminata dominicae doctrinae iura custodit, haereticos destruit, perversos corrigit, infideles arguit, simulatores ostendit, improbos quosque comprimit, Ecclesiae incorruptam, immaculatam, perpetuam virginitatem custodit. Hic est, inquam, Spiritus qui hac die, id est Pentecosten, a Deo Ecclesiae missus est, qui non aetates discernit, non sexus separat, non personas accipit, sed unicuique pro fidei merito sese praestat et tribuit, non aetatem aut personam, sed animam eligit in qua se libens inferat. *Omnia enim et in omnibus unus atque idem operatur Spiritus* [1]. Propter hoc ergo Dominus dicebat : *Cum abiero rogabo Patrem meum, et alium advocatum dabo vobis ut vobiscum sit in aeternum* [2]. *Cum venerit advocatus ille, quem ego mittam vobis a Patre meo, Spiritum veritatis qui de Patre meo procedit, et de meo accipiet, et ipse vos docebit omnia* [3].

Ad percipiendum itaque hunc Spiritum, dilectissimi fratres, animam nostram mentesque in omni sanctitate atque iustitia praeparare debemus. Delicatus est enim et mundus, et non inhabitat, ut scriptum est [4], corpori subdito peccatis. Domum sibi semper puram et sine ulla fictione requirit, in qua cum inhabitare coeperit corpus illud templum Dei efficiet. Hoc denique Spiritu confirmati apostoli pro Xpisti Dei nostri nomine nec carcerem nec vincula

1. I Cor. XII, 11.
2. Ioa. XIV, 16.
3. Ioa. XV, 26 ; XVI, 14, 13.
4. Sap. I, 4.

---

1 signatae] *F* saginatae *B* — 2 et] *om. F* — 4 improbos] *scripsi*, inprobos *B* ⋆ s *F* — Ecclesiae] *correxi*, ecclesiam *B F* — 5 in ⋆ latam *F* — perpetuam virginitatem] *correxi*, perpetuae virginitatis *B F et add.* sanctitatis *F* — 6 est] *supplevi*, ⋆ *F om. B* — ⋆ quam *F* — 8 separat] *conieci*, separa *F* praeparat *B* — accepit *F* — 9 fidei] *correxi*, fide *B F* — praestat] ⋆ *F* — 10 animam] a ⋆ *F* — 11 omnibus] ⋆ us *F* — 12 Propter hoc] Pro hec *F* — Dominus] ⋆ *F* — 13 et alium] ⋆ lium *F* — advocatum-venerit] *om. F* — 14 vobis] *praemisit* in *F* — 15 a Patre] ⋆ ⋆ trem *F* — 16 qui] quia *F* — procedit] pro ⋆ *F* — de meo] meo *vel* ineo *F* — et ipse] /// ipse /// ipse *F* — 18 Ad percipiendum] ⋆ ⋆ piendum *F* — 19 nostrum *F* — 20 praeparare] ⋆ are — 21 non inhabitet] ⋆ us habitat *F* — 22 fictione] facione *F* — 23 qua] *correxi*, quam *B F* — cum inhabitare] ⋆ ⋆ hab *F* — 24 Spiritu] spiritum *F* — confirmati] *F* conform. *B* — 25 carcerem] *correxi*, carcere *B* carnem *F* — vincula] *scripsi*, vincla *B F*

timuerunt, habentes in se dona quae hic idem Spiritus Ecclesiae sponsae Xpisti quasi quaedam ornamenta distribuit et digessit. Hic prophetas in Ecclesia inseruit, magistros erudit, linguas dirigit, virtutes sanitatum facit, opera mirabilia gerit, gubernationes contribuit, consilia suggerit, et quaecumque alia sunt dona componit, ut in omnibus Ecclesia Dei perfecta huius Spiritus protectione servetur.

---

3 digessit] *scripsi*, degessit *B F* — 4 diregit *F* — 7 servetur] *Sequitur doxologia* per dominum nostrum Iehsum Xpistum amen Deo gratias amen. *F om. B.*

EMENDATIONES NOVISSIMAE

11 11 fragrantiae] *scribe*, flagr. *B F* — **13** 12 portendebat] *F rectius*, prot. *B* — **18** 23 *in app. lege* Galatas] *scripsi*, galathas *B F* — **22** 6 oboediens] *scribe*, obed. *B F* — **24** 14 consulta] *corrige*, consula *B F* — **25** 15 fide et] *corrige et supple*, fidei *B* fide *F* — **26** 18 *in app. lege* INTPTATUR — **31** 8 vigentem] *B* ⋆ *F*, *an* indigentem? — **33** 17 oboedientiam] *scribe*, obed. *B F* — **41** 6 diverse] *B* ⋆ e *F*, *an* perverse? — **46** 16 occasione] *B F*, *an* occasio? — **52** 8 obnoxii] *B F* : *vox est supplenda* (cf. **116** 3, **203** 16), *an* morti? — **53** 3 ieiunae] *B F*, *an supplendum* vaccae? — **64** 5 *scribe* tamquam. *Item* **75** 17. — **67** *Numerum quemque marginalem lineae suae appone. Item* **127** 5 — **68** 18, **70** 16, **82** 24 Pat. *scribe. non* pat. *Item* **68** 21 Filium — **83** 17 *dele numerum post* eum — **84** 17 Necdum-passus *non stricte euangelistae locus est* — **89** 19 *scribe* toro — **89** 17 quo] *B* ⋆ *F*, *an* quia? — **91** 4 *scribe* conditionis — **92** 19 *scribe* Enoch — **96** 10 pane] *conicio*, passione *B* ⋆ *F* — **100** 24 *in app. adde F post* detis — **101** 18 *restitue* linirentur — **101** 19 a signatis] *corrige*, assignatis *B F* — **101** 20 *scribe* prohiberi. Sic et — **106** 11, **110** 18 20 22 23, **111** 1 *scribe* collis. *non* conlis — **106** 10 *scribe* solemnibus — **127** 7 *scribe* unquam — **136** 16 caro] *supple* Xpisti — **138** 11 *scribe* Nazaraei — **146** 22 *scribe* non nunquam — **153** 4 meriti] *B* ⋆ *F*, *an* numeri? — **156** 7 *scribe* velut — **161** 2 bando] *obscurissimam lectionem recepi* : bandus (*SS. rerum longobardicarum* **3** 20, **59** 10, **327** 15) *idem sonat ac* bannum *unde* bannire : « *Exercitum... bannire praecepit* ». FREDEG. IV, 73.

30 14 vivimus] THREN. IV, 20.

40 7 intellegitis] Is. VII, 9.

50 6 Israel] ZACH. XI, 12.

51 9 statuatis] MARC. VII, 9.

52 1 compeditos] Ps. CXLV, 8.

55 17 tuorum] GEN. XXVII, 28-29.

66 26 tuorum] Ps. CIX, 1.

LOCI SCRIPTURAE

GENESIS

I, 26. 1, 6
I, 27. 3
I, 31. 93
II, 5. 6
II, 7. 1
II, 23. 24
III, 17. 56
III, 19. 10, 122
IV, 7. 60
VIII, 21. 2
XII, 2. 32
XV, 6. 38
XVII, 4. 15
XVII, 9-10. 34
XVII, 10-14. 35, 72
XVIII, 1. 13
XVIII, 1-4. 14
XVIII, 6-7. 18
XVIII, 12. 26
XXI, 9-10. 23
XXI, 14-16. 28
XXII, 17. 17
XXII, 18. 15
XXVII, 28-29. 55
XXXVII, 7. 49
XXXVII, 9. 49
XXXIX, 1. 44
XXXIX, 14. 45
XXXIX, 20. 51
XLI, 43. 53
XLIX, 1-4. 57
XLIX, 5-7. 61
XLIX, 8-9. 65, 148
XLIX, 10. 69
XLIX, 11. 70, 72
XLIX, 12. 74

EXODUS

I, 6. 77
I, 8-10. 76
I, 11. 77
I, 16. 78
I, 20. 79
II, 2-6. 80
II, 7-9. 83
IV, 10-13. 207
IV, 22. 58
XII, 2. 96
XII, 5-6. 97
XII, 8. 100
XII, 8-12. 102
XII, 11. 99
XVI, 4. 92
XVI, 26 92
XX, 8-10. 86
XXV, 29. 28
XXXI, 14. 72
XXXIII, 20. 177

LEVITICUS

XI, 44. 8

NUMERI

VI, 3. 141
XIII, 2-3. 117
XIII, 24. 119
XIII, 33-XIV, 2. 119
XIV, 4-10. 119
XIV, 24. 120
XIV, 30-31. 120
XV, 32. 92

DEUTERONOMIUM

V, 6. 144
VIII, 3. 55
IX, 10. 2
X, 16. 39
XXI, 23. 150
XXIII, 3. 98
XXXII, 32. 142
XXXIII, 6. 60

IOSUE

II, 1. 128, 129
II, 3. 134
II, 6. 134
II, 18-19. 136

IUDICES

VII, 7. 152
VII, 9. 153

VII, 10. 154
VII, 12. 155
VII, 13. 156
VII, 16-20. 158
XIII, 2-4. 141
XIII, 9. 143
XIII, 19. 144
XIII, 24. 146
XIV, 3. 147
XIV, 5-6. 148
XIV, 8-9. 150

HABACUC

II, 4. 40

ZACHARIAS

II, 13. 200
III, 1. 200
III, 2. 201, 203
III, 3. 202
XI, 12. 50

OSEE

I, 2. 129
I, 10. 133
II, 24. 133
IX, 10. 124

IEREMIAS

II, 27. 67
IV, 3-4. 39
XI, 10. 130
XI, 19. 97, 206
XVI, 11. 146
XVIII, 3-4. 159
XXIII, 24. 5
XXIV, 1-2. 124

EZECHIEL

VII, 10. 68
IX, 2-6. 36
XXXVI, 25. 64
XXXVII, 1-4. 180
XXXVII, 12-14. 183

DANIEL

III, 1. 191
III, 17-18. 192
III, 91-92. 194
VII, 9. 2

ISAIAS

I, 2. 58
I, 4-5. 177
I, 6. 178
I, 8. 15
I, 11. 107
I, 13-16. 2, 63
I, 18. 64, 138
I, 22. 51
V, 7. 123, 149
V, 18. 136
VII, 9. 40
VII, 14. 122
XI, 1. 68, 98
XI, 2. 52
XI, 7-9. 56
XL, 12. 2
XLIX, 18. 49, 203
LII, 6. 33, 132
LIII, 7-8. 97, 206
LIII, 9. 150
LIV, 1. 26
LVIII, 14. 2
LXVI, 24. 189

PSALMI

I, 2. 111
VII,10. 74
XI, 7. 52
XVII, 45. 70
XVIII, 11. 151
XXI, 23. 54
XXXIII, 9. 125, 151
XXXIII, 16. 2
XLIV, 2. 2, 74
XLIV, 3. 50, 80
XLIV, 10. 49
L, 19. 107
LVI, 2. 15
LXIV, 12. 100
LXVII, 11. 125
LXVII, 18. 53
LXVII, 19. 78
LXXII, 28. 71
LXXIV, 9. 142
LXXVII, 8. 120
LXXIX, 4. 2
LXXIX, 9. 123, 149
LXXXI, 6. 10
LXXXII, 6. 58
LXXXVIII, 35. 2
LXXXIX, 4 94
CIII, 15. 142
CIX, 1. 66
CX, 4. 201
CXIV, 9. 54
CXVII, 16. 2
CXVIII, 70. 20
CXXX, 2. 75
CXXXV, 12. 2
CXLV, 8. 52

THRENI

IV, 7. 21, 138
IV, 20. 30

CANTICUM

I, 1. 132
IV, 3. 136
V, 10. 137
VI, 6. 136

PROVERBIA

V, 22. 136

ECCLESIASTES

IV, 12. 137

SAPIENTIA

I, 4. 212
II, 24. 196

MATTHAEUS

III, 3. 54
III, 7-10. 85, 19
III, 8. 21, 71
III, 9. 42
IV, 10. 202
V, 8. 108
V, 13. 112
V, 17. 84
V, 20. 140
VII, 7-8. 105
VII, 15. 181
VIII, 11. 56

X, 16. 126
X, 26. 105
X, 28. 199
X, 39. 198
XI, 14. 19
XII, 47-50. 82
XIII, 4-5. 145
XIII, 27. 112
XIII, 38. 112
XIII, 44. 80, 112
XIII, 52. 118, 140
XV, 11. 142
XV, 18. 38
XV, 24. 84
XVI, 6. 51
XVI, 24. 122
XVII, 4. 16
XX, 16. 153
XXI, 31. 131
XXII, 8-9. 14
XXIII, 35. 139
XXV, 33. 98, 145, 150
XXV, 41. 202, 204
XXVI, 28. 72
XXVII, 25. 28, 101
XXVIII, 19. 84

MARCUS

VII, 9. 51
VII, 27-28. 84, 157
X, 52. 193
XII, 1-9. 63
XIII, 43. 193
XIV, 34-36. 154

LUCAS

I, 35. 209
IV, 12. 202
V, 38. 209
VI, 21. 26
VI, 21, 25. 55
VII, 16. 66
VII, 20. 155
XI, 41. 107
XII, 37. 56
XII, 50. 73
XIII, 6. 123
XV, 23. 206
XVI, 19. 7
XXII, 17-21. 105
XXIV, 26. 84
XXIV, 39. 5

IOANNES

I, 12. 67
I, 18. 177
I, 29. 100, 155
III, 8. 4
III, 34. 209
III, 36. 60
IV, 13. 29
IV, 18. 129
IV, 22. 58
IV, 24. 5
V, 26. 54
V, 43. 116
VI, 53-55. 72
VIII, 34. 94
VIII, 34-35. 25
VIII, 56. 17
XIV, 10. 68
XIV, 16. 212
XIV, 27. 132
XV, 1-2. 70
XV, 26. 212
XVI, 2. 107
XVI, 13, 14. 212
XVI, 22. 26
XVI, 33. 100
XIX, 12. 65
XIX, 15. 59, 64

ACTUS

II, 1-2. 207
II, 13. 123
II, 37-38. 71
II, 38. 21
II, 41. 146
IV, 4. 146
V, 14. 60
VII, 49. 2
VII, 50. 2
VII, 51. 145
X, 11. 134
XIII, 46. 14
XIV, 22. 81

ROM.

I, 17. 193
II, 13. 114
IV, 17. 16
V, 12. 109
VII, 1-2. 50, 143
VII, 4. 143
VII, 23. 6
VIII, 8-9. 186
VIII, 11. 68
VIII, 35. 71
IX, 4-5. 58
IX, 5. 54, 83
IX, 25. 133
IX, 26. 133
IX, 27. 153
X, 16. 114
XI, 25-26. 32
XII, 1. 108, 182

I COR.

I, 18. 15, 101, 122
II, 10. 117
II, 12. 211
III, 2. 18, 75
III, 16. 108
V, 7. 18, 99, 103
VI, 10. 116
VI, 11. 73
VI, 15. 130
VI, 17. 70
VII, 14. 130
VII, 29. 43
VII, 40. 211
VIII, 8. 142
IX, 9-10. 115
X, 4. 145
X, 11. 37, 121
XI, 1. 8
XII, 4. 126
XII, 11. 212
XII, 27. 24
XV, 12-20. 183
XV, 22. 210
XV, 32. 183
XV, 40. 185
XV, 45. 9
XV, 47. 210
XV, 47-48. 184

XV, 49. 185
XV, 50-51. 182
XV, 56. 109

II COR.

II, 15. 108
IV, 7. 6, 159
IV, 16. 7
V, 16. 204
V, 21. 203

GAL.

III, 10. 72
III, 13. 150
III, 27. 110
IV, 4. 157
IV, 24-25. 25, 27
IV, 26. 25, 202
IV, 29. 27
V, 19-21. 186

EPH.

II, 3 85
III, 17. 6, 9
IV, 24. 7
V, 18. 142
V, 29. 99
VI, 12. 115, 156

PHILI.

II, 9-11. 53
III, 20. 182

COL.

I, 18. 24
I, 20. 205
I, 26. 80
II, 9. 18, 59, 100
II, 14. 15
II, 15. 51, 69, 153, 203
II, 17. 23, 141

I THESS.

IV, 15. 54
V, 23. 4, 135, 183.

I TIM.

I, 9. 25, 123.

TIT.

III, 9. 113

HEBR.

XIII, 15. 108

I IOA.

II, 19. 114

APOC.

II, 7. 193
II, 10. 193
V, 5. 66, 98, 148
V, 6. 74
VIII, 3. 108
VIII, 4. 11
XII, 3. 197
XIII, 14 et 15. 196
XIII, 18. 195
XX, 6. 182
XXI, 3. 202

INDEX

in quo comparent nomina, res praecipuae, voces rariores, italicis typis signantur voces quas ex apparatu deprompsimus.

A

Aaron, 105, 119, 200, 205.
Abel, 35, 39, 92, 205.
Abiron, 36.
Abraham, 7, 23, 24, 25, 26, 28, 31, 34, 35, 37, 38, 40, 41, 42, 98, 158, 205. — figurat legem et prophetas, populum Israel, Salvatorem et fideles, populum denique non credentem, 13-22.
absolutio, 37, 181.
abyssus, 94.
Achaz, 169, 173.
Actus Apostolorum, 134.
Adam, 1, 8, 35, 92, 122, 123, 147, 165, 209, 210. — Adae transgressio, 52, 56, 77, 100, 160. — secundus Adam, 9, 184, 209, 210.
adamantina, 78.
administrationes, 110.
adventus primus Domini, 16, 17, 19, 21, 70, 121, 124, 155, 173. — secundus, 16, 19, 54, 62, 184, 204.
advocatio, 209, 210.
advocatus, 212.
Aegyptus, 25, 44, 53, 55, 76, 120, 136, 141, 149, 174. — figura saeculi, 76, 77, 101, 102, 123, 127. — aegyptiaca lingua, 53.
aenigma, 80, 95, 105. — aenigmatica, 117. — aenigmatice, 171.
Agar figurat Synagogam, 23-33, 41.
ager figura saeculi, 80, 112, 143.
agnus figura Xpisti, 96-102.
allegoria, 27, 105, 169, 180. — allegorica, 80. — allegorice, 171.
allophyla, 146.
Amalec, 153. — figurat mortem, 156.
Amanitae, 98.
Amorraeus, 120.
Amos, 169, 171.
anaboladium, 72, 73.
Ananias, 192.
Angeli, 11, 16, 33, 36, 54, 101, 108, 131, 136, 141, 143, 144, 173, 174, 179, 194, 202, 204, 205.
Anthropomorphiani, 2. — eorum error refutatur, 1-5.
Antixpistus, 31, 53, 55, 116, 131, 194-196.
apes figurant fideles, 151.
Apocalypsis, 11, 74, 108, 148, 195, 196, 197, 202.
aposphragisma, 37.
aquila figura Xpisti, 175-176.

arca figura Ecclesiae, 135, 139.
arrha, 99.
ascelli figurant crucem, 176.
asina figurat synagogam, 71.
auris amputata figurat incredulitatem, 114.
Azarias, 192.
Azyma, 101. — azymi panes, 18, 20, 21, 22.

B

Babylonia, 181.
baptisma, 22, 31, 42, 64, 71, 73, 81. 102, 110, 126, 138, 159, 160, 163, 164-168.
baptismus, 19, 21, 63, 126, 166, 167.
baptizare, 21, 73, 84, 100, 110, 163, 164-210.
barbarus, 146, 194.
Barnabas, 108.
Barrabas, 65.
Beniamin figura Pauli, 166.
bifarius, 98.
bifer, 124.
bipertitus, 11, 17, 31, 38.
blaese, 74.
Booz, 98.
Bosor, 137.
botrus figura Xpisti, 73, 121, 122, 123, 127.
Botryo, 118.
butyrum figurat priscam legem et Ioannis praedicationem, 18-20, 21.

C

caelum figurat angelos sanctos, 173.
Caesar, 65.
Cain, 60.
cameli figurant principes daemonum, 156.
canes figura gentilium, 157, 158.
Canticum salomonis, 132, 136.
cappa littera, 159.
castrati figurant molles, 116.
cataclysmus, 139.
catechumenus, 135.
catholica fides, 180, 181.
catulus leonis figurat filium Dei, 67, 68, 148, 149.
cauda figurat gratiam, 115.
censoria, 140.
Chaleb, 119, 120.
Cham, 20, 137.
Chananaei, 117, 118. — chananaea mulier, 157.
charismata, 49, 52, 53, 85, 126, 198, 210.
chrisma, 115, 178.
Christus *vide* Xpistus.
cilicium figurat paenitentiam, 70, 71, 72.
circumcisio, 34-43, 58, 61, 72.
cistola, 81.
classicum, 161.
coccinum, 64.
coccus figurat sanguinem Domini, 135-137, 138, 139.
cognitor, 169.
collegium, 185.
commaculans, 45.
compactio, 2.
comparator, 46.
compendium, 195.
competens, 135.
co[*n*]*certor*, 3.
conformalis, 182.
contestari, 198.
convivator, 193.
cophini duo ficus figurant Synagogam et Ecclesiam, 124.
Coreb, 36.
Corinthii, 183.
cornua decem figurant reges romanos, 195.
credulitas, 14, 108, 136.
curia, 193.

D

daemones, 156.
daemonia, 58, 115, 154, 211.
Dan, 141.
Daniel, 17 (*in app.*), 40, 88, 195.
Dathan, 36.
David, 20, 30, 49, 50, 52, 53, 68, 70, 75, 94, 98, 100, 120, 142, 148, 149, 166.

decades, 196.
dedicator, 17.
Deus incorporeus est et perfectus, 1-3, 4-5, 10-12, 174. — omnipotens, 120. — Trinitas Patris et Filii, et Spiritus Sancti, 138. — unus Deus et Sermo et unus Spiritus Sanctus, 118. — natura Patris in Filio est, 148. — una natura geniti et ingeniti, 33, 68. — Deus ex Deo natus non potest esse quam Deus, 67-68. — Patris, Filii et Spiritus Sancti aequalis potestas, indifferens virtus, 157. — in Patre et Filio non natura dividitur sed personae distinguuntur, 67. — individua unitas naturae, 68. — Verbum Dei sapientia Patris, 163. — nemo Deum vidit nisi Filius, 177. — unus spiritus Dei, 118. — Pater dat Spiritum, 167. — hominem Deus plasmavit ad sui imaginem et similitudinem, 5-10, 160, 187. — familiae suae pater est, 90-91, 123. — quales hostias quaerit ab homine, 107-116. — sacrificiis non indiget sed propitiatur, 106-107.
defensare, 176.
desornatus, 3.
Diabolus, 60, 106, 64, 81, 85, 116, 134, 160, 172, 180, 194, 195, 196, 197, 201, 202, 203, 204. — vincitur a Xpisto, 67, 103, 110, 148, 157, 201. — in fine extinguetur, 94, 139, 196. — figuratur in Pharaone, 77-79, 85, et in rege Hiericho, 134.
Dina, 61.
discorditus, 97.
dispensatio, 11, 13, 148.
donativa, 198.
draco, 197.
duricors, 145.

E

Ecclesia, 22, 43, 98, 113, 127, 179, 212, 213. — Ecclesia ex gentibus figuratur in arca Noe, 135, 139. — in Sarra, 22, 24-26, 32. — in Agar, 25-26. — in tunica Ioseph, 48-49. — in pullo asinae, 70-71. — in filia Pharaonis, 82-85. — in ove masculo, 99-100. — in cophino ficus, 124. — in malis punicis, 125-126. — in Raab, 129-139. — in Osee, 130, 133. — in meretrice, 132. — Ecclesia virgo, 129. — sponsa Xpisti, 14, 22, 132-133, 136, 165, 213. — coniux Spiritus, 131. — Ecclesia corpus seu caro Xpisti, 24, 48, 49, 52, 70, 73, 85, 99, 210. — Ecclesiae unitas, 126, 127. — ecclesiastica disciplina, 183, — ecclesiasticum corpus, 75, 113.
Edom, 137.
efficacia, 10.
efficientia, 11.
Eleazar, 201.
Elias, 16, 19, 30, 32, 40, 54, 82.
Elim fontes figurant apostolos, 166.
Elisaeus, 49, 89-90.
elogium, 203, 160 (*in app.*).
emaculari, 187.
Emor, 61.
Enoch, 35, 40, 92.
enormitas, 172.
Ephesus, 183.
epithalamium, 132.
eucharistia, 55.
Eva, 123, 147, 165, 181.
Exodus, 164, 166.
exomologesis, 21.
exsolutio, 112.
Ezechias, 170, 173.
Ezechiel, 36, 68.

F

falera, 29.
favus figura regni caelestis, 151.
fenicium, 64, 138. — figura peccatorum, 138.
feria, 93, 95.
ficus figurat priscam legem, 123-125, 127.
fides, 10, 13, 17, 20, 25, 38, 39, 40, 42, 43, 48, 49, 53, 54, 58, 66, 70, 73, 85, 102, 103, 104, 108, 109, 115, 116, 124, 127, 131, 136, 137, 139, 143, 146, 160, 163, 180, 181, 183, 186, 190, 192, 193-194, 198, 199, 209, 211, 212.
figulus figura Dei, 159-160.
furfures, 20.

G

Gabaonitae, 36.
Galatae, 18.
gallina figura Xpisti, 175-176.
Gedeon, 138, 151. — figura Xpisti, 153.
Geneseos liber primogenitus, 57.
Gessen, 54.
Gomorra, 31.
Graeci, 153, 159. — graecae litterae, 195. — graecum vocabulum, 2, 73, 123, 130.
granata, 118, 125, 137.
gratia, 9, 29, 31, 42, 60, 64, 71, 74, 81, 85, 93, 115, 125, 127, 131, 138, 150, 152, 160, 164, 166-168, 169, 174, 178, 185, 210.

H

Habacuc, 170.
haedi figurant peccatores, 98, 99, 144-145, 149.
haeresis, 2. — haeretici, 33, 43, 113-114, 154, 180, 181, 183 (*in app.*), 211, 212.
Hause, 128.
Hebraei, 40, 45, 78, 79, 80, 82, 83. — hebraea lingua, 26, 65, 81, 177. — hebraeum nomen, 146.
hecatontades, 196.
Herodes, 78, 155, 201.
Hevaeus, 189.
Hieremias, 39, 67, 96, 124, 159, 175 206.
Hiericho, 88-89, 128, 130, 133, 139, 162, 178.
Hierusalem, 15, 17, 21, 39, 169, 175, 178, 181, 201, 208. — H. terrena, 25, 26. — H. caelestis, 25, 202.
historia, 44, 59, 76, 117, 140, 141. — historialis intellegentia, 29.
homo factus ad imaginem et similitudinem Dei, 1, 3. — hominis natura, 3-4, 5-10, 74, 135, 183-184. — homo vetus, 29, 81, 160. — homo terrenus, homo caelestis, 184-186, 210. — hominis resurrectio, 3, 10, 180-190.
hyblaeus, 151.
hydriae figurant carnem, 159-160.
hymettius, 151.

I

Iacob, 48, 49, 55. — eius benedictiones, 57-75, 148, 205.
Iaphet, 20.
Iebusaeus, 189.
Ieffone, 120.
Iesse, 68, 98.
Iesus nave, 88, 119, 120, 128.
figura Xristi, 128.
Iesus sacerdos figura Xpisti, 200-206.
Iethro, 36.
ilex figura crucis, 15.
imaginaria, 109, 114.
imaginalis, 117. — imaginaliter, 131.
impetigo figura haereticorum, 113-114.
impositio manuum, 187.
incorporare, 181.
inferus, 104. — inferi, 7, 36, 51, 52, 153, 155, 156, 206.
infernum, 52.
ingriphius, 18.
intimitas, 185.
Iaonnes Bapt., 19-20, 21, 36, 54, 71, 85, 100. — figuratur in puero Gedeonis, 155.
Ioannes] apost., 113, 148, 163, 164, 182, 195, 202.
Ioathan, 169, 173.
Iob, 107.
Iosedec, 200, 202.
Iordanis, 100, 162.
Ioseph, 44, 76, 77.—figura Xpisti, 45-56.
iota littera, 159.
Isaac, 26, 55, 205. — figura fidelium, 26. — figura spiritus, 27-28.
Isaias, 15, 31, 51, 52, 56, 63, 68, 97, 98, 123, 136, 138, 149, 169, 170, 171, 189, 206.
Ismael, 23, 27. — figura Iudaeorum, 28-32. — figura carnis, 27-28.
Ismaelitae, 45.
Iuda, 39, 65-75, 98, 148, 169, 170.
Iudas Macchabaeus, 90.

Iudas Iscariotes, 50, 53, 101, 137, 201.
Iudaea, 127, 181.
Iudaei, 11, 13, 14, 16, 21, 25, 27, 30, 31, 34, 35, 42, 50, 52, 58, 59, 60, 67, 69-70, 82, 86, 87, 89, 90, 91, 101, 121, 122, 123, 124, 125, 127, 131, 140, 142, 147, 175-178, 201, 208, 209.

L

lac figura priscae legis, 18-20, 21, 75, 84, 127.
latinus sermo, 26, 53, 65, 146, 177. — latinum vocabulum, 93, 130.
lampades figurant martyrium, 160.
lavacrum, 17, 82, 85, 131, 160, 163, 164.
Lazarus pauper, 7.
Lazarus resuscitatus, 82, 188.
lectio, 21, 34, 44, 57, 76, 86, 105, 106, 117, 118, 128, 141, 151, 162, 169, 180, 181, 191, 207, 208.
Leviticorum liber, 105,
leo figura Patris, 67-68. — figura Filii, 69.
lingua aegyptiaca, 53. — hebraea, 65, 81.
linguatus, 209.
litare, 146, 204, 205, 206.
lituus, 130.
locustae figurant daemones, 156.
lolium figura peccati, 112.
Loth, 158.
lucifuga, 183.

M

maculatio, 109.
Madian, 152, 156. — figura diaboli, 155.
magis, 156.
magistri, 213.
mala punica, 118. — figurant Ecclesiam, 125-126, 127.
malagma figurat paenitentiam, 178.
Mambre, 13, 14.
manna, 166, 174, 193.
manceps, 94.
Manoe, 141, 143.
Maria Virgo, 43, 68, 98, 121, 156, 203, 209.
martyres, 138, 139, 145, 166, 191, 199, 211.
martyrium, 107, 108, 139, 160, 191, 199.
mel suavitas euangelii, 127, 151.
Melchisedec, 37, 200, 201.
mensa sancta, 20.
Merra, 164.
meritum, 47, 49, 126, 139, 145, 153, 168, 189, 212.
Messias, 129.
metator, 16, 19, 155.
miniatum, 64.
mirabilia, 58, 59, 64, 66, 82, 120, 129.
Misael, 192.
Moabitae, 98.
monades, 196.
monarchia, 195.
motabilis, 9.
Moyses, 2, 3, 86, 87, 88, 91, 96, 99 105, 117, 118, 119, 128, 144, 153, 165 177, 205, 207. — figurat Xpistum, 77, 79, 80, 81. — Moysi mater figurat Synagogam, 80. — Moysi soror figurat Israel fidelem, 82.
mundus, 100, 198, 205. — mundi finis, 16, 25, 135, 137, 196, 197. — mundi reformatio, 56.
muscae figurant daemones, 115.
mysterium, 15, 17, 30, 76, 79, 80, 85, 117, 135, 136, 138, 158, 164, 177, 186, 194, 195, 197, 211.

N

Nabuchodonosor, 191-197.
natura, 3, 4, 5, 6, 8, 10, 34, 35, 38, 40, 46, 67, 68, 69, 91, 100, 147, 148.
Nazaraei, 21, 138.
neomenia, 11, 63, 90.
Noe, 20, 35, 40, 92, 135, 139, 205.

O

Obeth, 98.
obstetrices figura sanctorum, 79.
Osee, 129. — figurat Ecclesiam, 130, 133.

oves figurant iustos, 28. — ovis masculus figurat carnem Xpisti seu Ecclesiam, 99-100.
Ozias, 169, 171, 173.

P

paenitentia, 19, 20, 21, 22, 30, 36, 64, 71, 72, 85, 132, 146, 150, 173, 178.
paenitentes, 64.
panis dominici corporis, 20, 21, 22, 55, 75, 96.
paraclitus, 102, 209, 210.
pascha, 18. — paschae sacramentum, 96-104, 136.
passio martyrum, 126, 138, 139, 145, 199.
Patripassiani, 33.
Paulus, 6, 23, 27, 37, 99, 108, 113, 114, 115, 135, 143, 159, 163, 166, 183, 202, 203.
pausare, 210.
pentecosten, 207, 208, 212.
pergula, 134, 135.
perpetuiter, 165.
persecutio, 15, 27, 28, 60, 81, 111, 160.
persona, 8, 9, 26, 28, 30, 33, 59, 67, 70, 212. — personalis, 10.
petra figurat Synagogam, 145. — Xpistum, 165.
Petrus, 16, 71, 134, 208.
phalanga, 73, 121, 122, 127.
phantasma, 154.
Pharao, 44, 52-56. — figura diaboli 77-79, 85, 101, 102, 120. — eius filia figurat Ecclesiam, 82-85.
Pharisaei, 50, 51, 75, 121, 140, 148, 177.
piscina lavacri, 160.
phiala, 131.
Pontius pilatus, 64.
popularis, 131.
potestates nequitiae, 51, 69, 153, 156, 157. — potestates publicae, 110.
praeconare, 54, 176.
praeposterare, 171, 172.
praetitulatio, 169, 170.
prelum, 73.
principalis, 54, 139.
principes populi, 148, 149, 177.
Praxeas, 33.
professio, 160.
pronubus, 133.
prophetae in Ecclesia, 213.
propositionis panes, 28.
proprietas, 10, 26.
protestatio, 176.
protoplasti, 56, 77, 163, 165, 203.
Pueri tres in fornace, 40, 192-199.
pulli duo figurant populos duos, 70-71.
purificatio, 17, 28, 29.
purpura figurat martyrium, 138, 139.
Putiphares, 44, 45. — eius uxor, 44, 45-47, — figura Synagogae, 50-51.

Q

quadruvium, 13.

R

Raab, 129. — figurat Ecclesiam, 129-139.
rationabilitas, 8.
refuga, 193, 194.
regiones, 88.
regnum sanctorum seu Dei, 16, 22, 25, 27, 32, 43, 53, 54, 55, 56, 81, 84, 87, 95, 101, 116, 127, 131, 135, 149, 151, 182, 184, 186, 187, 190, 193-194, 197.
renatus, 164, 198.
repromissionis terra, 54, 73, 120, 121, 122, 127, 128, 141.
restis figura peccati, 136.
romani reges, 195,
Ruben, 57-60, 66.
rubulentus, 137.
Ruth, 68. — figurat gentes, 99.

S

sabbatum, 2, 11, 36, 63, 72, 84, — veri sabbati significatio, 86-95.
Sabellius, 33.
sacramentum, 11, 13, 17, 18, 21, 22, 23, 31, 37, 43, 64, 75, 80, 87, 88, 96, 99, 104, 110, 129, 135, 136, 138, 152, 157, 162, 163, 164, 165, 166, 167, 180, 187, 198, 200.

sacrificii veri significatio, 105-116. — sacrificium novum, 206.
Sadducaei, 51.
sal figurat Verbum Dei, 163-164. — apostolos, 163.
Salomon, 132, 136, 137.
Samaria, 129.
Samuel, 201, 205.
sanctificatio, 82, 85, 131, 163.
Samson figura iudaici populi, 146-151.
Sara, 141.
Sarra figura Ecclesiae, 22, 23-26, 32. — figura virtutis, 28.
Satanas, 157, 202.
satisfactio, 21.
Satten, 128.
scabies figura peccati, 112-113.
scientia, 207, 208.
scriba, 171, 172.
Scribae, 50, 75, 121, 140, 148, 149, 177.
secta, 51, 211.
Sem, 20.
semimortalis, 3.
seminatio, 168.
seminator, 145, 167-168.
semiustulatus, 204.
septimana, 88.
serpens seductor, 171, 181.
Seth, 35, 92.
sicera figura voluptatis, 142-143.
Sichem, 61.
Sichimi, 61.
significanter, 17, 31, 148.
significantia, 26, 44, 68, 74, 141.
significatio, 34, 96, 106.
Simeon et levi, 61-65, 66.
Sina, 16, 25, 27.
Sion, 15.
Sodoma, 31, 142.
sollicitator, 111.
Somtofanec, 53.
spadones in carcere figurant duos populos, 52,
spartum figura gentilium, 137.
speculatores missi in Chanaan figurant scribas, pharisaeos et sacerdotes, 121. — figurant etiam duos populos, 122-123. — missi Hiericho figurant duo testamenta, 131-135.
Spiritus sanctus, 11, 20, 22, 30, 53, 60, 62, 63, 74, 75, 81, 84, 102, 118, 125, 126, 131, 135, 160, 165, 171-172, 176, 182, 187, 208, 209.
spiritus mali, 111, 115, 116, 153, 155 158.
stactes, 151.
Stephanus, 145.
stylus, 102.
subcinericii panes, 20-21, 22.
substantia, 20, 183, 184, 185, 186, 187, 206.
succinctoria, 123.
Sumanitis mulier, 89-90.
supplantator, 65.
sycophantae, 123.
Synagoga, 36, 80, 97, 119, 124, 133, 145. — figuratur in Agar, 24-32. — in uxore Putipharis, 50-51. — in asina, 71, 72. — in matre Moysi, 80, 82. — in uxore Manoe, 141, 143-144, 146.

T

tabani figura daemonum, 115.
tabernaculum Abrahae figura Hierusalem, 15, 17, 21.
Tamnata, 147.
tardigrada, 71.
tau littera crucem significat, 153, 157.
taurus figura Xpisti, 62, 63.
telum, 184.
testamenta duo, 117, 131, 134. — t. vetus, 37, 44, 75, 80, 124, 134, 144. — novum, 124, 134, 141.
Thesbites, 30.
Thessalonicenses, 136, 183.
thymiama, 11, 108.
tibin, 81.
titio figurat corpus Xpisti, 204.
titulare, 171.
Tobias, 42.
traditio pharisaea, 50, 51. — apostolica, 75.
transgressio, 15, 35, 52, 56, 97, 123, 160, 185, 196, 204.

tricamerata, 135.
triformis 135.
trinitas, 22, 80, 137, 138, 157.
tubae figurant laudes, 160-161.
tunica Ioseph figurat carnem Xpisti, 48-50.

V

vas fictile figurat corpus hominis, 6, 163.
vermis figura peccati, 111-112.
vernaculi Abrahae significant crucem, 158-159.
vicaria, 193.
vinea figurat Israel, 123, 149.
vinum figura luxuriae, 141-142. — figura sanguinis dominici, 72, 73, 74.
virginitas, 43, 107, 108, 109, 212. — virgines, 211.
vitis figurat corpus Xpisti, 70.
vitulus figura Xpisti, 18, 21.
vivacitas, 187.
vocatio gentium, 14, 17, 70.
votivus, 103.

X

Xpistus similitudo Dei, 8. — Deus de Deo, lumine ex lumine procedit, 67. — verus Deus unigenitus de ingenito, 67-68, 164, 211. — virtus Dei, 58. — filius Dei, 67. — accipit nomen a Patre, 53. — nomen Iesu, 159. — Xpistus videtur Abrahae, 16. — loquitur ad Agar, 33. — loquitur per prophetas, 51. — figuratur in Ioseph, 45, 48-56. — in tauro subnervato, 62, 63. — in botro uvae, 73, 122, 123. — in leone, 67-68, 98. — in Moyse, 77, 79, 80, 81. — in agno paschae, 96-102, 136. — in Iesu Nave, 128. — in petra, 145. — in catulo leonis, 148, 149. — in Gedeon, 153-159. — in gallina, 175-176. — in aquila, 175-176. — exinanivit semetipsum, 83. — nativitas Xpisti, 99. — ex semine patriarcharum, 80. — ex tribu Iuda, 66, 98. — de radice Iesse, 68, 98. — de virgine, 68, 69, 122, 156. — induit carnem, 49, 50, 51, 73, 98, 99, 149, 154, 187, 189, 203, 209. — suscepit hominem, 154. — suscepit corpus, 163. — adsumpsit carnem, 203. — induit carnem et animam, 184. — circumfert Verbum in corpore, Verbum gerit materiam corporis, 164. — filius Dei parvulus fuit, 83. — speciosus infans, 80. — Synagogae filius, 82. — baptizatur, 163-164. — tentatur a diabolo, 81, 201. — mirabilia Xpisti, 58, 59, 64, 65, 66, 205-206. — transfiguratur in monte, 16. — fornicariae alloquitur, 129. — a meretrice ungitur, 129, 132. — flet super Lazarum, 82. — explet annum praedicationis, 100. — patitur, 59, 99, 101, 139, 153, 165-166, 197. — eius sanguis pretiosus, 64, 73, 101, 136, 137, 139. — descendit ad inferos, 51, 155. — resurrexit, 52, 53, 54, 68, 69, 183. — vicit diabolum in morte, 67, 69, 78. — clavis resurrectionis, 60, 184. — princeps vitae, 65, 101. — rex et iudex, 66, 67, 83. — sacerdos aeternus, 201-206. — mediator Dei et hominum, 187. — fons aquae vivae, 30, 165. — sanctus Israel, 177. — thesaurus, 80. — finis legis, 95. — venturus novissimis diebus, 62. — panis vitae, 156, 157. — sponsus Ecclesiae, 14, 132-133, 165. — corpus Domini Ecclesia, 48, 70, 99, 210. — corpus dominicum, 20, 21, 22, 75, 110, 126, 130, 131, 133, 150, 164.

Z

Zacharias, 50, 88.
zelotypia, 24.

MATISCONE, EX TYPIS FRATRUM PROTAT

DATE DUE

NOV 3 0 [illegible]			

DEMCO 38-297

BS485 .069
Tractatus Origenis de libris ss.
Princeton Theological Seminary-Speer Library
1 1012 00053 9983